



D. Leonardo Perosa



193

I



MISSALE ROMANVM,

Ex Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum,

PII V. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Cum Kalendario Gregoriano.

Et Miſsis Sanctorum, ex præcepto S. D. N. Sixti V. Pont. Max. nuper editis, & ſuo loco poſitis.



VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D L X X X I X.

PIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.



VO primùm tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſque noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent; eaque parare, & Deo ipſo adiuuante, omni adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumq; inter alia ſacri Tridentini Cõcilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris Catechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis, atq; emẽdandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes Breuiario caſtigato, omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens (cùm vnum in Eccleſia Dei pſallendi modum, vnum Miſſę celebrãdæ ritum eſſe maxime deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquũ in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quàm primũ cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demãdandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtræ Vaticanæ bibliothecę, alijſque vndique conquiſitis, emendatis, atque incorruptis codicibus, nec non veterum conſultis, ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituum inſtituto monumẽta nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorum Patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, maturè adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cęptoque labore fructus omnes percipiant; Romæ quàmprimùm imprimi, atq; impreſſum edi mandauimus: nempe, vt ſacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quaſve cęremonias in miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Vt autem a ſacroſancta Romana Eccleſia, cęterarum eccleſiarum matre & magiſtra, tradita vbique amplectantur omnes, & obſeruent, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorũ quàm mulierum, etiam militiarum Regularibus, ac ſine cura Eccleſijs, vel Capellis, in quibus miſſa Conuentualis alta voce cum choro, aut demiſſa celebrari iuxta Romanæ Eccleſiæ ritum conſueuit, vel debet, aliàs, quàm iuxta Miſſalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędem Eccleſiæ, quouis modo exemptę apoſtolicæ ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alijs quibuſ-

uis facultatibus munitæ sint: nisi ab ipsa prima institutione à sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quę vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem ecclesijs assiduè obseruata sit: à quibus, vt præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquā auferimus; sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijsdem magis placeret, de Episcopi, vel Prælati, capitulíq; vniuersi consensu, vt quibusuis non obstantibus iuxta illud Missas celebrare possint, permittimus. Ex alijs verò omnibus ecclesijs præfatis eorundem Missalium vsum tollendo, illasque penitus & omnino reijciendo, ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus, & ordinamus. Mādantes ac districtè omnibus, & singulis Ecclesiarum prędictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsq; personis quacunque ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus, & præeminētiæ fuerint, illis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt cęteris omnibus rationibus, & ritibus ex aliis Missalibus quantumuis vetustis hactenus obseruari consuetis, in posterum penitus omissis, ac planè reiectis, Missam iuxta ritum, modum ac normam, quæ per Missale hoc a nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quàm quæ hoc Missali continentur, addere, vel recitare præsumant.

Atque vt hoc ipsum Missale in Missa decātanda, aut recitanda in quibusuis Ecclesijs, absque vllo conscientiæ scrupulo, aut aliquarū pœnarū, sentētiarum, & censurarum incursu post hac omnino sequantur: eoq; liberè, & licitè vti possint & valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium, etiam perpetuò cōcedimus, & indulgemus. Ne ve Pręsules, Administratores, Canonici, Capellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri sęculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad missam aliter quàm à nobis statutum est celebrandam teneatur: neque ad Missale hoc immutandum à quolibet cogi & compelli, præsentesve literæ vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmæ semper & validæ in suo existāt robore, similiter statuimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationib⁹ apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus cōcilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus: nec non ecclesiarum prædictarum vsu, longissima, & immemorabili pręscriptione, non tamē supra ducentos annos roborata; statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscūq;. Volumus autē, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ cōstitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem: qui verò intra montes, post tres: & qui vltra montes incolunt, post sex menses, aut cum primum illi Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum, ac mēdis & erroribus purgatum præseruetur, oībus in nostro, & sanctæ Romanæ ecclesię dominio mediate, vel immediate subiecto

bie cto

biecto commorantibus impressoribus sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: alijs vero in quacunq; orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel ad id specialis Apostolici Commissarij in eisdem partibus à nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso Impressore erit accipienda norma cum Missali in Vrbe, secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in vllo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant vel præsumant, auctoritate apostolica, & tenore præsentium insimilibus inhibemus. Verum, quia difficile esset præsentes literas ad queq; Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri; illas ad Basilicæ principis apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, ac earundem literarum exemplis etiã impressis, ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quę præsentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, confessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, Apud Sanctũ Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. Pridie Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Indictione Decimatertia, die verò Vigesimanona mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, anno eius quinto, Retroscriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

IN Kalendario locantur primo Epactę, deinde literę Dñicales ⁊ Feriarũ: tertio numerus Kalendarum, Nonarum, ⁊ Iduum: Quarto dies cuiuſqꝫ menſis cum Feſtis Sanctorum ſuo loco.

Epactę Anno 1589.

xiii. xxiiii. v. xvj. xxii. viii. xi. x. j. xij. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xxviii. xxix. x. xxi. ij.

¶ In ſuperiori numerorum ſerie ſic deprehẽditur Epacta. Primus numerus, qui eſt 13 tribuatur anno 1589. Sequens qui eſt 24. tribuatur anno 1590. ⁊ ſic deinceps, donec ad annum currentem perueniatur. Sic autem in ſingulis menſibus eſt accommodatus, vt vbi cadit in Kalendario, ibi ſit Nouilunium.

Literę Dominicales. 1589.

AGFECB AGEDCBGFEDB AGFDCBAFEDC
D F A C E G B

¶ In ſuperiori tabula litera Dominicalis ſingulis annis ſic inuenitur: Prima, quę eſt A tribuatur Anno 1589. Sequens, quę eſt G tribuatur anno 1590. Similiter ⁊ in annis ſequentibus litera, ſuper quam cadit milleſimus illius anni, erit litera Dominicalis, quę ſi duplex fuerit, annus biſſextilis intelligitur: ⁊ tunc ſuperior vſqꝫ ad feſtum S. Matthię, inferior ad reliquum anni deſeruiet. Finitis 28. annis, redeundum eſt ad principium.

De numero Nonarum ⁊ Iduum cuiuſqꝫ menſis. Verſus.

Sex Maius, Nonas, October, Iulius & Mars:
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Qua die menſis Calendę, Nonę, ⁊ Idus ſumantur.

¶ Prima quaque menſis die dicitur Kalendis: vbi autem Nonę fuerint quatuor, quinta die dicitur, Nonis: decimatertia, Idibus. Vbi fuerint ſex, ſeptima die dicitur Nonis, decimaquinta Idibus: reliquis vero diebus dicitur, Pridie, tertio, quarto Kal. aut Nonas retrorſum numerando vſqꝫ ad eũ diem, quo aut Kalendis, aut Nonis, aut Idibus dicit.

De Anno, ⁊ eius partibus.

¶ Annus habet menſes duodecim: Hebdomadas quinquaginta duas, cum die vno: Dies trecentos ſexagintaquinque, ⁊ ſex horas. Hoc enim temporis interuallo Sol Zodiacum circuit, Quater autem ſex horę ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille fit intercalaris, qui biſſextilis dicitur.

De numero dierum cuiuſque menſis.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque:
Vno plus alij, viginti Februus octo.
At ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus,
Et tunc bis ſexto Marti conſcribe Kalendas.

De Aduentu Domini.

¶ Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreę, vel ipſa die ſancti Andreę, ſi in Dominica venerit.

¶ Quatuor tempora, celebrantur quarta ⁊ ſexta Feria, ⁊ ſabbatho poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimę, poſt tertium diem Pentecoſtes, ⁊ poſt feſtum Exaltationis ſanctę Crucis.

Dies Nuptiarum ex Decreto Concilij Tridentini.

¶ A Dominica prima Aduentus vſque ad diem Epiphanię, ⁊ a feria quarta Cinerum vſque ad Octauam Paſchę, incluſiue, ſolennitates Nuptiarum prohibentur, alijs temporibus permittuntur.

IANVARIVS



Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

✠	A	Kal.	1	Circuncisio Domini. dupl. 14.
xxix	b	iiii	2	Octaua S. Stephani. dupl. cum commemo. Octauarum. 14.
xxviij	c	iii	3	Octa. S. Joannis. dupl. cum comme. oct. SS. Innocentium. 14
xxvij	d	Pri.	4	Octaua sanctorum Innocentium. dupl. 14.
xxvj	e	No.	5	Uigilia.
25 xxv	f	viii	6	Epiphania Domini. dupl. 15.
xxiiij	g	vii	7	De Octaua Epiphanię. dupl. 16.
xxiij	A	vi	8	De Octaua.
xxij	b	v	9	De Octaua.
xxj	c	iiii	10	De Octaua.
xx	d	iii	11	De octa. ⁊ commemo. S. Hyginij papę, ⁊ martyris. 147.
xix	e	Pri.	12	De Octaua.
xviij	f	Idi.	13	Octaua Epiphanię. dupl.
xvij	g	xix	14	Hilarij episcopi ⁊ confessoris. semiduplex. fol. 147. cum commemorat. S. Felicis in Pincis martyr.
xvj	A	xviij	15	Pauli primi Eremitę. semiduplex. fol. 147. cum commemo. Sancti Mauri abbatis.
xv	b	xvii	16	Marcelli papę ⁊ martyris. semidup. 147.
xiiij	c	xvi	17	Antonij Abbatis. ⁊ dupl. 48.
xiij	d	xv	18	Cathedra sancti Petri Romę. dupl. ⁊ commemoratio. Sanctę Priscę virginis ⁊ martyris. 148.
xij	e	xiiii	19	Marij, Marthę, Audifacis, ⁊ Abachum martyrum. 148.
xj	f	xiii	20	Fabiani ⁊ Sebastiani martyrum. dupl. 149.
x	g	xii	21	Agnetis virginis ⁊ martyris. dupl. 149.
ix	A	xi	22	Uincentij ⁊ Anastasij marty. semidupl. 149.
viij	b	x	23	Emerentianę virginis ⁊ martyris.
vij	c	ix	24	Timothei episcopi ⁊ martyris. 149.
vj	d	viii	25	Conuersio sancti Pauli apostoli. dupl. 150.
v	e	vii	26	Polycarpi episcopi ⁊ martyris. 151.
iiij	f	vi	27	Joannis Chrysostomi episcopi ⁊ confessoris. dupl. 151.
iij	g	v	28	Agnetis secundo. 151.
ij	A	iiii	29	
j	b	iii	30	
✠	c	Pri.	31	

FEBRVARIVS



Habet dies xxviij. Luna vero xxx.

	xxix	d	Kal.	1	Ignatij episcopi ꝛ marty. semiduplex. 152.
	xxviij	e	iiij	2	Purificatio Beatę Marię. dupl. 153.
	xxvij	f	iij	3	Blasij episcopi ꝛ martyris. 154.
25	xxvj	g	Pri.	4	
xxv	xxiiij	A	No.	5	Agathę virginis ꝛ marty. semidup. 154.
	xxiij	b	viij	6	Dorotheę virginis ꝛ marty. 154.
	xxij	c	vij	7	
	xxj	d	vj	8	
	xx	e	v	9	Apollonię virginis ꝛ marty. 154.
	xix	f	iiij	10	
	xviij	g	iij	11	
	xvij	A	Pri.	12	
	xvj	b	Idi	13	
	xv	c	xvj	14	Valentini presbyteri ꝛ marty. 154.
	xiiij	d	xv	15	Faustini ꝛ Iouitę marty. 154.
	xiij	e	xiiij	16	
	xij	f	xiij	17	
	xj	g	xij	18	Simeonis episcopi ꝛ marty. 154.
	x	A	xj	19	
	ix	b	x	20	
	viij	c	ix	21	
	vij	d	viij	22	Cathedra sancti Petri Antiochię. dupl. 154.
	vj	e	vij	23	Vigilia.
	v	f	vj	24	Matthię Apostoli. dupl. 155.
	iiij	g	v	25	
	iij	A	iiij	26	
	ij	b	iij	27	
	j	c	Pri.	28	

¶ In anno Bissextili Februarius est dierũ 29. ꝛ festum S. Matthię celebratur 25. Februarij, ꝛ bis dicitur sexto Kalendas, idest die 24. ꝛ die 25. ꝛ litera Dominicalis, quę assumpta fuit in mense Januario: mutatur in pręcedentem, Ut si in Januario litera Dominicalis fuit A. mutetur in pręcedentem, quę est g. ꝛc.

MARTIVS



Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

✠	d	Kal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iiij	4	
xxvj	A	iij	5	
25 xxv	b	Pri.	6	
xxiiij	c	No.	7	Sancti Thome de Aquino confess. dup. ⁊ cōmemorat. Sanctarum Perpetue ⁊ Felic. marty. 155.
xxiij	d	viij	8	
xxij	e	vij	9	Quadraginta martyrum, semidupl. 155.
xxj	f	vj	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiij	12	Gregorii pape, ⁊ confessoris, ⁊ Ecclesie doctoris. dupl. 155.
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Pri.	14	
xvj	d	Idi.	15	
xv	e	xvij	16	
xiiij	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiiij	19	Joseph confessoris, dupl. 156.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	Benedicti abbatis. dupl. 156.
ix	d	xj	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	Annunciatio beate Marie. dupl. 156.
v	A	vij	26	
iiij	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iiij	29	
j	e	iij	30	
✠	f	Pri.	31	

APRILIS



Habet dies xxx. Luna vero xxx.

	xxix	g	Kal.	1	
	xxviij	A	iiii	2	Francisci de Paula. dupl. 157.
	xxvij	b	iii	3	
25	xxvj	c	Pri.	4	
xxv	xxiiij	d	No.	5	
	xxiij	e	viij	6	
	xxij	f	vij	7	
	xxj	g	vj	8	
	xx	A	v	9	
	xix	b	iiij	10	
	xviij	c	iij	11	Leonis papę ⁊ confessoris. dupl. 157.
	xvij	d	Pri.	12	
	xvj	e	Idi.	13	
	xv	f	xviii	14	Tyburtij, Valeriani, ⁊ Maximi martyrum. 157.
	xiiij	g	xvij	15	
	xiij	A	xvj	16	
	xij	b	xv	17	Aniceti papę, ⁊ martyris. 157.
	xj	c	xiiij	18	
	x	d	xiij	19	
	ix	e	xij	20	
	viij	f	xj	21	
	vij	g	x	22	Sotheris ⁊ Caij pontificum ⁊ martyrũ. semidupl. 157.
	vj	A	ix	23	Georgij martyris semidupl. 157.
	v	b	viij	24	
	iiij	c	vij	25	Marci Euangelistę. dupl. 158.
	iij	d	vj	26	Cleti ⁊ Marcellini pontificum ⁊ martyrum. semidupl. 158.
	ij	e	v	27	
	j	f	iiij	28	Vitalis martyris. 158.
	✠	g	iij	29	Petri martyris. dupl. 158.
	xxix	A	Pri.	30	

MAIVS



Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

xxviij	b	Kal.	1	Philippi ⁊ Iacobi Apoſtolorum. dupl. 158.
xxvij	c	vj	2	Athanaſij epiſcopi ⁊ confeſſoris. dupl. 159.
xxvj	d	v	3	Inuentio ſanctę Crucis. dupl. cum commemora. SS. Alexandri, Euentij, ⁊ Theoduli martyrum, ac Iuuenalis epiſcopi ⁊ confeſſoris. 159.
25 xxv	e	iiij	4	Monicę viduę. 160.
xxiiij	f	iij	5	
xxiij	g	Pri.	6	Ioannis ante portam latinam. dupl. 160.
xxij	A	No.	7	
xxj	b	viij	8	Apparitio S. Michaelis. dupl. 160.
xx	c	vij	9	Sancti Gregorij Theologi epiſcopi ⁊ confeſſoris. dupl. 160.
xix	d	vj	10	Gordiani ⁊ Epimachi martyrum. 161.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iiij	12	Nerei, Archilei, ⁊ Pancratij martyrum. 161.
xvj	g	iij	13	
xv	A	Pri.	14	Bonifacij martyris. 161.
xiiij	b	Idi.	15	
xiij	c	xvij	16	
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiiij	19	Pudentianę virginis. 161.
ix	g	xiij	20	
viij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	
iiij	e	viij	25	Vrbani papę ⁊ martyris. 161.
iij	f	vij	26	Eleutherij papę ⁊ martyris. 161.
ij	g	vj	27	Ioannis papę ⁊ martyris. 161.
j	A	v	28	
*	b	iiij	29	
xxix	c	iij	30	Felicis papę, ⁊ martyris. 161.
xxviij	d	Pri.	31	Petronillę virginis. 162.

IVNIVS



Habet dies xxx. Luna vero xxix.

xxvij	e	Kal.	1	
xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum. 162.
25 xxiiij	g	iij	3	
xxv xxiij	A	Pri.	4	
xxij	b	No.	5	
xxj	c	viij	6	
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum. 162.
xvij	g	iiij	10	
xvj	A	iij	11	Barnabe Apostoli. duplex. 162.
xv	b	Pri.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. 162.
xiiij	c	Id.	13	Antonij de Padua. duplex. 163.
xiij	d	xviij	14	Basilij episcopi & confessoris. duplex. 163.
xij	e	xvij	15	Uiti, Modesti, & Crescentię martyrum. 163.
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiij	18	Marci & Marcelliani martyrum. 163.
viij	b	xiij	19	Geruasij, & Protasij martyrum. 164.
vij	c	xij	20	Siluerij papę & martyris. 164.
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini episcopi & confessoris. 164.
iiij	f	ix	23	Uigilia. 165.
iij	g	viij	24	Natiuitas S. Joannis Baptistę. duplex. 165.
ij	A	vij	25	De Octaua Natiuitatis S. Joannis Baptistę. 165.
j	b	vj	26	Joannis & Pauli martyrum. semiduplex. cum commemoratio. Octauę Natiuitatis S. Joannis. 166.
	c	v	27	De Octaua Natiuitatis S. Joannis.
xxix	d	iiij	28	Leonis Papę & confessoris. semiduplex. cum commemoratio. Octauę, & Uigilię. 166.
xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli apostolorum dup. 167.
xxvij	f	Pri.	30	Commem. S. Pauli apost. dup. cu comme Octa. S. Joan. 168

I V L I V S



Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

xxvj	g	Kal.	1	Oct. S. Joannis Baptistę. dup. cũ cõm. Octauę Apost. 168.
25 xxv	A	vj	2	Visitatio beatę Marię. dupl. 168. cum commem. Octauę Apostolorum, ꝛ SS. Processi ꝛ Martiniani martyrum. 169.
xxiiij	b	v	3	De Octaua Apostolorum.
xxiij	c	iiij	4	De Octaua.
xxij	d	iij	5	De Octaua.
xxj	e	Pri.	6	Octaua Apostolorum Petri ꝛ Pauli. dupl. 169.
xx	f	No.	7	
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septẽ fratrum m̃. ꝛ SS. Ruffi. ac Secundę virg. ꝛ m̃. semid. 170
xvj	c	v	11	Pij Papę ꝛ martyris.
xv	d	iiij	12	Naboris ꝛ Felicis martyrum. 170.
xiiij	e	iij	13	Anacleti papę ꝛ martyris. semidup. 170.
xiij	f	Pri.	14	Bonauenturę episcopi ꝛ confessoris. semidu. 170.
xij	g	Idi.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Alexij confessoris. 171.
ix	c	xv	18	Symphorosę cum septem filijs martyribus. 171.
viij	d	xiiij	19	
vij	e	xiij	20	Margaritę virginis ꝛ martyris. 171.
vj	f	xij	21	Praxedis virginis. 171.
v	g	xj	22	Marię Magdalenę. dupl. 172.
iiij	A	x	23	Apollinaris episcopi ꝛ martyris. semidup. 172.
iij	b	ix	24	Vigilia. ꝛ commemor. S. Christinę virginis ꝛ martyris. 172.
ij	c	viij	25	Jacobi Apost. dup. ꝛ cõ. S. Christo. m̃. in Missis priuatis. 173.
j	d	vij	26	Annę matris B. virginis Marię. dupl. 173.
✠	e	vj	27	Pantaleonis martyris. 173.
xxix	f	v	28	Nazarij, Celsi, ꝛ Victoris mar. ꝛ Innoc. papę, ꝛ confes. semid. 173.
xxviij	g	iiij	29	Marthę virgi. semidup. ꝛ cõme. SS. Felicis Papę, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis martyrum. 173.
xxvij	A	iij	30	Abdon ꝛ Sennen martyrum. 174.
25 xxvj	b	Pri.	31	

A V G V S T V S



Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

xxv xxiiij	c	Kal.	1	Petri ad vincula. dup. & cõme. SS. Machabęorum mart. 174.
xxiij	d	iiij	2	Stephani papę & martyris. 174.
xxij	e	iij	3	Inuentio s. Stephani prothomartyris. semidupl. 175.
xxj	f	Pri.	4	Dominici confessoris. dupl. 175.
xx	g	No.	5	Dedicatio sanctę Marię ad Niues. dupl. 175.
xix	A	viij	6	Transfigura. Dñi. dup. & commemora. ss. Xisti, Felicissimi, & Agapiti martyrum. 175.
xviij	b	vij	7	Donati episcopi & martyris. 176.
xvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi martyrũ. semidup. 176.
xvj	d	v	9	Uigilia. & cõmem. s. Romani martyris. 176.
xv	e	iiij	10	Laurentij martyris. dup. 177.
xiiij	f	iij	11	De octa. s. Laurentij. cum commem. ss. Tibur. & Susan. mar. 177.
xiij	g	Pri.	12	De Octaua. & commemor. S. Clarę virginis. 177.
xij	A	Idi.	13	De Octa. & commem. ss. Hippolyti & Cassiani mart. 177.
xj	b	xix	14	De Uigilia. cũ commem. Octauę, & s. Eusebij confess. 178.
x	c	xviij	15	Assumptio B. Marię Uirg. dupl. 178.
ix	d	xvij	16	De Octa. Assump. beatę Marię. cum commemor. Oct. s. Laur.
viij	e	xvj	17	Octa. s. Laur. dup. & cõm. Octauę Assumptionis. 179.
vij	f	xv	18	De Octaua. & commem. S. Agapiti marty. 179.
vj	g	xiiij	19	De Octaua.
v	A	xiij	20	Bernardi abbatis. dup. cum commem. Octauę Assumpt. 179.
iiij	b	xij	21	De Octaua.
iij	c	xj	22	Octaua Assumptionis beatę Marię. duplex, & commemoratio, ss. Timothei, Hippolyti, & Sympho. marty. 179.
ij	d	x	23	Uigilia.
j	e	ix	24	Bartholomęi Apostoli. duplex. Romę celebratur 25. 179.
✠	f	viij	25	Ludouici confessoris. 180.
xxix	g	vij	26	Zepherini papę & martyris. 180.
xxviij	A	vj	27	(& com. S. Hermetis mart.
xxvij	b	v	28	Augustini episcopi & confessoris, & Ecclesię doctoris. dup. 180.
xxvj	c	iiij	29	Decollatio S. Joannis Baptistę. dup. & commemoratio. Sãctę
25 xxv	d	iij	30	Felicis & Adaucti martyrum. 181. (Sabinę marty. 181.
xxiiij	e	Pri.	31	

SEPTEMBER



Habet dies xxx. Luna vero xxix.

xxiiij	f	Kal.	1	Egidij abbatis. & comme. ss. mart. duodecim fratrum. 181.
xxij	g	iiii	2	
xxj	A	iii	3	
xx	b	Pri.	4	
xix	c	No.	5	
xviij	d	viii	6	
xvij	e	vii	7	
xvj	f	vi	8	Natiuitas beatę Marię. dupl. & comme. S. Adriani martyris. in missis priuatis. 182.
xv	g	v	9	De Octaua s. Marię. & comme. s. Gorgonij marty. 182.
xiiij	A	iiii	10	Nicolai Tolentinatis. dupl. 182.
xiij	b	iii	11	De Octaua. & comem. ss. Prothi & Hyacinthi martyrum.
xij	c	Pri.	12	De Octaua.
xj	d	Idi.	13	De Octaua.
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis. dup. cum cõmem. Octa. s. Marię. 183.
ix	f	xvii	15	Octaua Natiuitatis Beatę Marię. dupl. cum commemoratio. S. Nicomedis martyris. 183.
viij	g	xvi	16	Cornelij & Cypriani pontificum & martyrum. semid. & commemo. SS. Eufemię, Lucię, & Geminiani mart. 183.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiiii	18	
v	c	xiii	19	Januarij epi & sociorum eius. 181.
iiij	d	xii	20	Vigilia. & commem. S. Eustachij & soc. martyrum. 183.
iij	e	xi	21	Matthęi Apostoli. dup. 184.
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum. 184.
j	g	ix	23	Lini papę & martyris. semidupl. & commemoratio. S. Theclę virginis & martyris. 184.
✠	A	viii	24	
xxix	b	vii	25	
xxviij	c	vi	26	Cypriani & Justinę martyrum. 184.
xxvij	d	v	27	Cosmę & Damiani martyrum. semidupl. 184.
25 xxvj	e	iiii	28	
xv xxiiij	f	iii	29	Dedicatio S. Michaelis archangeli. dupl. 185.
xxiij	g	Pri.	30	Hieronymi presbyteri confessoris & Ecclesię doct. dupl. 185.

OCTOBER



Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

xxij	A	Kal.	1	Remigij episcopi ⁊ confessoris. 186.
xxj	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Francisci confessoris. dupl. 186.
xviij	e	iij	5	
xvij	f	Pri.	6	
xvj	g	No.	7	Sancti Marci papę ⁊ confessoris. ⁊ cõmemo. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleij martyrum. 186.
xv	A	viij	8	
xiiij	b	vij	9	Dionysij, Rustici, ⁊ Eleutherij martyrum. semidup. 186.
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	
xj	e	iiij	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Pri.	14	Calisti papę ⁊ martyris. semidup. 187.
viij	A	Idi.	15	
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucę Euangelistę. dupl. 187.
iiij	e	xiiij	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis abbatis. ⁊ commem. SS. Ursulę ⁊ sociarũ virginum, ⁊ martyrum. 188.
j	A	xj	22	
✠	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Chrysanthi ⁊ Darię martyrum. 188.
xxvij	e	vij	26	Euaristi papę ⁊ martyris. 188.
xxvj	f	vj	27	Vigilia.
25 xxv	g	v	28	Simonis ⁊ Judę Apostolorum. dupl. 188.
xxiiij	A	iiij	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Pri.	31	Vigilia.

NOVEMBER



Habet dies xxx. Luna vero xxix.

xxi	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. dupl. 189.
xx	e	iiij	2	Commemoratio omnium fidelium defunctorum. dup. 226. ⁊ de Octaua omnium Sanctorum.
xix	f	iij	3	De Octaua.
xviij	g	Pri.	4	De Octaua. ⁊ commem. SS. Vitalis ⁊ Agricolę marty. 190.
xvij	A	No.	5	De Octaua.
xvj	b	viij	6	De Octaua.
xv	c	vij	7	De Octaua.
xiiij	d	vj	8	Octaua omnium Sanctorum. dupl. ⁊ cōmemo. SS. Quatuor Coronatorum martyrum. 190.
xiij	e	v	9	Dedicatio Basilicę Saluatoris. dupl. ⁊ commem. S. Theodori martyris.
xij	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, ⁊ Nymphę martyrum. 190.
xj	g	iij	11	Martini epi ⁊ confess. dupl. ⁊ cōmem. S. Mennę mart. 190.
x	A	Pri.	12	Martini papę ⁊ martyris. semidupl.
ix	b	Idi.	13	
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi ⁊ confessoris. 191.
iiij	g	xiiij	18	Dedicatio Basilicarum Petri ⁊ Pauli. dup. 191.
iij	A	xiij	19	Pontiani papę ⁊ martyris. 191.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Presentatio B. Marię Virg. dup.
*	d	x	22	Cęcilię virginis ⁊ martyris. semidup. 191.
xxix	e	ix	23	Clementis papę ⁊ martyris. semidup. ⁊ commem. S. Felicitatis martyris. 191.
xxviij	f	vii	24	Chrysogoni martyris. 192.
xxvij	g	vij	25	Catharinę virginis ⁊ martyris. dup. 192.
xxvj	A	vj	26	Petri Alexandrini episcopi, ⁊ martyris. 192.
xxiiij	b	v	27	
xxiij	c	iiij	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia. ⁊ commem. S. Saturnini martyris. 144.
xxj	e	Pri.	30	Andreę Apostoli. dupl. 145.

DECEMBER



Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

	xx	f	Kal.	1	
	xix	g	iiii	2	Bibianę virginis & martyris. commemo.
	xviij	A	iii	3	
	xvij	b	Nō.	4	Barbarę virginis & martyris. commemoratio.145.
	xvj	c	No.	5	Sabbę abbatis. commemoratio.145.
	xv	d	viij	6	Nicolai episcopi & confesso. semid.145.
	xiiij	e	vij	7	Ambrosij episcopi & confessoris, & ecclesię doctoris. dupl.145.
	xiij	f	vj	8	Conceptio beatę Marię, semidup.146.
	xij	g	v	9	
	xj	A	iiij	10	Melchiadis papę & martyris. & commemoratio.146.
	x	b	iij	11	Damasi papę & confessoris. semidup.146.
	ix	c	Nō.	12	
	viij	d	Idi.	13	Lucię virginis & martyris. dupl.146.
	vij	e	xix	14	
	vj	f	xviii	15	
	v	g	xvij	16	
	iiij	A	xvj	17	
	iij	b	xv	18	
	ij	c	xiiij	19	
	j	d	xiij	20	Vigilia.
	✠	e	xij	21	Thomę Apostoli. dupl.146.
	xxix	f	xj	22	
	xxviij	g	x	23	
	xxvij	A	ix	24	Vigilia. 6.
	xxvj	b	viij	25	Natiuitas Domini nostri Jesu Christi. dup.7.
25	xxv	c	vij	26	Stephani prothomartyris dupl. & com. Oct. Natiuita.9.
	xxiiij	d	vj	27	Joannis apostoli & euangelistę dupl. & comme. Octaua.10.
	xxiij	e	v	28	SS. Innocentium mart. dupl. & commemo. Octaua.10.
	xxij	f	iiij	29	Thomę Cantuarien. episcopi & mar. semid. & cōm. Octaua.11.
	xxj	g	iij	30	De Dominica infra octauam Natiuitatis, vel de Octaua. cum commemoratio. octauarum.12.
19	xx	A	Nō.	31	Syluestri papę & confessoris. dup. cum comme. Octa.13.

Hęc Epacta 19. nigra nunquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo numero 19.

RUBRICAE GENERALES MISSALIS.

Missa quotidie dicitur secundũ ordinem officij de festo duplici vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de octaua, ⁊ extra ordinem officij, votiua, vel pro defunctis.

De Duplici.

Missa dicitur de duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur, hęc nota. Duplex: ⁊ in Festis mobilibus quãcũq; Officiũ fit duplex.

¶ In duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicũtur, vt in proprijs Missis assignatũ est, Quando dici debet, Gloria in excelsis ⁊ Credo, inferius dicitur in proprijs rubricis,

De semiduplici ⁊ Simplici.

Missa de Semiduplici dicitur, quãdo in Calendario ponitur hęc vox. Semiduplici. Pręterea in dominicis ⁊ diebus infra octa.

¶ In Semiduplicibus, tam festis quã Dominicis, ⁊ infra octauas dicuntur plures orationes, vt infra dicetur in rubrica de oratione: infra octauam dicitur Missa sicut in die festi: nisi propriã Missam habuerit: in Dominicis vero sicut in proprijs locis assignatur.

¶ De simplici dicitur missa sicut de semiduplici, vt suis locis ponitur.

De Feria ⁊ Vigilia.

Missa de Feria dicitur, quãdo non occurrit festum, vel octaua, vel Sabbathũ, in quo fit officium Beatę Marię.

¶ In ferijs tñ quadragesimę, quatuor tpum, rogationũ, ⁊ vigiliarũ, ẽt si duplex, vel semiduplex, vel festum, vel octaua occurrat, in ecclesijs collegiatis dr̃ duę missę, vna de festo, altera de feria.

¶ In vigilijs autem, quę veniunt infra octauã, missa dicitur de vigilia cũ cõmemoratione octauę, si festum habens vigiliam celebretur feria secũda, missa vigilię dr̃ in sabbatho, sicut ẽt officiũ,

¶ Missa vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non sit factũ officium, excepta vigilia Natiuitatis, ⁊ Epiphanię vigilia,

¶ Si in quadragesima, ⁊ quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur missa de feria, cum commemoratione vigilię. Toto tẽpore Paschali non dicitur missa de vigilia, nisi in vigilia Ascẽsionis, quę tñ nõ ieiunatur, sicut nec vigilia Epiphanię,

De Missis Votiuis Sanctę Marię, ⁊ alijs.

In sabbathis non impeditis festo duplici, ⁊ Semiduplici, dicitur missa de Sancta Maria, secundum varietatem temporum: vt in fine missalis ponitur. Si Sabbathum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua, vigilia, feria quatuor tẽporũ, ⁊ quadragesimę, missa principalis dicitur secundum officium diei.

¶ In Aduentu autem licet officium non fiat de Sancta Maria in Sabbatho, dicitur tamen missa principalis de ea cũ cõmemoratione de aduentu, nisi fuerint quatuor tempora, vt supra. Alijs diebus infra Hebdomadam, quando officium fit de feria (exceptis ferijs Aduentus, Quadragesimę, Quatuor Temporum, Rogationum, ⁊ vigiliarum, dici potest aliqua Missa votiua etiam in principali Missa, quę dicitur Conuentualis ſm ordinem dierũ in fine Missalis assignatũ, Quę tamẽ Missę, ⁊ alię quęcunq; votiuę in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotũ quocunq; die officiũ non est duplex. Id vero passim nõ fiat: nisi rationabili de causa: vt quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

De Missis Defunctorum.

Prima die cuiusq; mensis (extra tempus Paschale) non impedita officio duplici, ⁊ semiduplici, dr̃ Missa principalis generaliter p defunctis Sacerdotibus, benefactoribus, ⁊ alijs.

¶ In Ecclesijs autem collegiatis dicuntur duę Missę, vna pro Defunctis, altera de festo simplici, si occurrat, vel de feria si propriã habeat Missam, vel resumenda sit Missa de Dominica pręcedenti, quę fuit impedita, cum infra Hebdomadam non occurrit alius dies, in quo resumi possit Missa de Dominica. Sed in ecclesijs non collegiatis dicatur Missa de die cũ commemoratione generaliter pro Defunctis.

¶ Pręterea Feria secunda cuiusq; Hebdomadę, in qua officiũ fit de Feria: Missa principalis dici potest pro Defunctis. Si aũt fuerit propria Missa de Feria, vel de festo simplici, i collegiatis ecclesijs dicantur duę missę, alioquin in missa de die fiat commemoratio (vt dictum est) pro defunctis. Excipitur tamen totum tempus Paschale: ⁊ quando per annum officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur missa principalis pro Defunctis: nisi in die depositionis Defuncti, ⁊ in Anniuersario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex, quocunq; die dici possunt priuatę missę pro defunctis, pręterquam in Dñicis. In die cõmemorationis omniũ defunctorũ, ⁊ in die depositionis, ⁊ in Anniuersario defuncti, dicitur vna tñ oro: ⁊ in alijs missis plures, vt in rubrica de cõmemora. ⁊ orõnibus dicetur.

¶ Sequentia pro Defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, ⁊ depositionis defuncti: In anniuersario autem, ⁊ in missa cōi pro defunctis dicatur pro arbitrio Sacerdotis.

De Translatione Festorum.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Trāslatione Festorum Dupliciū ⁊ Semiduplicium, quando maiori aliquo festo, seu Dominica impediuntur.

¶ In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesię, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari duę missę, vna de die, altera de festo: aut saltem commemoratio fieri de festo: si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

De Commemorationibus.

COmmemorationes in missis fiunt sicut in officio.

¶ De festo simplici fit commemoratio in missa, quando de eo in officio facta est commemoratio in vesperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantū ad Laudes, in missa solenni nulla fit commemoratio de eo, sed in missis tm̄ priuatis.

¶ De Dominica fit commemoratio, quando in ea fit de festo duplici.

¶ De octaua fit commemora. quādo infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in rubrica officij de commemorationibus. Item quando infra octauam fit de Dn̄ica.

¶ De feria fit commemoratio in Aduētu, Quadragesi. Quatuor temporibus, Rogationibus, ⁊ Vigilijs: quando missa dicenda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente.

¶ Sed in ecclesijs collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrāt, in ferijs, Rogationibus, ⁊ Vigilijs prędictis dicuntur duę missę, vna de festo, altera de feria, Rogationibus ⁊ vigilia prędictis absque vlla vtrorumq; commemoratione. Quando infra Hebdomadam dicuntur missę votiuę, post primam orationem semper dicatur Oratio eius, de quo fit officium. Quando fit commemoratio de feria quatuor temporum: pro ferię cōmemorōne dr̄ prima orō, q̄ ɔcordat cū Officio.

¶ In faciendis commemorationibus seruetur ordo, vt in Breuiario, de Dominica ante festum semiduplex, quod infra octauam celebratur: de festo semiduplici ante octauam, de octaua ante ferias prędictas, de ferijs prędictis ante festum simplex, de festo simplici ante orationes votiuas. Si facienda sit commemoratio pro Defunctis, semp ponit penultimo loco. In alijs cōmemorationibus a prędictis seruetur dignitas orationum: vt de Spiritu sancto ante Beatam Mariam, de Angelis ante Apostolos, ⁊ similiter in alijs. In missis defunctorum nulla fit cōmemoratio pro viuis, etiā si oratio esset communis pro viuis ⁊ defunctis.

¶ Quando dicuntur plures orationes, prima tantum ⁊ vltima cum sua conclusione terminantur: ⁊ ante primam ⁊ secundam Orationem dicitur, Oremus. Ante primam dicitur etiam, Dn̄s vobiscum. Cum vero dicuntur plures orationes, ⁊ vna oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda: Oratio huiusmodi, illa scilicet, quę eadem est, nō alię, commutetur cum alia de communi vel proprio, quę sit diuersa.

De Introitu Kyrie eleison, ⁊ Gloria in excelsis.

INtroitus semper eodem modo dicitur cū, Gloria patri, vt in ordinario, prȩterquam tempore Passionis, ⁊ in missis defunctorum, vt etiam ibi annotatum est.

¶ Kyrie eleison dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter Kyrie eleison ter Christe eleison ter Kyrie eleison.

¶ Gloria in excelsis dicitur quandocunque in matutino dictus est Hymnus. Te Deum prȩterquam in missa ferię quintę in Cęna Dn̄i, ⁊ Sabbathi Sancti, in quib. Gloria in excelsis, dicit.

¶ In missis votiuis non dicitur, nisi in missa B. Marię, ⁊ Angelorum: ⁊ nisi missa votiua dicēda sit pro re graui, vel pro publica ecclesię causa. Neque etiam dicitur in missis defunctorum.

De Orationibus.

IN festis duplicibus dicitur vna tantum oratio: nisi facienda sit aliqua commemoratio, vt dictum est supra.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, ⁊ a Purificatione vsq; ad quadragesimam, dicitur secunda oratio, A cuncti. tertia ad libitum.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus ab octa. Epiphanię vsque ad Purificationem dicitur Secunda oratio, Deus qui salutis. Tertia: Ecclesię vel pro Papa.

¶ In festis Semiduplicibus a feria quinta Cinerum vsque ad Dominicam Passionis: secunda de feria: Tertia, A cunctis.

¶ In festis semiduplicibus a Dominica Passionis vsq; ad Dominicam Palmarum, secunda oratio de feria: tertia. Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus ab octaua Paschę vsq; ad Ascensionem: secunda oratio de sancta Maria, Cōcede Tertia. Ecclesię vel p̄ Papa.

¶ In festis semiduplicibus infra octauas occurrentibus: Secunda oratio dicitur de octaua: tertia quę secundo loco infra octauam dicitur. Infra Octa. Paschę, ⁊ Pentecostes, quando missa dicitur de octaua, dicuntur duę tantum orationes, vna de die, altera, Ecclesię, vel pro Papa.

¶ Infra alias octauas, ⁊ in vigilijs, quę ieiunantur (excepta vigilia Natiuit. Domini ⁊ Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de sancta Maria: Tertia, Ecclesię, vel p̄ Papa. Sed infra

fra octauas Sãctę Marię, & in vigilia & ifra octauam omnium Sanctorum, secunda oratio dicitur de spiritu Sancto: alia, Ecclesię, vel pro Papa.
¶ In dominicis infra octauas occurentibus dicuntur duę orationes: vna de Dominica, secunda de octaua. In die octaua dicitur vna tantũ Oratio: nisi aliqua Commemoratio facienda sit.
¶ In Dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignant. qbusdã exceptis, vt suis locis assignant.
¶ In festis simplicibus, & ferijs per annum dicũtur tres, vt in semiduplicibus: possunt etiam dici quinque, vel septem, ad libitum.
¶ In ferijs quatuor temporum, & vbi plures leguntur lectiones, huiusmodi plures orationes dicuntur post vltimam orationem ante Epistolam: & alię orationes cum lectionibus, vt suis locis in proprio missarum de tempore.
¶ In Missis votiuis, quando dicuntur pro re graui, vel pro publica Ecclesię cã, dr tñ vna oratio: sin aliter, dñr plures, vt in festis simplicibus.
¶ Sed in votiuis Beatę Marię, secunda oratio dicitur de Spiritu Sancto, & in votiuis de Apostolis, quando dicitur oratio. A cunctis eius loco dicitur Oratio de Sancta Maria. Concede.
Si quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri Commemoratio alicuius Sãcti, ea ponitur secundo loco, & tertia oratio dicitur, quę alias secundo loco dicenda erat.
¶ In conclusione orationum hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad patrem, concluditur: Per Dominum nostrum. &c. ad filium, Qui viuis & regnas cum Deo patre. Si in principio Orationis fiat mentio filij, concluditur. Per eundem. Si in fine orationis eius fiat mentio: Qui tecum viuit. Si facta sit mentio Spiritus Sancti: in cõclusione dicitur. In vnitate eiusdem spiritus sancti &c. Alia quoq; in dicendis orationibus seruentur, quę superius in Rubrica de commemorationibus dicta sunt.

De Epistola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.

Post vltimam orationem dicitur Epistola: qua finita, a ministris dicitur. Deo gratias.
¶ Post Epistolam dicitur Graduale, quod sẽper dicitur, pręterquã tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in Rubrica Sabbathi in albis.
¶ Post Graduale dicuntur duo Alleluia. Deinde versus, & post versum, vnum Alleluia. Tẽpore Paschali, quando non dicitur Graduale dicitur aliud Alleluia post secundum versum: & quando dicitur Sequentia non dicitur post vltimum versum, sed post Sequentiam.
¶ A Septuagesima vsq; ad Sabbathum Sanctum, non dicitur Alleluia neque dicitur in missis de feria in Aduentu, quatuor temporibus, & vigilijs quę ieiunantur, exceptis vigilia Natiuitatis Domini, si venerit in Dñica, & vigilia Paschę & Pẽtecostes, ac quatuor temporibus Pentecostes. Nec dicitur in festo Innocentium, nisi venerit in Dominica.
¶ A septuagesima vsq; ad Pascha, eius loco dicitur Tractus qui tractus prędicto tempore in aliquibus ferijs non dicitur: vt suis locis ponitur. neq; in Ferijs a Septuagesi. vsque ad quadragesimam, quando repetitur missa Dominicę.
Dicto graduali seu, Alleluia. seu Tractu dicitur Euangelium. Et in principio Euangelij dicitur, Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Deinde. Sequentia Sancti Euangelij secundũ N. ℟. Gloria tibi domine. In fine euãgelij a ministris dicitur Laus tibi Christe, Postea si dicẽdum est, dicitur Credo.

De Symbolo.

Symbolum dicitur post Euãgelium in omnibus Dominicis per annum, etiam, si in illis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitate Domini: & deinceps vsque ad octauam Beati Joannis Apostoli inclusiue. In Epiphania, & per octauã. Feria quinta in cęna Domini. In Paschate resurrectionis, & per octauam. In Ascensione Domini, & per octauam. In Pentecoste, & per octauam. In festo corporis Christi, & per octauam. In omnibus festis Beatę Marię, & per octa. In omnibus festis Apostolorum, & Euangelistarum, & per octauas. In festis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi, addito festo S. Thomę de Aquino. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, & Joannis Chrysostomi. In vtraq; Cathedra S. Petri. Et in festo S. Petri ad vincula. In festis conuersionis, & cõmemorationis S. Pauli Apli. In festo S. Joãnis ante Portam Latinã. In festis Inuentionis & Exaltationis Sanctę Crucis. In festis Angelorũ. In festo S. Barnabę Apostoli. In festo Sanctę Marię Magdalenę. In Transfiguratione Domini. In die octauarum Sancti Joannis Baptistę, & Sancti Laurentij. In festo omnium Sanctorum, & per octauam. In dedicationibus Sancti Saluatoris, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. In anniuersario Dedicationis proprię Ecclesię, & per octauam. In die Consecrationis Ecclesię, vel altaris. In festis sanctorum, quibus dedicata est Ecclesia, & vbi habetur corpus vel insignis reliquia sancti, de quo agitur. In die creationis, & coronationis Summi Pontificis, & in anniuersario eiusdem diei. Item, in omnibus festis, quę in Dominicis, & per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicę & octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci, vel tituli Ecclesię: & in festis principalibus

libus ordinum, ⁊ per eorum octauas, in ecclesijs tantum illius ordinis.

Item dicitur, Credo. in missis votiuis, quę solenniter pro re graui: vel pro publica Ecclesię causa celebrantur.

De Offertor. Secretis, Prefationib⁹ ⁊ Canone.

Post symbolum, vel si non sit dicēdum, post Euangelium, dicitur. Dominus vobiscū deinde Offertorium postea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta, dicuntur orationes secretę secundum numerū orationum, quę palam dictę sunt: sed ante primā orationem non dicitur, Dominus vobiscum nec aliqd aliud: sed dicto. Suscipiat Dominus sacrificium absolute dicuntur: neque etiam ante secundam orationem dicitur, Oremus. Terminatur autem prima, ⁊ vltima oratio, vt dictum est supra in Rubrica de orationibus: ⁊ secreto dicuntur, vsq3 ad illa verba in conclusione. Per omnia secula seculorum quę clara voce proferuntur, ⁊ incipitur Prefatio Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatū est, ⁊ quę in quadragesima, tempore Paschali, ⁊ infra octauas proprię assignantur, dicuntur etiā in dominicis, ⁊ festis, quę illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant.

¶ In missis votiuis dicitur etiam prefatio propria, si propriam habeat. Et quando aliqua missa votiua pro publica ecclesię causa solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni, vt in duplicibus. Post prefationem incipitur canon missę secreto, in quo seruātur omnia, vt in ordinario: vbi vero Communicātes. Infra actionem, vel alia variari contingit, suo loco in proprijs missis adnotatur.

De Communione, ⁊ ijs quę post Cōmunionē, Ite missa est, vel Benedicamus Domino, de Benedictione, ⁊ Euangelio Sancti Joannis.

Facto canone, ⁊ alijs omnibus, vsq3 ad Cōmunionē, ea peracta, dicitur Communio, ⁊ orationes post Communionem, eodem modo, ⁊ ordine, vt i principio missę: ⁊ repetito. Dñs vobiscum dicitur. Ite missa est, vel Benedicamus Domino pro temporis ratione.

¶ Ite missa est, dicitur quandocunque dicitur Gloria in excelsis Cum non dicitur, eius loco dicitur. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

¶ In missis defunctorum dicitur. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Dicto Placeat datur Benedictio quę a celebrante semper datur in missa: preterquam in missis defunctorum. Deinde dicitur Euangelium Sancti Joannis, In principio, premisso Dominus vobiscum. ⁊ Sequētia vt moris est: quod Euangelium nunquam pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria, quę habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitat. Domini dicitur Euangelium de Epiphania, Cum natus esset Jesus.

De ordinanda missa ex supradictis rubricis.

Supradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam diei, recurrat ad ordinarium missarum de tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem officij. Si propriam nō habeat, recurrat ad cōmune Sanctorum, Si de feria agendum sit, ⁊ propria missa non fuerit de feria dicatur missa: pręcedentis dominicę, omissis. Gloria in excelsis ⁊ symbolo, preterquam tēpore Paschali, in quo semper dicitur: Gloria in excelsis. vt supra, excepta missa Rogationum: ⁊ in Aduentu pretermittit. Alleluia post Graduale, cum suo versu, Si dicenda sit missa votiua, requiratur post commune Sanctorum suo loco. Si plures orōnes dicēdę sint, requirant post missas votiuas: suo loco de singulis rebus singulę. Si pro Defunctis dicenda sit missa, habetur post missas votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius missę, cū Prefationibus, Canone, ⁊ alijs dicendis, habetur suo loco cum proprio missarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS

In celebratione Missę.

De preparatione Sacerdotis celebraturi.

Sacerdos celebraturus seruatis ijs, quę superius dicta sunt quo ad preuiam confessionē ⁊ Horas Canonicas, Matutino saltem absoluto, orationi aliquantulū vacet, ⁊ orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi preparatū, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur, accipit missale, perquirit missam, perlegit, ⁊ signacula ordinat ad ea, quę dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positam. Deinde preparat Calicem, ponens super eius os purificatorium, ⁊ super illud patenam cū Hostia, quā tegit parua palla ⁊ velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum, intus habens corporale plicatum.

¶ Quibus ita dispositis, accedit ad paramēta, vbi calceatus pedibus, ⁊ indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat, induit se, si sit prelatus secularis, supra rochettū: si sit prelatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpellicium, si cōmode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas.

¶ Ac primum accipiens amictum circa extre-

mitates ꝛ cordulas osculatur in medio, ꝛ ponit super caput, ꝛ mox declinat ad collum, ꝛ eo circuitu circa vestium collaria tegens, ducit chordulam sub brachiis, ꝛ circumducens per dorsum ad ventrem reducit ꝛ ligat.

¶ Cum alba induitur caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, ꝛ sinistram sinistro imponens: Albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, ꝛ a lateribus hinc inde, ꝛ cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingit: Minister eleuat Albam super cingulum circum circa, vt honeste dependeat, ꝛ tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptat: vt ad latitudinem digiti, vel circa, supra terram ęqualiter stat.

¶ Sacerdos accipit manipulum, osculatur crucem in medio, ꝛ imponit brachio sinistro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiens stolam, simili modo deosculatur, ꝛ imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram, ꝛ partem a dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque vtranque partem stolę extremitatibus cinguli, hinc inde ipsi cingulo coniungit.

¶ Si celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in modum Crucis, sed sinit hinc inde vtrasque extremitates pendere: ꝛ accipit cruciculam a collo ante pectus chordulis pendentē.

¶ Postremo Sacerdos accipit planetam, Si sit Episcopus, ꝛ solenniter celebrat, accipit paramenta, ꝛ alia vt in Pontificali.

De ingressu Sacerdotis ad Altare.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu sinistra Calicem vt supra pręparatum, ꝛ bursam manu dextra super Calicē tenens, capite cooperto accedit ad altare, Ministro cum Missali, ꝛ aliis ad celebrandum necessariis pręcedente. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore, si vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum Sacramenti, genuflectat, Si ante altare, vbi celebretur missa, in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, ꝛ detecto capite illud adoret.

¶ Cum peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum ministro porrigens, ꝛ altari, seu imagini crucifixi desuper positę, profunde inclinat. Si antē i eo sit tabernaculū Sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij sistit calicem, extrahit corporale de bursa, quod extendit in medio altaris, ꝛ super illud Calicem velo coopertū collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit, antequā descendat ab altari missam inchoaturus.

¶ Si est consecraturus plures Hostias pro cōmunione facienda, quę ob quantitate n super patena manere non possint: locet eas super corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice vel vase mūdo consecrato, eas ponit retro post Calicem, ꝛ alia patena cooperit.

¶ Collocato Calice in altari, accedit ad Cornu Epistolę, Missale super cussino aperit, reperit missam, ꝛ signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, descendit ad gradum infimum altaris, pro missa inchoanda.

¶ In missa solenni, calix, missale, ꝛ alia necessaria pręparantur, antequam sacerdos veniat ad altare. Ipse autem procedit cum ministris: ꝛ cum peruenerit ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, ꝛ Subdiaconū a sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) confessionem.

¶ In missa pōtificali omnia seruentur, vt in pōtificali, ꝛ cęremoniali Romano ordinatur: cuius pontificalis ordinem Episcopus nunquam pręternittat, quandocunque cum Diacono, ꝛ Subdiacono paratis celebrat.

De principio Missę, ꝛ confessione facienda.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius cruci vel altari reuerentia, erectus incipit missam.

¶ Si aūt celebraturus sit coram Summo Pōtifice, sistit se in infimo gradu altaris a cornu Euāgelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat, accepta benedictione erigit se, ꝛ stans versus altare, incipit missam.

¶ Si autem sit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, in eorum residentijs, vel loco iurisdictionis: stans in infimo gradu a cornu Euangelij, vt supra, expectat: dato signo, facit profundam reuerentiam pręlato, ꝛ versus ad altare incipit missam.

¶ Si autem solenniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex pręlatis prędictis, in ecclesiis sue iurisdictionis, stans a sinistris pręlati facit cum eo confessionem, ꝛ alia seruat, vt in cęremoniali romano, ꝛ in pontificali ordinatur.

¶ Stans igitur celebrās in infimo gradu altaris vt supra, producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce, In nomine Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spiritus Sancti. Amen.

Et postquā id dixerit, non debet aduertere quecunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet: sed continuate prosequi missam suam vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistram ponit infra pectus. In alijs benedictionibus cum est ad altare, seipsum non benedicit, sed oblata vel aliquid aliud, ponit eam super altari

tari, seipsum benedicens, vertit ad se palmā manus dextrę, ⁊ omnibus illius digitis iunctis ⁊ extensis, a fronte ad pectus, ⁊ ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis ⁊ extensis, qđ in oi bñdictione obseruat.

¶ Postquā dixerit, In nomine Patris. ⁊c. vt supra: iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonā, Introibo ad altare Dei. Minister retro post eum ad sinistrā genuflexus, ⁊ in missa sollenni ministri hinc inde stantes prosequuntur. Ad Deum qui letificat iuuentutem meam. Deinde sacerdos eodem modo stās incipit ⁊ prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum, Iudica me Deus. vsq; ad finem, cum Gloria patri. Quo finito, repetit Antiphonam, Introibo cū ministris, vt supra. Qui psalmus nunquam prętermittitur, nisi in missis defunctorum, ⁊ in missis de tempore a dominica Passionis inclusiue vsq; ad Sabbathum Sanctum exclusiue: in quibus semel tantū dicta Antiphona, Introibo cum ministris, vt supra. Sacerdos statim subiungit versum, Adiutorium nostrum, ⁊c. vt infra. Cū in fine psalmi dicit, Gloria patri ⁊c. caput cruci inclinat. Repetita Añā. Introibo dextra manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit. Confiteor Deo. vt in ordinario. Et prosequitur eodem modo stans inclinatus, donec a ministro, vel ministris dictum sit, Misereatur Cū incipitur a ministris, Confiteor se erigit. Cū dicit mea culpa, ter pectus dextra manu pcutit.

¶ Si est coram Pontifice, ⁊ Cardinali, in loco sui tituli, seu cardinalatus, ⁊ corā Legato Sedis Apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, ⁊ Episcopo, in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Dięcesi constitutis, vbi dicit, vobis fratres, dicat, Tibi pater: similiter in fine, vbi dicit, Vos fratres dicat. Te pater, quod dicens Summo Pontifici genuflectit, alijs pręlatis profunde inclinat cum ministris: ⁊ qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent. Confiteor. dicunt. Tibi pater: ⁊ te pater.

¶ Facta a circumstantibus confessione, Celebrans stans respondet: Misereatur vestri, ⁊c.

¶ Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, dicit. Indulgentiam, ⁊c. ⁊ stans capite inclinato prosequitur: Deus tu conuersus ⁊ quę sequuntur in ordinario, clara voce vsq; ad orōnē. Aufer a nobis. ⁊c. quā dicit secreto. Et tunc si corā Sūmo Pōtifice, aut alijs pręlatis, vt supra celebret, facta Summo Pontifici genuflexione, alijs pręlatis profunda reuerētia, accedit ad infimū gradum ante medium altaris, ⁊ ibi dicit, Aufer a nobis, ⁊c. vt supra.

De Introitu Kyrie eleison, ⁊ Gloria in excelsis.

DIcto Aufer a nobis, ⁊c. Celebrās iūctis manibus ascēdit ad medium altaris: vbi stans capite inclinato, ⁊ iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabulę, seu mensę altaris tangant, residuo manuum inter altare ⁊ se retento, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito (quod semper obseruatur, cū manus iunctę super altare ponuntur) secreto dicit. Oramus te domine, ⁊c. Quo dicto, osculatur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: (quod in omni deosculatione altaris seruatur) sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari, accedit ad cornu sinistrū altaris, id est, Epistolę: vbi stans versus altare, ⁊ producens a fronte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce Introitum Missę: ⁊ prosequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum non signat se, vt prius: ⁊ eo repetito iunctis manibus ante pectus, accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit simili voce ter Kyrie eleison: Christe eleison: et iterū ter Kyrie eleison: alternatim cum ministris, Si minister, vel qui intersunt Celebranti non respondeant: ipse solus nouies dicit. Dicto vltimo. Kyrie eleison: Sacerdos ibidem vt prius stans, ⁊ manus extendens, eleuansque ⁊ iungens, voce prędicta incipit, si dicendum sit. Gloria in excelsis: cum dicit, Deo caput cruci inclinat: quo erecto stans iunctis manibus, vt prius, prosequitur vsq; ad finem. Cū dicit: Adoramus te, Gratias agimus tibi. Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram ⁊ iterum. Iesu Christe caput cruci inclinat, Cum dicit in fine: Cum sancto spiritu seipsum, a fronte ad pectus signat: interim perficiens. In gloria Dei patris Amen.

¶ In missa sollenni Sacerdos facta confessione, ascendit cum ministris ad altare: quo per eum osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculam, ⁊ thuriferario thuribulū. Antequam ponat incensum, illud benedicit dicens: Ab illo benedicaris ⁊c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, ⁊ dat Celebranti, osculata prius eius manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde reliquias, si adsint, primum quę a dextris sunt, deinde quę a sinistris, cuiq; bis ducens thuribulum, postea imagines: vel earum loco cādelabra semel singulis thuribulum ducens, primum a cornu Epistolę: ⁊ illius postremam partem inferiorem altaris: deinde superiorem, scili-

ficet tabulam altaris, ⁊ procedens ante crucem: facta ei reuerentia, incensat alias imagines, seu cādelabra in cornu Euangelij, ⁊ illius postremam partem altaris inferiorem, ⁊ superiorem tabulę: deinde totā āteriorē vsqꝫ ad extremū altaris i cornu Eplę facta cruci reuerētia, cū ante eā trāsit: ⁊ reddito thuribulo ipsi Diacono: ab eo ipse solus incēsat. Deīde cū illis, Diacono a dextris celebrātis, subdiacono a dextris Diaconi stātibꝰ, ꝓsequitur Introitum: Kyrie eleison. Cum vero intonat Hymnum, Gloria in excelsis. Diaconus ⁊ Subdiaconus, vnus post alium, stant a tergo celebrantis: postea ascendunt ad altare, ⁊ hinc inde cum celebrante hymnum submissa voce prosequuntur vsque ad finem.

De Oratione.

Dicto Hymno. Gloria in excelsis, vel si nō sit dicendus, eo omisso: celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde super illo vt supra extensis: tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis: vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populum, ⁊ extendens, ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prędicta Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. iunctis vt prius, manibus reuertitur per eandeꝫ viam ad librum: vbi extendens ⁊ iungens ante pectus manus, caputqꝫ Cruci inclinans, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, ⁊ digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamqꝫ non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extēsis manibus, dicit orationem. Cuꝫ dicit, Per dominum nostrum iungit manus. Si aliter concluditur oratio: Qui tecum. vel Qui viuis. Cuꝫ dicit, in vnitate iūgit manus. Cum nominatur nomen Iesus caput versus crucem inclinat: cum in oratione nominatur nomen Beatę Marię, vel sanctoruꝫ, de quibus dicitur missa, vel fit commemoratio, item in oratione pro Papa, quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt dicēdę, idē in eis in voce, extēsione manuū, ⁊ capitis inclinatione, quod supra dictū est, obseruatur.

Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est. Dominus vobiscum. Orate fratres: Ite missa est, vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio, ibi expāsis, ⁊ iūctis manibꝰ vt supra, salutat populū.

In quatuor temporibus, vel alias, quando dicendę sunt plures orationes cū prophetijs, dicto Kyrie eleison in medio altaris, reuertitur ad cornu Epistolę: vbi stans ante librum extensis ⁊ iunctis ante pectus manibus, ⁊ caput cruci inclinās, dicit. Oremus. Flectamus genua ⁊ illico manibꝰ super altare extensis: vt seipsum ad altare sustineat genuflectit, ⁊ sine mora surgens, eadem voce dicitur a ministro. Leuate: manibus extēsis dicit orationem, vt supra, ⁊ in conclusione iungit. Dum autem legit prophetiam, manus tenet super librum vel altare repositas.

In missa solenni cum dicitur, Dominus vobiscum ⁊ Oratio. Diaconus ⁊ Subdiaconus stās retro post celebrantem. Flectamus genua dicitur a Diacono: a Subdiacono vero. Leuate illo primum genuflectente, hoc primum surgente.

De Epla Graduali, ⁊ alijs vsqꝫ ad Offertorium.

Dictis orationibus, celebrās positis super librum vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens legit. Epistola. intelligibili voce.

Si solenniter celebret, legat demissa voce cuꝫ ministris: similiter. Graduale, ⁊ Euangelium.

Lecta Epistola respōdetur a ministris Deo gratias, ⁊ similiter stans vt prius ꝓsequit̄ Graduale Haleluiah, ⁊ Tractum ac Sequentiam si dicenda sint. Quibus dictis, Celebrans si priuatim celebret, ipsemet, seu minister portat librum missalis ad alteram partem altaris in cornu Euāgelij: ⁊ dum transit ante medium altaris, caput cruci inclinat, ⁊ missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsuꝫ cornu altaris, ⁊ non ad parietem siue ad partem eius cōtra se directam. Locato missali in altari, celebrans redit ad mediuꝫ altaris: ⁊ ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisqꝫ ad Deum oculis, secrete dicit Munda cor meum: Dominus sit in corde meo, ⁊ Iube domine vt in ordinario.

Quibus dictis, vadit ad librum missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiscū ℟. Et cum spiritu tuo Deinde pollice dextrę manus signo crucis signat, primo librum super principio Euangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore, ⁊ pectore, dicens. Sequentia vel Initium sancti Euāgelij, ⁊c. ℟. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum, vt prius, manibus, stans vt supra, prosequitur Euangelium vsque ad finem, Quo finito, ministri respondent. Laus tibi Christe ⁊ celebrans eleuans parumper librum, osculatur Euangelium dicens. Per euangelica dicta deleantur nostra delicta pręter quam in missis defunctorum, in quibus non osculatur, ⁊ nisi celebret coram Summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eoruꝫ residentijs: quo casu defertur cuilibet prędictorum osculandus liber, ⁊ ipse celebrans tunc non osculatur.

Dicto Euangelio stans in medio altaris versus crucem, eleuans, ⁊ iungens manus caputqꝫ cruci inclinans, incipit (si dicendum sit.) Credo

Cum

Cum dicit, In vnum Deum caput cruci inclinat: quo erecto, stans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequitur vsqꝫ ad finem. Cum dicit. Jesum Christum. caput cruci inclinat, Cũ dicit. Et incarnatus est, vsque ad homo factuꝫ est inclusiue, genuflectit. Cum dicit, Et vitam venturi seculi, Amen. producit sibi manu dextra signũ crucis a fronte ad pectus.

¶ Jn missa solenni subdiaconus circa finem vltime orationis, accipit ambabus manibus libruꝫ Epistolarum, deferens illum supra pectus: ⁊ facta altari genuflexione in medio, vadit a parte Epistole contra altare, ⁊ legit Epistolam: qua lecta redit ad celebrantem, osculatur eius manum, ⁊ ab eo benedicitur, preterquam in missis defunctorum.

¶ Deinde ideꝫ subdiaconus accipit missale Celebrantis, defert ad cornu Euangelij in altare ibi ministrans celebranti: qui lecto Euangelio ⁊ per Diaconum delato libro Euangelioruꝫ ad altare, imponit incensum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit. Munda cor meum genuflexus ante altare, accepto libro Euangelioruꝫ de altari, ⁊ benedictione a celebrante, osculataque illius manu, vadit cum Subdiacono a sinistris ad locũ Euãgelij contra altare versus populum, vbi subdiacono libruꝫ tenente, medio inter duos acolithos tenentes candelabra accensa, dicit, Dominus vobiscum iunctis manibus. Cũ dicit. Sequentia ⁊c. signat librum, frontem, os, ⁊ pectus. Postea ter librum incensat, hoc est, in medio, a dextris, ⁊ a sinistris: ⁊ prosequitur Euangelium iunctis manibus. Jnterim celebrans stat iunctis manibus a cornu Epistole versus Euangelium. Quo finito, osculatur sacerdos librum a subdiacono sibi delatum, dicendo. Per euangelica dicta deleantur nostra delicta. ⁊ a Diacono ter incensatur. Si coram prelato in sua residentia, liber deferatur ad prelatum, vt supra: ⁊ ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolum stantibus post eum diacono, ⁊ subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, ⁊ cum eo prosequentibus: vt dictum est ad Gloria in excelsis.

¶ Si quandoque celebrans cantat missam sine diacono ⁊ subdiacono: Epistolam, cãtat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum celebrantis. Euangelium. auteꝫ cãtat ipse celebrans ad cornu Euangelij, qui ⁊ in fine misse cãtat. Jte Missa est. vel Benedicamus Domino pro temporis diuersitate.

De Offertorio, ⁊ alijs vsque ad Canonem.

Dicto Symbolo vel, si non sit dicendum, dicto Euangelio, celebrans osculatur Altare in medio, ⁊ iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram, vertit se ad populum, ⁊ extendens ac iungens manus dicit, Dominus vobiscum: ⁊ iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium altaris, vbi extendens ⁊ iungens manus, caputqꝫ cruci inclinans, dicit, Oremus. tum iunctis, vt prius manibus, dicit Offertorium, ⁊ omnia que vsqꝫ ad finem misse in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stãs versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur.

¶ Dicto Offertorio discooperit Calicem, ⁊ ad cornu Epistole sistit, ⁊ amota parua palla desup hostiam, accipit patenaꝫ cum hostia, ⁊ ambabus manibus vsqꝫ ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deum dicit, Suscipe sancte Pater. ⁊c. Si fuerint alie hostie non super patenam: sed super corporale, vel in alio vase pro cõmunione populi consecrande: calicem illum, seu vas dextra discooperit, ⁊ intentionem suam etiaꝫ ad illas offerendas, ⁊ consecrandas dirigens, dicit vt supra. Suscipe ⁊c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena, ponit hostiam super corporale circa medium anterioris partis corporalis ante se, ⁊ patenaꝫ ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autem adsit vas, seu calix cum aliis Hostiis, cooperit patena ipsa.

¶ Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: ⁊ accipiens ampullaꝫ vini de manu ministri, ponit vinum in calicem. Deinde producit signuꝫ crucis super ampullam aque, ⁊ dicit. Deus qui humane substantie: imponens parum aque in calice psequẽ. da nobis p hui⁹ aque ⁊ vini mysterium.

¶ Si vero celebrat pro defunctis, non facit signum crucis super aquam, sed imponit absqꝫ benedictione, dicens orationem vt supra. Jmposita aqua in Calice, ⁊ finita oratione predicta, accipit Calicem discoopertum: ⁊ stans ante medium altaris, ipsum ambabus manibus eleuatũ tenens, videlicet cum sinistra pedem, cum dextra auteꝫ nodum infra cuppam, intentis, ad Deum oculis offert, dicens, Offerimus tibi Domine ⁊c. qua oratione dicta, facit signum Crucis cum Calice super corporale, ⁊ ipsum in medio post Hostiaꝫ collocat, ⁊ palla cooperit: Deinde iunctis manibus super altare positis, capite inclinato dicit secreto. In spiritu humilitatis ⁊c. Postea eleuans oculos, manusqꝫ expandens, ⁊ statim iungens ante pectus (quod semper facit, quando aliquid est benedicturus) dicit: Veni sanctificator, ⁊c. Cum dicit: benedic signat manu dextra communiter super Hostiam ⁊ Calicem.

¶ Tunc iunctis ante pectus manib⁹, accedit ad cornu Epistole, vbi stans ministro aquaꝫ fundente lauat manus, id est, extremitates digitoruꝫ pollicis ⁊ indicis, dicens psalmum Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri ⁊c. qui versus,

Gloria patri prętermittitur in missis defunctorū, ⁊ in missis a Dominica de Passione vsq₃ ad sabbatbum sanctum exclusiue.

¶ In missa solenni dicto Oremus, diaconus ⁊ subdiaconus accedunt ad altare a cornu epistolę. Diaconus amouet Calicem, detegit, dat patenā cum Hostia celebranti: subdiaconus extergit Calicem purificatorio. Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interim ampullam aquę ostēdens celebranti, dicit. Benedicite pater reuerēde qui facto versus eam signo crucis, dicit orationem, Deus qui humanę ⁊c. interim subdiaconus infundit paululū aquę in Calicem, Diaconus illum celebranti dat, ⁊ pedem Calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cum eo dicit, Offerimus tibi Dñe ⁊c. Postea positum in altari vt supra, palla cooperit. Subdiacono deinde ponit in dextera manu patenam, quā cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante medium altaris, ⁊ ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sanctificator vt supra, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam, dicens. Per intercessionem ⁊c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat oblata, ter ducens thuribulum super Calicem ⁊ Hostiam simul, in modum Crucis: ⁊ ter circum Calicem, ⁊ Hostiam, scilicet bis a dextra ad sinistram: ⁊ semel a sinistra ad dxtrā, dispensans verba in qualibet incēsatione, hoc modo. In prima incensatione. Incensum istud. In secunda, a te benedictum. In tertia, ascendat ad te Domine. In quarta, ⁊ descendat super nos. In quinta, ⁊ sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare vt supra, dicens, Dirigatur Domine oratio mea, vt in ordinario. Et incensatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incensat chorum, ⁊ postremo subdiaconum tenentem patenam: ⁊ ipse diaconus incensatur a thuriferario: ⁊ thuriferarius postea incensat populum.

¶ Celebrans lotis manibus, eas tergit, ⁊ illis ante pectus iunctis, reuertitur ad medium altaris, vbi stans oculosque ad Deum eleuans, ⁊ statim demittens, manibus iunctis super altare, capiteque inclinato, dicit secrete: Suscipe sancta Trinitas, ⁊c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, ⁊ super altare positis, osculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram a sinistra manu ad dexterā vertit se ad populum, ⁊ versus eum extendens ⁊ iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata: Orate fratres, ⁊ secrete prosequens, vt meum ac vestrum sacrificium ⁊c. perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextera ad medium altaris. Et responso a ministris vel a circunstantibus. Suscipiat Dominus sacrificiū de manibus tuis alioquin per seipsum, dicens. Sacrificium de manibus meis ipse celebrans manibus ante pectus extensis, vt fit ad orationē, stans in medio altaris versus librum, dicit absolute sine alia interpositione orationem, vel orationes secretas, cum dicit: Per dominum iungit manus. Cum dicit. Iesum Christum caput inclinat quod facit in prima oratione, ⁊ in vltima, si plures sint dicendę.

¶ Peruento autē in conclusione vltimę secretę, ad verba illa. Per omnia secula seculorum, exclusiue: celebrans stans in medio altaris, depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti ⁊ intelligibili voce Prefationem Cum dicit, Sursum corda, eleuat manus hinc inde extensas vsq₃ ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus Domino iungit manus: cum dicit Deo nostro cruci caput inclinat. Responso, Dignum ⁊ iustum est, eleuatis ⁊ extensis, vt prius manibus, prosequitur Prefationem propriam, vel communem, vt tempus requirit.

¶ Cum dicit, Sanctus iunctis ante pectus manibus, ⁊ inclinatus, voce mediocri prosequitur. Cum dicit. Benedictus qui venit in nomine Domini ⁊c. signū crucis sibi pducit a frōte ad pect⁹.

¶ In missa solenni cum dicitur Prefatio Diaconus ⁊ subdiaconus stant retro post celebrantem: ⁊ paulo antequā dicatur Sanctus accedunt ad altare: vbi cum celebrante hinc inde dicunt, Sanctus ⁊ quę sequūtur, vsq₃ ad Canonē Deinde diaconus accedit ad sinistram celebrantis, ei assistens dum dicitur Canone nisi alius sacerdos assistat: Subdiacon⁹ vero tūc stat post celebrātē.

De Canone Missę vsq₃ ad consecrationem.

Finita prętatione, vt supra, celebrans manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, ⁊ sine mora demissis, profunde inclinatus incipit Canone secrete dicens: Te igitur ⁊c. vt in ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas ⁊ benedicas prius osculatur ante se altare: deinde erigit se, ⁊ stat iunctis manibus ante pectus. Cū dicit, Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia dextera manu ter signat communiter super Hostiam ⁊ Calicem. Deinde extensis manibus ante pectus ꝓsequit. In primis quę tibi offerim⁹ ⁊c. Vbi dicit, vna cum famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Papę. Sede autē vacante, verba prędicta omittuntur. Vbi dicitur, ⁊ antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchę, Archiepiscopi, vel Epi ordinarij ī propria Diœcesi: qui si est vita functus, prędicta verba omittūtur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis prędictis verbis, eorum loco dicit: Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo

lo tuo Papa nostro N. ꝛ antistite nostro N. dicit Una cum me indigno famulo tuo, quez gregi tuo pręesse voluisti. Et continuat omnes vt sequitur: ꝛ omnibus orthodoxis ꝛc.

¶ Cum dicit. Memento domine eleuans ꝛ iungens manꝰ vsqꝫ ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus, stat paulisper in quiete: demisso aliquātulum capite: faciens commemorationem viuorū Christi fideliuꝫ ad suam voluntatem, quorum nomina, si vult, secrete commemoret: non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam Celebrans, si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus sit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos, quam defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit, ꝛ hoc loco generaliter, vnico contextu ipsorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa.

¶ Commemoratione viuorum facta, demissis ꝛ extensis, vt prius, manibus continuat Et omniū circunstantium. ꝛc. Similiter stans prosequitur, Communicantem Cum dicit. Jesu Christi caput cruci inclinat: in conclusione quando dicit: Per eundem iungit manus. Cū dicit, Hanc igitur oblationem extendit manus simul sup oblata, ita vt palmę sint apertę versus ac supra Calicē ꝛ hostiam, quas sic tenet vsqꝫ ad illa verba, Per Christum dominum iungens manus prosequitur. Quam oblationem tu Deus in omnibus, q̄sumus ꝛ cum dicit, Benedictam ascriptam ratam cōiter signat ter super hostiam ꝛ calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus separatim signat semel super hostiam tantum, ꝛ cum dicit, ꝛ sanguis semel super calicem tantum: deinde eleuans ꝛ iungens manus ante pectus: prosequitur, fiat dilectissimi filii tui Dñi nostri Jesu Christi Inclinans caput cruci, si opus fuerit extergit pollices, ꝛ indices super corporale, ꝛ dicit secrete, vt prius. Qui pridie quam pateretur accipiens pollice ꝛ indice dextrę manus hostiaꝫ: ꝛ eam cum illis, ac indice ꝛ pollice sinistrę manꝰ tenens, stans erectus ante medium altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas eleuansqꝫ ad cęlum oculos, ꝛ statim demittens dicit, ꝛ eleuatis oculis in cęlum ad te Deum patrem suum omnipotentem ꝛ caput aliquantulum inclinans, dicit. Tibi gratias agens ꝛ tenēs hostiam inter pollicē ꝛ indicem sinistrę manus, dextra producit signum crucis super eam dicens benedixit, fregit, deditqꝫ discipulis suis dicens accipite ꝛ mādućate ex hoc omnes Si adsit vas cum aliis hostiis cōsecrandis, discooperit manu dextera Calicēꝫ, seu vas aliarum hostiarum: ꝛ cubitis super altare positis, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, ꝛ secrete profert verba consecrationis super Hostiaꝫ, ꝛ simul super omnes, si plures sint consecrandę: ꝛ Hostiam suam pollicibus ꝛ indicibus tantum tenens, attente, ꝛ deuote, ꝛ continuate profert verba consecrationis. Hoc est enim corpus meum.

¶ Quibus prolatis, Celebrans tenens Hostiaꝫ inter pollices ꝛ indices prędictos super altare, reliquis manuum digitis extensis, ꝛ simul iunctis (ꝛ Hostiis, si plures sunt consecratę, in loco, in quo a principio missę sunt positę sup corporali, vel alio vase, vel calice dimissis) genuflexus Deū adorat. Tunc se erigens quantum commode potest: eleuat in altum Hostiam, intentis in eā oculis (quod in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam: ꝛ mox ipsam reuerenter super corporale reponit in eodēꝫ loco, vnde eam leuauit: ꝛ deinceps pollices ꝛ indices nō disiungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsqꝫ ad ablutionēꝫ digitorum post communionem. Reposita hostia consecrata super corporale, genuflexus vsqꝫ ad terrā, ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat Hostiam, accenso prius intortitio, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetę, ne ipsuꝫ celebrātem impediant in eleuatione brachiorum: quod ꝛ facit ad eleuationem calicis.

¶ Celebrans adorato sacramento, surgit: ꝛ discooperit calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos: quod semper faciat, cum aliquod fragmentuꝫ digitis adhęreat: ꝛ stās erectus dicit. Simili modo postea quā cęnatum est, ꝛ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumqꝫ eleuans, ꝛ statim deponens, dicit, accipiens, ꝛ hunc pręclarum calicem. ꝛc. cum dicit, benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextera signat super eum ꝛ prosequens deditqꝫ discipulis suis ꝛc. ambabus manibus tenēs calicem: videlicet sinistra pedem, dextra noduꝫ infra cuppam, cubitis super altare positis: ꝛ capite inclinato profert secrete, ꝛ deuote, vt supra, verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix.

¶ Quibus dictis, reponit calicem super corporale: ꝛ genuflexus sanguinem reuerenter adorat: Tunc se erigit, ꝛ accipiens calicem discoopertuꝫ cum sanguine ambabus manibus, vt prius eleuat eum, ꝛ erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum, dicens. Hęc quotiescumqꝫ feceris ꝛc. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locū pristinuꝫ, ꝛ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacrm venerat.

¶ In missa solenni cum Celebrans dicit, Quam oblationem ꝛc. diaconus accedit ad dexteram celebrantis, ꝛ ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur, fimbrias planetę eleuat: ꝛ quando opus est se erigens, calicem

coope-

 XVI

cooperit ⁊ discooperit, ⁊ cum celebrante genufle/ctit. Reposito Calice Diaconus redit ad librū: nisi alius assistat.

De Canone post Consecrationem vsqȝ ad Orationem Dominicam.

REposito Calice, ⁊ adorato, celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus, dicit secreto, Unde ⁊ memores iungit manus ante pectus, ⁊ cum dicit, Hostiam puram ⁊c. manu dextra signat ter cōiter super Hostiam ⁊ Calicem, ⁊ semel super Hostiam tātum, ⁊ semel super Calicem tantum, dicens, Panem sanctuȝ vite eterne, ⁊ Calicē salutis perpetuȝ deinde stās vt prius extensis manibus, prosequitur. supra que propitio ⁊c. cum dicit, Supplices te rogamus ⁊c. inclinat se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis: cum dicit, ex hac altaris participatione osculatur altare: cum dicit, sacrosanctum filij tui iungit manus, ⁊ manu dextra signat semel super Hostiam tantum, ⁊ semel super Calicē, dicens, Corpus, ⁊ sanguinē sumpserimus, ⁊ cuȝ dicit, omni benedictione celesti seipsum signat a fronte ad pectus signo Crucis, Cum dicit, Per eundem iungit manus.

¶ Cum dicit Memento Dn̄e famulorū famularumqȝ tuarum, qui nos precesserunt, ⁊c. statim extensis ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vsqȝ ad faciem eleuatis, ⁊ intentis oculis ad sacramētum super altare, facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus sibi videtur, eodē modo, vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, stans vt prius extensis manibus prosequitur, ipsis Dn̄e, ⁊ omnibus in Christo, ⁊c. ⁊ in fine ad, Per eundē, caput inclinat. Cum dicit, Nobis quoqȝ peccatoribus vocem aliquantuluȝ eleuat, ⁊ dextra manu pectus sibi percutit: ⁊ prosequitur, famulis tuis ⁊c. stans vt prius.

¶ Cum dicit Per Christum Dn̄m nostrum per quē hec omnia Domine semper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans cōiter super Hostiā ⁊ Calicē dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis ⁊ prestas nobis. Postea discooperit manu dextra Calicem, ⁊ genuflexus reuerentiam facit sacramento: tunc se erigit, ⁊ reuerenter accipit Hostiam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat ter a labio ad labium, dicens, Per ipsum, ⁊ cum ipso ⁊ in ipso. Et cuȝ Hostia bis inter se ⁊ Calicem a labio Calicis incipiens signat dicens, est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate Spiritus Sancti Deinde tenens manu dextera Hostiam super Calicem, sinistra Calicē, eleuat eam aliquantulum simul cum Calice, dicens: Omnis honor ⁊ gloria statim vtrunqȝ deponens, hostiam collocat super corporali: ⁊ digitos, si fragmentum aliquod illis adhereat, extergit in Calice, quod semper, si opus sit, faciat cuȝ Hostiam sacram tetigit, ac pollices ⁊ indices vt prius iungens, Calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus vsqȝ ad terram, Sacramentum veneratur.

¶ In missa solenni cum celebrans dicit, Per quem hec omnia, ⁊c. Diaconus facta sacramento genuflexione, accedit ad dexterā celebrantis, ⁊ quando opus est, discooperit Calicem, ⁊ cū celebrante adorat: similiter cooperit, ⁊ iterum genuflectit. Postea vadit retro post celebrantem, vbi stat dum dicitur Oratio Dominica.

De Oratione Dominica, ⁊ alijs vsqȝ ad factam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoqȝ Calice, erigit se, ⁊ more solito manibus extensis hinc inde super altare positis, dicit intelligibili voce: Per omnia secula seculorum, ⁊c. Cum dicit, Oremus iungit manus, caput sacramento inclinans. Cum incipit, Pater noster. extendit manus, ⁊ stans oculis ad sacramentum intentis, prosequitur vsqȝ ad finem. Responso a ministro, Sed libera nos a malo, ⁊ a celebrante, Amen. manu dextera pollice ⁊ indice non disiunctis, Patenaȝ accipit inter indicem ⁊ medium digitos, quam tenens super altare erectam, dicit secreto, Libera nos quesumus.

¶ In missa solenni cum in Oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra Diaconus retro post celebrantem, facta altari genuflexione, vadit ad dexteram celebrantis, ⁊ subdiaconus circa finem Orationis Dn̄ice, reuertitur ad altare, ⁊ offert Patenam Diacono, qui eam discooperit, ⁊ dat celebranti, osculans eius manū discooperitqȝ ⁊ cooperit Calicē qn̄ opus est, simul cum celebrante genuflectens. Antequā celebrans dicat, Da propitius pacem eleuet manu dextra Patenam de altari, ⁊ seipsum cum ea signat a fronte ad pectus: ⁊ dicens, Da propitius pacem in diebus nostris, Patenam ipsam osculatur: ⁊ prosequens, vt ope misericordie tue ⁊c. submittit Patenam Hostie, quā indice sinistro accomodat super patenam, discooperit Calicem: ⁊ genuflexus in terra sacramentum adorat: tum se erigens, accipit Hostiam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum illis, ac pollice ⁊ indice sinistre manus eam super Calicem tenens, reuerenter frangit per medium dicens, Per eūdem Dn̄m nostrum Jesum Christuȝ filiuȝ tuū ⁊ mediam partem, quam inter pollicem ⁊ indicē dextre manus tenet, ponit super Patenam, de alia media quam sinistra manu tenet, frangit cuȝ pollice ⁊ indice dextre manus particulam, prosequens, Qui tecum viuit, ⁊ regnat quam inter ipsos dextre manus pollicem ⁊ indicem retinēs,

partem

partem maiorem quam sinistra tenet, adiungit medię super Patenam positę, interim dicens, In vnitate Spiritus Sancti Deus. Et particulã Hostię, quam in dextera manu retinuit, tenens super Calicem, quez sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia secula seculorum ℟. Amen. Ipsa particula signans ter a labio ad labium Calicis dicit, Pax Domini sit semp vobiscum. Responso per ministros, Et cum spiritu tuo particulam, quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem, dicẽs secrete, Hęc commistio ⁊ consecratio corporis ⁊c. deinde pollices ⁊ indices super Calicem aliquãtulum tergit, ⁊ iungit, Calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus Sacr̃m adorat: surgit, ⁊ stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi: ⁊ dextra percutiens sibi pectus dicit, miserere nobis, quod tertio facit, cum dicit, dona nobis pacem, tunc manibus iunctis super altare positis, capite inclinato, oculisque ad sacramentũ intentis, dicit secreto: Dñe Iesu Christe ⁊c Qua Oratione finita, si est daturus pacem, osculatur altare in medio, ⁊ ei statim instrumentum pacis porrigatur a ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est, in cornu Epistolę, genuflexo, ⁊ dicit, Pax tecum. Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius datio missę conueniat: nec osculatur altare, sed dicta pręmissa Oratione statim subiungit alias Orationes vt in ordinario.

¶ Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei quia dicit, Dona eis requiem: nec dicit primam orationem, Dñe Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis ⁊c. non dat pacez, sed dicit alias duas sequẽtes orationes. Dñe Iesu Chr̃e filii Dei viui, Perceptio corporis.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectens sacramentum adorat, ⁊ se erigẽs dicit secrete, Panem celestem accipiaz. Quo dicto, dextra manu accipit de Patena reuerenter ambas partes hostię, ⁊ collocat inter pollicem ⁊ indicem sinistrę manus, quibus patenam inter eundem indicem ⁊ medium digitos supponit, ⁊ eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenã dextra tribus vicibus percutit pectus suum: interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata. Domine non sum dignus ⁊ secrete prosequitur, vt intres ⁊c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes pędictas Hostię inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus, ⁊ cum illa supra patenam signat seipsuz signo crucis dicẽs. Corpus Dñi nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

¶ Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit patenam super corporale: ⁊ erigens se iunctis indicibus ⁊ pollicibus, ambas quoq; manus ante faciẽ iungit ⁊ aliquãtulũ quiescit i meditatione sanctissimi sacri.

¶ Deinde depositis manib⁹ dicit secreto. Quid retribuam dño pro omnibus quę retribuit mihi. ⁊ discooperto calice accipit patenam, ⁊ eam diligenter cum pollice ⁊ indice dextrę manus super Calicem extergit, ⁊ ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat. Si vero adsint Hostię consecratę super corporale positę pro alio tẽpore conseruandę, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: ⁊ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantuncunque minimum remaneat super corporale: quod si fuerit, accurrate reponit in Calicem. Post extersionem patenę iunctis pollicibus ⁊ indicibus, iterũ genuflectit sacramento: surgit, ⁊ calicem dextra manu infra nodum cuppę accipit, dicens. Calicẽ salutaris ⁊c. ⁊ signans se signo crucis cum calice, dicit, Sanguis dñi nostri. ⁊c. ⁊ manu sinistra supponens patenam calici stans reuerenter sumit totum sanguinẽ cũ particula in calice posita.

¶ Quibus sumptis, dicit secreto, Quod ore sumpsimus ⁊c. Postea super altare porrigit calicem: ministro ad cornu Epistolę, quo vinuz fundente, se purificat: deinde abluit pollices ⁊ indices super calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens. Corpus tuum dñe, quod sumpsi, ⁊c. ablutionem sumit, ⁊ extergit os, ⁊ calicem purificatorio, quo facto, purificatorium extendit super calicem, ⁊ desuper patenam, ac super patena paruam pallam, ⁊ cooperit velo, plicat corporale, ⁊ reponit in bursam, quam ponit super calicem, ⁊ collocat super altare, vt prius.

¶ Si qui sunt communicandi in missa, eos communicet, antequam sumat purificationem, ⁊ antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit, Quod ore sumpsimus dñe, ⁊c. ⁊ deinde se ⁊ eos qui communicarunt, purificans, dicit, Corpus tuuz dñe, quod sumpsi, ⁊ alia facit vt supra.

¶ In missa solenni Diaconus stans retro post Celebrantem, cum in oratione dñica dicitur. Et dimitte nobis debita nostra, facta ibidem genuflexione altari, vadit ad dextram celebrãtis, ⁊ patenam purificatorio abstergens dat celebranti; illius manum osculando, ⁊ quãdo opus est, discooperit, ⁊ cooperit, ⁊ cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax domini ⁊c. Subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistrã celebrãtis, ⁊ simul dicãt Agnus Dei: deinde facta ibidem sacramẽto genuflexione, redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacem, ⁊ cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, ⁊ a celebrante complexus accipit pacem respondens ei. Et cum spiritu tuo.

Postea

Postea iterum sacro in altari adorato, vertit se ad Subdiaconũ retro post celebrantem, qui sim͠r a Diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolytho vadit ad chorum, ⁊ dat similiter pacẽ primo cuiusq; ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: ⁊ reuersus ad altare, dat pacem acolytho: qui ipsum comitauerat, qui ⁊ alijs acolythis circa altare dat pacem, deinde vadit ad dexteram celebrantis, ⁊ quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullam vini, ⁊ infundit qñ celebrans vult purificare.

De Communione, ⁊ orationibus post communionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicẽ collocat in altari, liber missalis defertur per ministrũ ad cornu Epistole, ⁊ collocat͛, vt in Introitu.

¶ In missa solenni Diaconus defert librũ missalis ad cornu Epistolę: postea vadit retro post celebrantem: Subdiaconus vero vadit ad cornu Euangelii, vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, ⁊ illam ponit super calicem coopertum velo, quẽ collocat in altari, vel super credentia, vt prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconũ. His expeditis, celebrans stans legit Añã q̃ dĩ Cõioqua lecta iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium altaris, ⁊ eo osculato, vertit se ad populũ, ⁊ dicit. Dñs vobiscum redit ad librum, dicit orationes post communionem eisdẽ modo, numero, ⁊ ordine, vt supra dictę sunt Collectę.

¶ Quibus dictis iungens manus ante pectus, reuertitur ad medium altaris, ⁊ eo osculato, vertit se ad populum, ⁊ dicit, vt supra. Dñs vobiscũ. Quo dicto stans iunctis manibus ante pect⁹ versus populum dicit, si dicendũ est. Ite missa est. Quo dicto per eandem viã reuertitur ad altare. Si vero non sit dicendũ, dicto Dñs vobiscum reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium altaris: vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus dño.

¶ In missis antem defunctorum eodem modo stans dicit. Requiescant in pace.

¶ In Missa solenni, hec omnia eodem modo stans dicit Diaconus: ⁊ cum dicit, Ite missa est. Celebrans quoque stat versus populum.

¶ In quadragesima autem a Feria Quarta Cinerũ vsq; ad Feriam quartam maioris Hebdomadę in Feriali officio, postquã Celebrãs dixit Orationes post Cõionem cum suis solitis cõclusionibus, antequã dicat Dñs vobiscum stans in eodem loco ante librũ dicit, Orem⁹ Humiliate capita vestra Deo, ⁊ extensis manibus subiungit eadem voce Orationem super populum ibidem positã: qua finita osculatur Altare, ⁊ vertẽs se ad populũ dicit. Dñs vobiscũ, ⁊ alia vt supra.

¶ In Missa solenni dicto per Celebrãtẽ, Oremus Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit, vt supra, Humiliate ⁊c. quo dicto, vertit se versus Altare a tergo Celebrãtis, ⁊ Celebrans dicit Orationem.

De Benedictione in fine Missę, ⁊ Euangelio Sancti Joannis.

Dicto, Ite Missa est vel Bñdicamus dño vt supra, Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super Altare, ⁊ capite inclinato dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas, ⁊c. quo dicto, extensis manibus hinc, inde super altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud extendit, eleuat, ⁊ iungit manus, caputq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotẽs Deus, ⁊ iunctis manibus ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum, extensa manu dextra, iũctisq; digitis, semel benedicit populo, dicens. Pater ⁊ filius, ⁊ Spiritus Sanctus ⁊ circulũ perficiens, reuertitur ad cornu Euangelij. vbi dicto, Dñs vobiscũ ℟. Et cum spiritu tuo, pollice dextro signãs primum signo Crucis altare, seu librũ: deinde frontem, os, ⁊ pectus, dicit. Initium Sancti Euangelij sm̃ Joannẽ, vel Sequentia sancti Euãgelij vt dictum est in rubricis generalibus, ⁊ post ℟. Gloria tibi dñe. iũctis manibus legit Euãgeliũ, In principio vel aliud, vt cõuenit. Cũ dĩ, Et verbũ caro factũ est genuflectit, ⁊ surgẽs ꝓgreditur, vt prius vsq; ad finem.

¶ Si celebrans in altari vertit faciẽ versus populum, non vertit se, sed stans, vt erat, benedicit populum, vt supra, in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Euangelij, ⁊ dicit Euangeliũ Sãcti Joãnis. Si celebrauit corã Summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolice, Patriarcha, Archiepõ, ⁊ Epõ in Prouincia, Ciuitate, vel Dioecesi sua existẽte, Celebrãs dicto, Placeat tibi Sancta Trinitas, ⁊c. dicit: Benedicat vos omnipotens Deus, ⁊ conuertens se ad summum Pontificẽ genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatũ, vel Prelatũ suũ capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petẽs, prosequitur, Pater, ⁊ Filius, ⁊ Spiritus Sanctus benedicens astantes a parte, vbi non adest Pontifex Cardinalis, Legatus, aut prelatus predicti.

¶ Si autem celebrauit corã Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, extra eorum titulum, Ecclesiam, Prouinciã, Ciuitatem, vel Dioecesĩ constitutis, eis absq; alio respectu, vt ceteris, qui intersunt, more consueto benedicit.

¶ Si autẽ celebrauit pro defunctis, dicto, Placeat tibi Sancta Trinitas ⁊c. vt supra accedit ad cornu Euãgelij, ⁊ dicit Euãgeliũ Sãcti Joãnis p̃termissa bñdictione, q̃ i missis defunctorũ nõ dat͛.

¶ Finito Euangelio in missa, si celebrauit corã Summo Põtifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepisco-

chiepiscopo, vel Episcopo, in eorum residentijs. Ecclesia, vel loco iurisdictionis eorum: conuertit se ad illum, coram quo ex predictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem.

¶ Si non celebrauit coram aliquo predictorũ, huiusmodi reuerentiam pretermittit.

¶ Quibus oibus absolutis, extinguũtur p ministrũ candele. Interim Sacerdos cooperto capite, accipit in sinistra calicẽ, dexteram ponens sup bursam, ne cadat, descendit ad infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, precedente ministro, eo modo, quo venerat, redit ad sacristiam, interiz dicẽs Añaz. Trium puerorum & canticum Benedicite Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante Altare, vbi celebrauit: finito Euangelio predicto, ibidem deponit vestes, & dicit Añam predictam, Trium puerorum cuz cantico, & alijs orationibus, vt suo loco ponuntur.

¶ In Missa solenni oia facit vt supra, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo a cornu Epistole, dicens, Pater. Secundo ante mediũ altaris dicẽs, Et filius. Tertio a cornu Euangelij dicens. Et Spiritus sanctus. Et dicto Euãgelio secundum Joannem, vel alio, vt supra. Celebrans discedit cum ministris ordine, quo venerat.

De his que omittuntur in Missa pro defunctis.

In Missa pro defunctis ante Confessionez non dr Psalmus. Judica me Deus. Sed pronũciata Añã. Introibo ad Altare Dei. & rñso a Ministris. Ad Deũ, q letificat &c. dr ℣. Adiutoriũ nostrum & confessio cum reliq. vt supra.

¶ In Missa solenni post confessionem nõ incensatur altare. Cum Celebrans ad altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextera extẽsa facit signum crucis super librum: quasi aliquez benedicens. Non dr Gloria patri sed post Psalmũ, repetit. Requiẽ eternã nec Gloria in excelsis nec Alleluia nec Jube domne bñdicere nec Dñs sit in corde meo nec osculat librum in fine.

¶ In Missa solẽni Subdiaconus finita Epistola, non osculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionẽ, nec osculatur Celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangeliũ, sed duo tñ Acoluthi sine candelabris tenent mediũ Subdiaconũ, tenẽtem librũ Euangeliorũ. Non incensat liber, nec in fine Celebrãs: nec defert liber Euãgeliorum osculãdus.

¶ Item in Missa defunctorum nõ dicitur, Credo non benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur, Deus qui humane substantie, &c.

¶ In Missa solenni oblata & altare incensantur vt supra: incensatur solus Celebrans, & non incensantur alij: cum lauat manus, non dicit ℣. Gloria patri. in psalmo Lauabo inter innocentes Subdiaconus non tenet patenam post Celebrantem: sed tpe eleuationis Sacri incensat Sacrm. Ad Agnus Dei non dr. miserere nobis cuius loco dr. Dona eis requiem nec tertio. dona nobis pacem cuius loco dr. dona eis requiem sempiternã non dr prima Oro ãte cõiõnẽ, scilicet. Dñe Jesu Chre, q dixisti Aplis tuis &c. nec dat pax. In fine non dr. Ite Missa est nec Bñdicamus dño. sed Requiescãt in pace Et nõ datur benedictio sed dicto Placeat dicitur vt supra. In principio erat verbum &c. alia omnia, vt in alijs Missis.

¶ Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistole, exuitur casula, accipit pluuiale nigruz: Subdiaconus medius inter duos Acoluthos deferentes candelabra accensa, defert Crucem precedẽtibus duobus alijs acoluthis, vno cum thuribulo & nauicula, alio cũ aqua benedicta & aspersorio: sequitur Celebrans & Diaconus a sinistris. Subdiaconus cum Cruce sistit se in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos Acoluthos deferentes luminaria. Celebrans vero ex alia parte versus Altare, a sinistris diaconus, & alij duo Acoluthi deferentes vas aque benedicte, & thuribulum. Interim cantatur Rñum Cum dr Kyrie eleison Celebrans ponit incensum in thuribulũ, ministrãte Diacono nauiculam: cepto Pr nr accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitante Diacono a dextris, & tenente fimbriam anteriorẽ pluuialis, aspergit circuiẽs locũ paratum: cum transit ante crucem, profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit: & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodez modo quo asperserat, incensat. Postremo, Diacono tenente librũ, orat iunctis manibus, dicẽs, Et ne nos inducas &c. ℣. A porta inferi cũ alijs: & Orõnẽ. Absolue quesumus Dñe &c. vt in Ordinario: & post eã dicens Requiẽ eter. &c. facit Crucẽ manu dextera sup locũ paratũ, & dicto p Cãtores, Requiescãt i pace precedente Cruce, redit cum alijs ad sacristiam.

¶ De his que clara voce, aut secreto dicenda sunt in Missa.

In Missa priuata clara voce dñr Antiphona & Psalmus ad Introitum, Confessio & que sequũtur, excepta Orõne. Aufer a nobis & Oramus te dñe per merita Sanctorum tuorum. &c. Item Introitus Kyrie eleison. Gloria in excelsis Epistola Graduale, Euangeliũ. Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoqz peccatoribus solum hec tria verba Item Per oia secula &c. cum Pr nr, Pax Dñi Agnus Dei, Dñe nõ suz dignus cetera secrete, Cõio, Postcõio, Ite missa est vel Benedicamus dño vel Requiescãt Euangelium. In principio Alia omnia dñr secreto.

¶ In Missa solẽni Clara voce a celebrante dñr. qñ intonatur. Gloria in excelsis Credo Dñs

vobiscum, Oremus, Oro. Dñs vobiscum, Oremus, ante. Offertoriũ. Prefatio. Pater noster, Oratio. post communionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa solenni.

De hora Celebrandi Missam.

MIssa priuata saltem post Matutinum quacunq; hora ab Aurora, vsq; ad Meridiẽ dici potest. Missa autem Conuentualis ⁊ Solennis, sequenti ordine dici debet.

¶ In festis duplicibus ⁊ semiduplicibus, i Dñicis, ⁊ infra Octauas, dicta in choro hora tertia.

¶ In festis Siplicib⁹ ⁊ ferijs, p annũ, dicta sexta.

¶ In Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, ⁊ Vigilijs quę ieiunantur, dicta Nona,

¶ Missa aũt defunctorũ dici debet post Matutinum ⁊ Primã diei: ⁊ vbi dñr corũ Vigilię mane post Matutinũ diei, dictis hmõi Vigilijs cuz Laudibus, immediate dici põt Missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missaz Conuẽtualẽ. Missę in nocte Natiui. Dñi, q̃ suo loco dñr: Missa, s. Conuentualis prima post mediã noctẽ: Scđa post Laudes ⁊ primã: tertia post tertiã: vel vbi al's ex dispẽsatione Aplica disponat.

De ordine sedendi, standi, ⁊ genuflectendi in Missa solenni.

IN Missa solenni celebrans medius inter Diaconũ ⁊ Subdiaconũ sedere potest a cornu Epistolę iuxta altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Credo alio tpe stat ad Altare, e genuflectit, quando oportet vt supra.

¶ Item genuflectit qñ legitur Euangelium, In principio ad illa verba, ⁊ Vbũ caro factũ est. Et Euangelium, Cum natus esset Jesus ad illa verba, ⁊ procidentes adorauerunt eum. Item Euangeliũ Ferię iiij. post Dñicaz quartã Quadragesimę, ad illa verba in fine, ⁊ procidens adorauit eum. Et cum Diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, Celebrans ⁊ circunstãtes versus Altare genuflectunt: Subdiaconus vero tenens librum, ⁊ Acoluthi candelabra, non genuflectunt. Item genuflectit celebrans priuate celebrans, cum dicit, Flectamus genua non aũt cum solenniter celebrat: sed Diaconus, ⁊ Subdiaconus, ⁊ circunstantes. Item celebrans ⁊ Ministri genuflectunt, cuz dr̃ in Quadragesima. Adiuua nos Deus. Item, cum dr̃ in Missa Spiritus sancti, Veni sancte Spiritus repl. ⁊c. Item qñ legitur Passio, ad illa verba, expirauit. Et quando cunq; fiunt genuflexiones, vt supra: circunstãtes autem in Missis priuatis semper genuflectunt, preterquam ad Euangelium.

¶ In solennibus aũt genuflectit ab ijs, qui non sunt prelati ad Confessionẽ cũ suo Psalmo: ⁊ ab omnibus qñ eleuatur Sacrm: sed dum cantatur Introitus, Gloria i excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium facta communione, dum cantatur communio sedetur, in alijs statur.

¶ In Missis Feriarum Aduent. Quadragesime, Vigiliaruz, quę ieiunantur, ⁊ Quatuor Temporum, ac in missis defunctorum, circunstantes genuflectunt ad Confessionẽ cum suo Psalmo, Ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus, vsq; ad Pax dñi ad Post cõionez, excepta Vigil. Paschę, ⁊ Pentecost, ac Natiuit. Domini.

De coloribus, ⁊ qualitate Paramentorum.

PAramenta Altaris, celebrantis, ⁊ Ministrorum sint coloris conuenientis Officio ⁊ Missę diei: secundum vsum Romanę Ecclesię: quę quinque coloribus vti consueuit, Albo, Rubeo, Viridi, violaceo, ⁊ Nigro.

Albo colore vtitur.

1 A Vesp. Vigilię Natiuit. Dñi: vsq; ad Oct. Epiphanię inclusiue: exceptis Festis Martyrum, quę infra eam veniunt.
2 In feria v. Cęnę Domini.
3 In Sabbatho Sancto i Officio Missę, ⁊ ab illo die vsq; ad Sabbath. Pent. exclusiue.
4 In Officio de Tempore, preterquam in Missa Litaniarum, ⁊ Rogationum.
5 In festis B. Marię, ⁊ per eius Octauas, preterquã in benedictione candelarũ, ⁊ processione, quę fit in Purificatione eiusdem.
6 In eiusdem virginis Missis votiuis.
7 In Missa Sanctę Trinitatis.
8 In festo corporis Christi.
9 In festis Angelorum.
10 In festo Natiuit. S. Joan. Bapt.
11 In festo omnium Sanctorum.
12 In festo principali s. Joannis Euange. quod est infra Octauam Natiuit. Domini.
13 In vtraque Cathedra s. Petri.
14 In conuersione s. Pauli.
15 In festo s. Petri ad Vincula.
16 In festo Transfigurationis Domini.
17 In festis Confess. Pontificum, ⁊ } non Pontificuz ⁊ Doctorum.
18 In festis sanctarum Virginum ⁊ non Virg.
19 In consecratione ⁊ dedicatione Ecclesię.
In consecratione Pontificis.
In Oct. predictorum Festorum, quę Octa. habent, quando [illegible]t Officium de Octa.
In Dominicis infra Octa. dictorum Festorum per annum occurrentibus.

Rubeo colore vtitur.

A Vigilia Pentecostes in Missa vsque ad sabbathum sequens inclusiue.
In festo Decoll. S. Joan. Babtistę.
In festis S. Crucis.
In festo s. Joannis ante portam Latinam.
In festo Sanctorum Innocentium, quando in Dominica venit: ⁊ similiter in eius die octaua.

In Natali Apost. excep. Festo {
Joan. Euang. infra Octa. Natiuita. Domini.
Conuersionis Sancti Pauli.
S. Petri, Cathedrę, & Vinculorum.
}

In {
Festis Marty. Except. Festo ss. Innocentium, nisi in Dominica venerit.
Octa. prędictorum Festorũ, quę Octauas habent, quando fit de Octa.
}

In Dñicis p annũ infra eas Octa. occurrẽtibus.

Viridi colore vtitur.

Ab octaua Epiphanię vsque ad Septuagesimã exclusiue in Officio de Tempore.

Ab Octaua Pentecostes, vsque ad Aduentũ exclusiue in officio de Tempore.

Exceptis {
Dominica Trinitatis.
Dominicis infra Octauas occurrentibus, in qbus color Octauarũ seruat.
Vigilijs, &
Quatuor Temporibus.
}

Violaceo colore vtitur.

A dominica prima Aduentus, vsque ad Missam Vigilię Natiuit. Domini inclusiue.

A Septuagesima vsq; ad Officiũ ante Missaz in Vigilia Paschę inclusiue, in Officio de Tpe. excepta. Feria v. in Cęna Dñi & Parasceue, & Benedictione Cerei, in qua Diaconꝰ, illius Pręfationem dicens, solus vtitur Albo: ea autem finita, Violaceo, vt prius.

Officio Vigilię Pentecostes ante Missam, facta benedictione fontium inclusiue.

Quatuor Temporibus.

Vigilijs, quę ieiunantur, exceptis. Vigilia & Quatuor Temporibus Penteco.

Missa Litaniarum, & Rogationum.

Festo Sanctorum Innocentium, quando non venit in Dominica.

Benedictione candelarum, & in die Purificationis Beatę Marię.

Bñdictione Palmarũ, & i ipsa Dñica i Palmis.

Generaliter in omnibus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramenti, & quę fiunt in solennibus diebus.

Nigro colore vtitur.

¶ In Feria sexta in Parasceue, & in Missis defunctorum.

¶ In Officio Missę celebrans semper vtitur Planeta super Albam. Si autẽ sit Eps, & solenniter celebrat, sup Dalmatica & Tunicella.

¶ Pluuiali vtitur in processionibus, & benedictionibus, quę fiunt in Altari. Item in Officio Laudũ & Vesperarum, quando solenniter dicuntur: eodẽ vtitur assistens celebrãti i Missa Pontificali. Itẽ quando celebrans post Missam defunctorum facit in fine absolutionem.

¶ Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum: & vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus, quę fiunt in altari, celebrans stat sine Planeta cum Alba, & Stola.

¶ Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Missa solenni & pcessionibus, & benedictionibus, qñcũq; sacerdoti ministrant.

¶ In diebus vero ieiuniorũ, pręterquam in Vigilijs Sanctorum, & in Dñicis, & Ferijs Aduen. & Quadragesimę, ac in Vigilia Pentecost. ante Missam, exceptis Dñica, Gaudete, etiã in eius Missa infra hebdomadaz repetatur. Dominica Lętarę, Vigilia Natiui. Sabbatho Sancto in benedictione Cerei, & in Missa, & Quatuor Tpibꝰ Pente. in Cathedralibus & pręcipuis Ecclesijs vtuntur Planetis plicatis ante pectꝰ: quã Planetam Diaconus dimittit, cũ lecturus est Euãgelium, & tunc super sinistrum humerum, super Stolam complicatur, aut ponitur aliud genus Stolę latioris i modum Planetę plicatę: & facta cõione, resumit Planetã, vt priꝰ: Similiter subdiaconus dimittit eam, cum lecturus est Eplãm, quam legit in Albis: & postea eã resumit, vt priꝰ.

¶ In minoribus autẽ Ecclesijs, prędictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cũ Stola ab humero sinistro sub dextrũ pẽdẽte.

DE DEFECTIBVS
In celebratione Missarum occurrentibus.

SAcerdos celebraturus, omnẽ adhibeat diligentiaz, ne aliqd ex requisitis ad sacrm eucharistię cõficiendũ desit. Potest autem defectus contingere ex parte materię consecrandę, & ex parte formę adhibẽdę, & ex parte ministri conficientis. Quicquid eniz horũ deficit, s. materia debita, forma cũ intẽtione, & ordo sacerdotalis in conficiente, nõ conficitur sacrz. Ex his existentibus, quibuscunq; alijs deficientibus, veritas adest sacri. Alij vero sunt defectus, qui in missę celebratione occurrentes, & si veritatem sacramenti non impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectibus materię.

DEfectus ex parte materię possunt contingere, si aliquid desit ex eis, quę ad ipsaz requiruntur. Requiritur eniz vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia cõsecrãda in actu consecrationis sit coram sacerdote.

De defectu Panis.

SI panis non sit triticeus, vel si triticeus si admixtus granis alterius generis in tanta quantitate, vt nõ maneat panis triticeus, vel sit alioqui corruptus, non conficitur sacrm. Si sit

cōfect⁹ de aqua rosacea, vel alteri⁹ distillationis, dubiū est, an conficiat. Si ceperit corrūpi, sed non sit corruptus: similr̄ si nō sit azymus secūdū morē ecclesię latinę, cōficit, sed ɔficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante consecrationem aduertit hostiam esse corruptā, aut non esse triticeam: remota illa hostia aliam ponat, ⁊ canonem iterum incipiat, ⁊ prosequatur missam. Si id aduerterit post consecrationem, etiam post illius hostię, seu sanguinis sumptionem, posita alia a consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis. Qui pridie quam pateretur, ⁊ illam priorem si non sumpsit, sumat post sumptionem corporis ⁊ sanguinis, vel alij sumendam tradat, vel alicubi reuerenter cōseruet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam, quam consecrauit: quia pręceptum de perfectione sacri maioris est ponderis, quam ꝙ a ieiunis sumatur. Aduertendum autem, ꝙ si hoc contingat post sumptionē sāguinis apponi debet rursus nouus panis, ⁊ vinū cū aqua facta prius oblatione, ⁊ prosequenda oīa q̄ sequunt̄: ne sacrm̄ remaneat imperfectum, ⁊ vt debitus seruetur ordo.

¶ Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, ⁊ nequeat reperiri: tunc altera consecretur, (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) ⁊ illud animal si capi potest, occidatur, ⁊ comburatur, ⁊ cineres ponantur in sacrariū, vel sub altari.

De defectu Vini.

SI vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admixtū tm̄ aquę, vt vinum sit corruptum: non cōficitur Sacramētum.

¶ Si vinum ceperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantulum acre vel mustū, tunc de vuis expressum, vel nō fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: conficitur sacrm̄, sed conficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante consecrationē sanguinis, quamuis post consecrationem corporis aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunq̄ non esse in calice: debet statim apponere vinum cum aqua, ⁊ consecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo, ⁊c. Si post verba cōsecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, ⁊ resumat a verbis p̄dictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis vel huiusmodi aquę: apponat aliā hostiā iterū consecrandā, ⁊ vinū in Calice: ⁊ vtrunq̄ consecret, ⁊ sumat in fine, quamuis aliā hostiā consecratam, vel aquam sumpserit: ꝓp sacri integritatem in celebratione seruandam.

¶ Si quis percipiat ante consecrationem vel post consecrationem, totum vinum esse acetum, vel alias corruptum: idem seruetur, quod supra ac si deprehenderet non esse positū vinū, vel solā aquā fuisse appositam in calice. Si aūt Celebrās ante cōsecrationē calicis aduertat nō fuisse appositā aquā: statim ponat eā, ⁊ ꝓferat verba ɔsecrationis. Si id aduertat post ɔsecrationē calicis nullo modo apponat, qa non est de necessitate sacri.

¶ Si materia q̄ esset apponenda rōne defectus, vel panis, vel vini, non posset vllo modo hr̄i: si id sit ante consecrationem corporis, vlterius ꝓcedi non debet: si post consecrationē corporis aut etiā vini, deprehēditur defectus alterius speciei, altera iā cōsecrata: tunc si nullo modo hr̄i possit, procedendum erit, ⁊ missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

De defectibus Formę.

DEfectus ex parte formę pn̄t contingere, si aliqd desit ex ijs, q̄ ad integritatē verbo⁊ ī in ipsa consecratione requirūtur. Uerba aūt consecrationis, quę sunt forma huius sacri, sunt hęc. Hoc est eniꝫ corpus meuꝫ. Et. Hic est, eniꝫ calix sanguinis mei, noui ⁊ ęterni testamēti, mysteriū fidei, qui pro vobis, ⁊ pro multis, effundet̄ in remissionē peccato⁊ū. Si quis aūt aliquid diminueret, vel immutaret de forma ɔsecrationis corporis ⁊ sanguinis, ⁊ in ipsa verbo⁊ immutatione, verba idē non, significarent: non cōficeret sacrm̄. Si quis aliquid adderet, ꝙ significationem non mutaret: cōficeret quidem, sed grauissime peccaret.

¶ Si celebrans nō recordet̄ se dixisse ea, q̄ in ɔsecratione cōiter dn̄r: nō debet ꝓpea turbari. Si tn̄ certo ei, vel valde probabilr̄ constet, se omisisse aliq̄d eo⁊ꝫ, quę sunt de necessitate sacri: id est, formā consecrationis: resumat ipsam formā, ⁊ cętera prosequatur p̄ ordinē. Si aūt nō sunt de necessitate sacri: non resumat, sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

DEfectus ex parte ministri, pn̄t contingere quo ad ea, quę in ipso requirunt̄. Hęc aūt sunt: in primis intētio, deinde dispositio aīę, dispositio corporalis, dispositio vestimēto⁊, dispositio ī ministerio ipso, quo ad ea, q̄ ī ipso pn̄t occurrere.

De defectu intentionis.

SI quis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere.

¶ Item si aliquę hostię ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cū non intendat consecrare, nisi quas videt.

¶ Item si quis habeat coraꝫ se vndeciꝫ hostias, ⁊ intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit: non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decē, tamen oēs voluit consecrare, quas coraꝫ se habebat: nam tunc omnes erunt consecratę: atq̄ ideo quilibet sacerdos talem semper intentioneꝫ habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes,

quas ante se ad consecrandum positas habet.

¶ Si sacerdos, putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas, in sumptione sumat simul vtranq3. Quod si cōprehendat post sumptionem corporis ꝛ sanguinis, aut etiam post ablutionem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, siue paruę sint, siue magnę, qa ad idem sacrificium spectant.

¶ Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo in altari supra corporalia decenter opertam sumendaz vna cum altera, quā est consecraturus, relinquat: vel, si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena decenter conseruet, quousq3 vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: qꝫ si non habeat quomodo honeste conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

¶ Si intentio non sit actualis in ipsa cōsecratione pp euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit ecclesia: conficitur sacramentum: etsi curare debet sacerdos, vt etiam actualez intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animę.

SI quis, suspensus, excōicatus, ꝛ degradatus celebret: conficit quidē sacr̄m, sed grauissime peccat, tam pp cōionez, quā indigne sumit, q̄3 pp executionem ordinū, quę sibi erat interdicta.

¶ Si quis, habens copiam confessoris, celebret in peccato mortali, grauiter peccat.

¶ Si quis autez in casu necessitatis, non hn̄s copiam confessoris, in peccato mortali absq3 cōtritione celebret: grauiter peccat. Secus si conterat: debet tamen, cumprimum poterit, confiteri. Si in ipsa celebratione missę sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cuz proposito confitendi. ꝛ satisfaciendi. Si recordetur se esse excōicatum, vel suspensum, aut locū esse interdictū: similiter conteratur, cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum, debet missam inceptam deserere: secus si esset publice excommunicatus.

De defectibus dispositionis corporis.

SI quis non est ieiunus post mediā noctez etiam post sumptionem solius aquę, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinę, ꝛ in quantacunque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare.

¶ Si aūt ante mediā noctez cibū, aut potū sumpserit, ēt si postmodū non dormierit, nec sit digestus, non peccat: sed ob perturbationē mentis, ex qua deuotio tollit̄, consulit̄ aliqn̄ abstinendum.

¶ Si reliquę cibi remanētes in ore trāsglutiātur, non impediūt cōionē, cū non transglutiant̄ p modū cibi, sed p modū saliuę. Idē dicendū, si lauando os, deglutiant̄ stillę aquę pręter intentionem.

¶ Si plures missas in vna die celebret, vt in nocte Nati. i vltima tm̄ missa pcipiat purificationē.

¶ Si pcesserit pollutio nocturna, q̄ causata fuerit ex pcedenti cogitatione, q̄ sit peccatū mortale, vel euenerit pp nimiam crapulā, abstinēdū est a cōione, ꝛ celebratione. Si dubiū est, an in pcedēti cogitatione fuerit peccatū mortale, consulit̄ abstinendū, extra tm̄ casum necessitatis. Si autē certuz est nō fuisse i illa cogitatione peccatū mortale, vel nullā fuisse cogitationem, sed euenisse ex naturali cā, aut ex diabolica illusione: potest cōicare, ꝛ celebrare, nisi ex illa corporis cōmotione tāta euenerit pturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

POssunt ēt defectus occurrere in ministerio ipso, si aliqd ex reqsitis ad illud desit: vt si nō celebretur in loco sacro, vel deputato ab ep̄o, nec in altari consecrato: nec tribus mappis coopto. Si non adsint luminaria cerea. Si non sit tp̄s debitū celebrandi, qd̄ est ab aurora vsq3 ad meridiem cōiter: Si celebrans saltē matutinū cū laudibus non dixerit. Si omittat aliqd ex vestibus sacerdotalibꝰ. Si vestes sacerdotales, ꝛ mappę nō sint ab ep̄o, vel ab alio hanc hn̄te ptātem benedictę. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: vel adsit qui deseruire nō debet, vt mulier. Si non adsit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stānea: nō ęrea, vel vitrea. Si corporalia nō sint mūda, q̄ debēt esse ex lino, nec serico i medio ornata, ꝛ ab ep̄o, vel ab alio hanc hn̄te ptātē bn̄dicta: Si celebrat capite coopto sine dispēsatione. Si non adsit missale, l3 memoriter sciret missā, q̄3 itēdit dicere.

¶ Si sacerdote celebrante violet̄ eccl'ia ante canonē, dimittat̄ missa. Si post canonē, nō dimittat̄.

¶ Si sacerdos ante consecrationem grauiter infirmetur: vel in sincopez inciderit, aut moriatur: ptermittitur missa. Si post cōsecrationē corporis tm̄ ante consecrationē sanguinis: vel vtroq3 cōsecrato, id accidit: missa p aliū sacerdotē expleat̄ ab eo loco, vbi ille desijt. Si aūt non obierit, sed fuerit infirmus, adeo vt possit cōicari, ꝛ nō adsit alia hostia consecrata: diuidat hostiā, ꝛ vnam partez pbeat infirmo, aliā ipse sumat. Si āt semiprolata forma corporis obijt sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis: tūc alter simil'r prosequat̄ missaz, ꝛ sup eandē hostiā, seu eūdē calicē repetat integrā formā, ab eo loco (qui pridie q̄3 pateret̄,) ꝛ in sanguine ab eo loco (simili mō postq̄3 cęnatū est) vel poset sup aliū panē, ꝛ i calice sil'r cū forma calicis deficit, super aliū calicē pręparatū, integram formaz proferre, ꝛ hostiā, primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eam sumere post ablutionem sanguinis, si constat quod non sit consecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sumptionez: ꝛ idem de calice relicto semiconsecrato. Si quis

extra

extra huiusmodi casus necessitatis integra sacramenta non sumpserit, grauissime peccat.

¶ Si musca, vel aránea, vel aliqd aliud ceciderit in Calice añ consecrationē: proijciat vinū subtus altare, ⁊ aliud ponat i Calice, misceat parū aquę: offerat, ⁊ prosequat missam. Si post consecrationē ceciderit musca, aut aliqd eiusmodi, ⁊ fiat nausea sacerdoti: extrahat eā, ⁊ lauet cum vino, finita missa cōburat: ⁊ combustio, ac lotio huiusmodi in sacrariū proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllū periculū timeat, sumat cū sanguine.

¶ Si aliqđ venenosum ceciderit in Calice, vel qđ pvocaret vomitū: vinū cōsecratū reponendū est in alio Calice, ⁊ aliud vinū cū aqua apponendū denuo ꝯsecrādū: ⁊ finita missa sanguis repositus in pāno lineo vel stuppa tandiu seruet, donec spēs vini fuerint desiccatę: ⁊ tunc cōburat, ⁊ cōbustio i sacrario proijciat. Si aliqđ venenatū tetigerit hostiā ꝯsecratā, tūc alterā ꝯsecret, ⁊ sumat mō quo dictū est: ⁊ illa seruet i tabernaculo, loco separato, ⁊ animal captū occidat, ⁊ cōburat, vt supra dictū est. Si sumendo sanguinē, particula remāserit i Calice, digito ad labiū calicis adducat, ⁊ sumat añ purificationē, vel infundat vinū, ⁊ sumat.

¶ Si hostia añ ꝯsecrationē inueniat fracta, nisi pp̄ſo euidēter appareat, talis hostia ꝯsecretur. Si aūt scandalū populo esse, possit, alia accipiat, ⁊ offerat: qđ si illiꝰ hostię iā erat facta oblatio, eā post ablutionē sumat. Qđ si añ oblationē hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum aut longam moram fieri poterit.

¶ Si pp frigus, vel negligentiam hostia consecrata dilabatur in Calicem, propterea nihil est reiterandum, sed sacerdos missam prosequatur.

¶ Si in hyeme sanguis congeletur in Calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in feruenti aqua, dummodo in calicem non intret, donec liquescat.

¶ Si p negligētiā aliqd de sanguine Christi ceciderit, si qdē sup tabulam, lingua lambat, ⁊ pars illa tabulę radat quantū satis est. Itē si nō fuerit tabula, locus ipse radat, ⁊ cōburat: cinis vero iuxta altare recondat. Si vero sup lapidē altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillā, ⁊ locus bene abluatur, ⁊ ablutio in sacrariū ꝓijciatur: Si super linteū altaris, ⁊ ad aliud linteū stilla peruenerit, ⁊ si vsq3 ad tertiū: linteamina ter abluantur, vbi stilla ceciderit, Calice supposito, ⁊ aqua ablutionis in sacrarium proijciatur: ⁊ pars illa lintei siue pallę, post ablutionē abscindatur, ⁊ comburat, ⁊ cinis in sacrario cōdat. Qđ si in ipso solū corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, ⁊ ablutio in sacrariū ꝓijciat. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto: ⁊ ablui oportebit, ⁊ partē abscindi ⁊ cōburi, ⁊ cineres siír in sacrariū immitti. At si cōtingat totū sanguinē post ꝯsecrationē effundi, si qdē aliqd vel parū remāsit, illud sumat, ⁊ de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictū est. Si vero nihil oino remansit, ponat iterum vinū ⁊ aquā, ⁊ cōsecret ab eo loco. simili modo postq̄ cenatū est facta prius tñ Calicis oblatione.

¶ Si sacerdos euomat eucharistiā, si spēs integrę appareant, reuerēter sumant, nisi nausea fiat: tunc .n. spēs ꝯsecratę caute separent, ⁊ in aliquo loco sacro reponant. Qđ si spēs non appareant, cōburat vomitus, ⁊ cineres in sacrariū proijciātur.

¶ Si hostia cōsecrata, vel aliqua eius particula dilabat in terrā: reuerēter accipiatur, ⁊ locus vbi cecidit, mundet, ⁊ aliquantulū abradat, ⁊ puluis seu abrasio hmōi in sacrariū proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappā, seu alio quouis modo in aliquod linteū, mappa vel linteū hmōi diligēter lauetur, ⁊ lotio ipsa in sacrariū effundat.

¶ Possunt ēt defectus in ministerio ipso occurrere, si sacerdos ignoret ritus, ⁊ cęremonias ipsas in eo seruandas, de quibus omnibus in superioribus rubricis copiose dictum est.

PRAEPARATIO AD MISSAM PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Ad Ecclesię ingressum ante altare genuflexus, orans dicit.

Introibo in domū tuā in holocaustis: reddā tibi, vota mea, q̄ distinxerūt labia mea. ℟.

Ne reminiscaris, dñe, delicta nr̄a vel parentū nr̄orū: neq3 vindictā sumas de pctīs nr̄is. ℟. Añ in duplicibus tantum duplicatur: Deinde dicuntur sequentes psalmi. Psalmus 83.



Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini,

Cor meum ⁊ caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

Altaria tua dñe virtutū: rex meus, ⁊ deus meꝰ.

Beati qui ambulant in domo tua domine: in sęcula sęculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbit Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: ⁊ respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna i atrijs tuis: sup millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam ⁊ veritatem diligit Deus, gratiam

gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Gloria patri, ⁊ filio. Psalmus 84.
Benedixisti domine terram tuā: auertisti captiuitatem Jacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos Deus salutaris noster: ⁊ auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in ęternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiã tuam: ⁊ salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dn̄s Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et sup sctōs suos: ⁊ in eos qui ꝯuertunt ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculatę sunt.
Ueritas ď terra orta est: ⁊ iustitia ď celo ꝓspexit:
Etenim dn̄s dabit benignitatē: ⁊ terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eū ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos. Gloria patri, ⁊ filio. Psalmus 85.
Inclina Domine aurem tuam, ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ pauper sū ego. Custodi aiam meā, qm̄ sanctus sum: saluū fac seruum tuū Deus meus sperātē in te. Miserere mei dn̄e, qm̄ ad te clamaui tota die: lętifica aiam serui tui, qm̄ ad te Dn̄e animā meā leuaui. Qm̄ tu dn̄e suauis, ⁊ mitis: ⁊ multę misericordię omnib⁹ inuocantib⁹ te. Auribus percipe orōnē meā: ⁊ intende voci deprecationis meę. In die tribulationis meę clamaui ad te: qa exaudisti me. Non est similis tui in diis domine: ⁊ non est secundum opera tua. Oēs gentes quascūqz fecisti, venient, ⁊ adorabūt coram te dn̄e: ⁊ glorificabunt nomen tuum. Qm̄ magnus es tu, ⁊ faciēs mirabilia: tu es De⁹ sol⁹. Deduc me dn̄e in via tua ⁊ ingrediar in veritate tua: lętetur cor meū, vt timeat nomē tuū. Confitebor tibi dn̄e Deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomē tuū in ęternū. Quia misericordia tua magna est sup me: ⁊ eruisti animā meā ex inferno inferiori. Deus, iniqui insurrexerunt sup me: ⁊ synagoga potētiū q̄sierunt animā meā, ⁊ nō ꝓposuerunt te in ꝯspectu suo. Et tu dn̄e Deus miserator ⁊ misericors: patiēs ⁊ multę misericordię ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei, da ĩpiũ tuum puero tuo: ⁊ saluum fac filium ancillę tuę.
Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, ⁊ confundantur: qm̄ tu dn̄e adiuuisti me ⁊ cōsolatus es me. Gloria pat. Psalm⁹ 115
Credidi propter quod locutus sum: ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mēdax. Quid retribuā dn̄o: p oib⁹ q̄ retribuit mihi? Calicē salutaris accipiā: ⁊ nomē dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddam corā omni populo eius: ꝓtiosa in ꝯspectu dn̄i mors sctōꝝ eius. O dn̄e quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, ⁊ filius ancillę tuę. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis: ⁊ nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā in cōspectu ōis populi eius: in atriis domus dn̄i, in medio tui Jerusalem. Gloria patri. Psalmus 129.
De ꝓfundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocem meā. Fiant aures tuę intendētes: in vocē deprecationis meę. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit? Quia apud te ꝓpitiatio est: ⁊ pp legē tuā sustinui te dn̄e. Sustinuit anima mea in ỽbo eius: sperauit aīa mea i dn̄o. A custodia matutina vsqz ad noctē: speret Israel in dn̄o. Quia apud dn̄m misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria. Deinde repetit Añā. Ne reminiscaris dn̄e delicta nostra, vel parētū nr̄oꝝ: neqz vindictā sumas de pctis nr̄is. Deinde sacerdos dicit Kyrie eleis. Christe elei. Kyrie elei. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi, dn̄e miserere mei. ℟. Sana aiam meā, qa peccaui tibi. ℣. Conuertere dn̄e aliquātulū. ℟. Et deprecare sup seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua dn̄e sup nos. ℟. Quēadmodum sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induant iustitiā. ℟. Et scti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me dn̄e. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Dn̄e exaudi orōnem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.
Aures tuę pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris: ⁊ gratia sancti spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysteriis digne ministrare, teqz ęterna charitate diligere mereamur.
Deus, cui omne cor patet, ⁊ omnis volūtas loquitur, ⁊ quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, ⁊ digne laudare mereamur.
Ure igne sancti spiritus renes nostros, ⁊ cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, ⁊ mundo corde placeamus.
Mentes nostras, quęsumus Domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: ⁊ inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.
Adsit nobis quęsumus, domine, virtus spiritus sancti, quę ⁊ corda nostra clementer expurget, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis.

Deus

Deus, qui corda fidelium scti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Consciẽtias nostras, quęsumus dñe, visitãdo purifica: vt veniens dñs noster Jesus Christus, filius tuus, paratã sibi in nobis inueniat mãsionem: Qui tecum viuit & regnat, in vnitate spiritus sancti, De⁹, per omnia sęcula sęculoꝝ. Amẽ.

Calcea me domine, caligas iucunditatis, & corrobora genua meę debilitatis, vt indefessus valeam per semitam mandatorum tuorum ad te peruenire. Alia oratio.

Calcea, domine, pedes meos in pręparatione euangelij pacis: & ꝓtege me in velamẽto alarum tuarum. Deinde dicit Pontifex.

Exue me, Domine, veterem hominem, cum moribus, & actibus suis: & indue me nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

SEQVVNTVR ORATIONES cum & Pontifex & Sacerdos induitur sacris paramentis.

Cum lauat manus.

Da domine, virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum.

Impone, domine, capiti meo galeaȝ salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam.

Dealba me domine, & munda cor meum: vt in sanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis. Ad Cingulum.

Precinge me domine, cingulo puritatis: & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentię & castitatis. Ad Crucem.

Munire digneris me, domine Jesu Christe, ab omnibus insidijs inimicoꝝ omnium, signo sanctissimę Crucis tuę: ac cõcedere digneris mihi indigno seruo tuo: vt sicut hãc Crucẽ sctõruȝ tuoꝝ reliquijs refertã ante pectus meũ teneo: sic semp mente retineã & memoriã passionis, & sctõꝝ victorias Martyrum. Ad Manipulum.

Merear, domine, portare manipulum fletus & doloris: vt cum exultatione recipiã mercedem laboris. Ad Stolam.

Redde mihi dñe, obsecro stolã imortalitatis, quã pdidi in puaricatione primi parẽtis: & quãuis indignus accedo ad tuũ sacrũ mysteriuȝ, merear tñ gaudium sempiternũ: Ad Tunicellaȝ.

Tunica iucunditatis, & indumento lętitię induat me Dominus. Ad Dalmaticam.

Indue me domine indumento salutis & vestimento lętitię: & dalmatica iustitię circũda me semper.

Ad Chirothecas.

Circunda, dñe, manus meas munditia noui hominis, qui de cęlo descendit: vt quemadmodũ Jacob dilectus tu⁹, pelliculis hędoꝝ opertis manib⁹, paternã bñdictionẽ, oblato patri cibo potuqȝ gratissimo impetrauit: sic & oblata p man⁹ nr̃as salutari hostia, grẽ tuę bñdictionẽ merear.

Ad Planetam seu Casulam.

Domine, q dixisti: Jugum meuȝ suaue est, & onus meum leue: fac, vt illud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

Ad Mitram.

Mitram domine, & salutis galeam impone capiti meo: vt contra antiqui hostis, omniumqȝ inimicorum meorum insidias inoffensus euadam. Ad Annulum cordis.

Cordis & corporis mei domine digitos virtute decora, & septiformis spiritus, sanctificatione circunda. Ad Manipulum.

Merear, domine, portare manipulum fletus & doloris: vt cum exultatione recipiã mercedem laboris.

GRATIARVM ACTIO Post Missam.

Añ. Trium pueroꝝ cantemus hymnum: quẽ cãtabant sancti in camino ignis bñdicentes dñm.

Quę Aña in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini dño: laudate & superexaltate eum in sęcula. Bñdicite angeli dñi dño: benedicite cęli dño. Benedicite aquę omnes, quę super cęlos sunt dño: benedicite omnes virtutes dñi dño. Bñdicite Sol, & Luna dño: bñdicite stellę cęli Dño. Benedicite imber & ros dño: bñdicite omnes spiritus Dei domino. Benedicite ignis & ęstus dño: bñdicite frigus & ęstas dño. Bñdicite rores & pruina dño: bñdicite gelu & frigus dño. Benedicite glacies, & niues dño: benedicite noctes, & dies dño. Bñdicite lux, & tenebrę dño: benedicite fulgura, & nubes dño. Benedicat terra dñm: laudet, & superexaltet euȝ in sęcula. Benedicite montes & colles dño: benedicite vniuersa germinantia in terra domino. Benedicite fontes dño: bñdicite maria, & flumina dño. Benedicite cete, & omnia quę mouentur in aquis, dño: bñdicite omnes volucres cęli dño. Benedicite oẽs bestię, & pecora dño: bñdicite filij hominum dño. Benedicat Jsrael dñm: laudet, & superexaltet eum in sęcula. Bñdicite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño. Bñdicite spũs, & aię iustoꝝ dño: bñdicite scti & humiles corde dño. Bñdicite Anania, Azaria, Misael dño: laudate & superexaltate eum in sęcula. Bñdicamus Patrẽ, & Filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sęcula. Benedictus es dñe

in firmamento cęli: & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sęcula. Psalmus 150.

Laudate dn̄m in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius. Laudate eũ in virtutibus eius: laudate eũ s̄m multitudinē magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eũ in tympano & choro: laudate eũ in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eũ in cymbalis iubilationis: omnis sp̄us laudet dn̄m. Gloria pat. Deinde repetitur Aña.

Trium puerorũ cantemus hymnũ: quē cātabant sancti in camino ignis benedicentes dominum. Deinde Sac. dicit Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater nr̄. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Cōfiteantur tibi dn̄e omnia opera tua. ℟. Et sancti tui bn̄dicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lętabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis dn̄e, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meã. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dn̄s vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, q̄s dn̄e, aspirando pueni, & adiuuando p̄sequere: vt cũcta nostra orō, & operatio a te semper incipiat, & p te cępta finiat.

Da nobis, q̄s dn̄e, vitiorũ nostrorũ flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

ALIÆ ORATIONES

Pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationē, & cōionē dicendę.

S. Ambrosij Mediolanensis episcopi precatio prima praeparans ad missam.

Summe sacerdos, & vere pōtifex Iesu Christe, q te obtulisti Deo pr̄i hostiã purã & immaculatã in ara crucis p nobis miseris pctōrib⁹, quiq; dedisti nobis carnē tuã ad manducandũ, & sanguinē tuum ad bibendum: & posuisti mysteriũ istud in virtute sp̄us scti tui dicēs, hęc quotiescũq; feceritis, in mei memoriã facietis. Rogo te p sanguinē tuum p̄tiosum, magnum salutis nr̄ę p̄tium. Rogo p hanc mirã & ineffabilē charitatē tuã, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es: vt lauares nos a pctis nostris in sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignũ, quē inter cętera dona tua, ad officiũ sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę. Doce me, q̄so, p sp̄m sctm̄ tuum tantum mysterium tractare, ea reuerentia & honore, eaq; deuotione & timore: qbus oportet & decet. Fac me dn̄e Iesu Christe, p gratiã tuã semp illud de tãto mysterio credere: & intelligere, sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, qđ tibi placet & expedit animę meę: Intret sp̄us tuus bonus in cor meũ, q sonat ibi sine sono & sine strepitu vborũ: & loquaṫ omnē vitatē tantorũ mysteriorũ. Profunda qppe sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnã clementiã tuã Deus, p̄cede mihi hodie & semper missarũ solēnia, puro corde & pura mente celebrare. Libera cor meũ ab immundis & nefandis, vanis & noxijs cogitationibus. Muni me btõrũ angelorũ pia & fida tutela atq; fortissima custodia: vt hostes omnium bonorũ p̄fusi discedãt, per virtutē tanti mysterij, & p manũ sancti angeli tui: Repelle a me dn̄e, Iesu Christe, & a cunctis seruis tuis durissimum sp̄m superbię & cenodoxię, inuidię, iracundię, fornicationis & immunditię, dubietatis & blasphemię. Confundãtur qui me persequuntur: pereant illi qui perdere cuncta festinant.

Rex virtutũ, amator castitatis & integritatis, op̄s Deus, cęlesti rore bn̄dictionis tuę, extingue in me & in corpore meo totum fomitē ardētis libidinis: vt maneat in me feruor totius castitatis aię & corporis. Mortifica in mēbris meis carnis stimulos, oēsq; libidinis cōmotiones, & da mihi ppetuã castitatē cum cęteris bonis tuis q̃ tibi placent in vitate: vt sacrificiũ laudis casto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Quãta enim dn̄e Iesu Chr̄e cordis p̄tritione & lachrymarũ fonte: quanta reuerētia & tremore: quãta corporis castitate & aię puritate istud diuinũ & cęleste sacrificium est celebrandũ, vbi caro tua in vitate sumitur, vbi sanguis tuus in vitate bibitur: vbi summis ima coniungũtur: vbi adest p̄sentia sctõrũ angelorũ: vbi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter p̄stitutus. Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus op̄s offerentē feceris dignũ? Scio, & vere scio, & ipsum pietati tuę cōfiteor, q non sum dignus accedere ad tantum mysterium, pp̄ter nimia pctã mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me facere dignũ, qui solus potes facere mundum de immundo conceptũ semine: & de peccatoribus iustos facis & sanctos.

Per hanc omnipotentiam tuã te rogo: vt cōcedas mihi peccatori hoc cęleste sacrificium celebrare cũ timore & tremore, & cũ cordis puritate & lacrymarũ fonte, cũ lętitia sp̄uali & cęlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinē btissimę p̄sentię tuę, & excubias sctõrũ angelorũ tuorũ in circuitu meo. Ego enim dn̄e, memor venerãdę passionis tuę accedo ad altare tuũ licet peccator, vt offeram tibi sacrificiũ, quod tu instituisti & offerri pręcepisti, in commemorationē tui, pro salute nostra.

Suscipe ergo istud, q̄so summe Deus, dulcissime Iesu Christe, p ecclesia tua sctã, & p cuncto populo tuo, quē acqsiuisti sãguine tuo p̄tioso.

Et

Et qm̄ me peccatorē inter te ꝛ eundē populū me dium esse voluisti, licet in me boni operis testimo nium nō agnoscas, officium dispēsationis credite nō recuses, nec ꝑ me indignum famulum tuū eo rū salutis pereat ꝓtium ꝓ quib⁹ victima factus sa lutaris, dignatus es esse redēptio. Profero ergo dn̄e (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populoꝝ, captiuoꝝ gemitū, mi seriā orphanoꝝ, necessitatez peregrinoꝝ, inopiaz debilium, desperationes lāguentiū, defect⁹ senū, suspiria iuuenum, vota virginū, lamēta viduarū.

¶ Tu enim misereris omniū dn̄e, ꝛ nihil odisti eoꝝ que fecisti. Memorare q̄ sit nr̄a substātia, qa tu Pr̄ nr̄ es, ne irascaris satis, neq3 multitudinē visceꝝ tuoꝝ sup nos ꝯtineas: Nō eniz in iustifica tionib⁹ nr̄is ꝓsternim⁹ pces nr̄as ante faciē tuā, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis dn̄e iniqtates nostras, ꝛ ignē scti spūs in nobis cle menter accēde. Aufer cor lapideuz de carne nr̄a, ꝛ da nobis cor carneuz, qđ te timeat, diligat, ꝛ ho norificet, te delectetur, te sequatur, ꝛ te pfruatur.

¶ Oramus dn̄e clemētiā tuā, vt sereno vultu fa miliā tuā, sacri tui nois officia ꝑstolantē, aspicere digneris, ꝛ vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis pces suggere, quas ipse audire ꝓpitius ꝛ exaudire delecteris. Rogam⁹ etiā te sancte Pr̄ ꝓ spiritib⁹ fideliuz defunctoꝝ, vt sit illis salus eterna, ac ꝑpetua sanitas, gaudiuz ꝛ refrigeriū sempiternum, hoc magnum pietatis sacrm̄. Dn̄e Deus meus, sit illis hodie magnū ꝛ plenuz gaudium de te pane viuo ꝛ vero, q de celo descēdisti, ꝛ das vitā mundo, de carne sancta ꝛ bn̄ dicta, agni videlicet imaculati, q tollis pctm̄ mun di, ꝛ potari de fonte pietatis tue, q ꝑ lanceā mili tis de latere emanauit crucifixi domini nostri, vt consolati exaltent in laude ꝛ gloria tua sancta.

¶ Peto dn̄e clementiā tuā, vt descēdat sup hūc panē ꝛ calicē istum plenitudo tue diuinitatis. De scendat etiā dn̄e illa scti spirit⁹ tui inuisibilis for ma, ꝛ incōprehensibilis maiestas, sicut quondā in patrum hostias descendebat: qui ꝛ oblationes no stras, corpus ꝛ sanguinē tuū efficiat: ꝛ me indi gnum sacerdotē tuū doceat tantuz tractare my sterium, ita vt placide ꝛ benigne sacrificium susci pias de manib⁹ meis: ad salutē omnium tā viuoꝝ quā defunctoꝝ. Rogo te dn̄e per ipsum sacrosan ctum mysteriū corporis ꝛ sanguinis tui: quo quo tidie in ecclesia tua pascimur ꝛ potamur, ablui mur ꝛ sanctificamur, atq3 vnius tue summeq3 di uinitatis participes efficimur: quaten⁹ oēs mihi virtutes tuas sanctas: qb⁹ repletus, bona ꝯsciētia, ad altare tuuz accedā: ita vt hec celestia sacramē ta efficiātur mihi salus ꝛ vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto ꝛ bn̄dicto: Panis, quez ego dabo, caro mea est ꝓ mundi vita: ꝛ Qui manducat me, vita viuet ꝓpter me: ipse manet i me, ꝛ ego in eo. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum.

¶ Panis dulcissime sana palatum cordis mei: vt sentiā suauitatē amoris tui: Sana ab omni lan guore, vt nullā pter te amem pulchritudinē. Pa nis candidissime, habens in te omne delectamen tuz, ꝛ omnis saporis suauitatē: q nos semp reficis, comedat te cor meum: ꝛ dulcedine saporis tui re pleantur viscera aie mee. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus hō ꝓ modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreat⁹ viatico.

¶ Panis sctē, panis viue, panis pulcher, panis munde, q descendisti de celo, ꝛ das vitam mūdo: veni in cor meum, ꝛ munda me ab omni inquina mento carnis ꝛ spiritus. Intra in animā meā: sa na ꝛ sanctifica me interius, ꝛ exterius. Esto tuta mē ꝛ ꝑpetua salus corporis ꝛ aie mee. Repelle a me insidiātes mihi, Hostes recedant ꝓcul a ꝑsen tia tua: vt foris ꝛ intus ꝑ te munitus, recto tramī te ꝑueniā ad tuum regnum vbi non mysterijs si cut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciē te vi debimus cum tradideris regnum Deo patri, ꝛ erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te sa tiabis satietate mirifica: vt nec esuriam, nec sitiaz in eternum. Qui cum eodem Deo patre ꝛ Spi ritu sancto viuis ꝛ regnas in secula seculoꝝ. Am̄.

Alia oratio sancti Ambrosij.

Ad Mensam dulcissimi cōuiuij tui, pie Do mine Jesu Christe, ego peccator de ꝓprijs meritis nihil presumens, sed de tua ꝯfidens mise ricordia ꝛ bonitate, accedere vereor ꝛ ꝯtremisco. Nā cor ꝛ corpus habeo multis criminib⁹ macu latum, mentē ꝛ linguā non caute custoditā. Ergo o pia deitas, o tremēda maiestas: ego miser inter augustias deprehensus, ad te fontez misericordie recurro: ad te festino sanandus: sub tuā ꝓtectionē fugio: ꝛ quē iudicē sustinere nequeo, saluatorē ha bere suspiro. Tibi dn̄e plagas meas ostēdo: tibi verecundiā meā detego. Scio peccata mea mul ta, ꝛ magna, ꝓ qb⁹ timeo. Spero misericordias tuas, quaꝝ non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordie tue Dn̄e Jesu Chr̄e, rex eter ne, Deus ꝛ homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantē in te: miserere mei pleni mi serijs ꝛ peccatis, tu qui fontē miserationis nunq̄ manare cessabis. Salue salutaris victima, ꝓ me ꝛ omni humano gn̄e in patibulo crucis oblata. Sal ue nobilis ꝛ ꝓtiose sanguis de vulnerib⁹ crucifixi Dn̄i mei Jesu Christi ꝓfluens, ꝛ peccata totius mundi abluens. Recordare Dn̄e creature tue, quam tuo sanguine redemisti: penitet me peccas se: cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementissime pater omnes iniquitates ꝛ peccata mea: vt purificatus mente ꝛ corpore, digne degu stare merear sancta sanctoꝝ: ꝛ concede, vt sancta ꝑlibatio corporis ꝛ sanguinis tui, quam ego indi

gnus

gnus sumere intendo, sit peccatorꝝ meorꝝ remissio, sit delictorꝝ pfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumqꝫ sensuum regeneratio, operumqꝫ tibi placentium salubris efficacia, animę quoque, ⁊ corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio sancti Thomę Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce, accedo ad Sacramētum vnigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi, Accedo tanquā infirmus ad medicū vitę, immūdus ad fontē misericordię, cęcus ad lumen claritatis ęternę, pauper ⁊ egenus ad Dñm cęli ⁊ terrę. Rogo ergo immensę largitatis tuę abundantiam: quatenus meā curare digneris infirmitatem, lauare fęditatem, illuminare cęcitatē, ditare paupertatē, vestire nuditatē: vt panē Angelorꝝ, Regē Regum, Dñm dominantiū, tanta suscipiā reuerentia ⁊ humilitate, tanta ꝯtritione ⁊ deuotione, tanta puritate ⁊ fide, tali ꝓposito ⁊ intentione, sicut expedit saluti aię meę. Da mihi, q̄so, dñici corporis ⁊ sanguinis, nō solū suscipere Sacr̄m, sed etiā rē ⁊ virtutē Sacramēti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Dñi nr̄i Jesu Chr̄i, qḋ traxit de virgine Maria sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, ⁊ inter eius mēbra cōnumerari. O amantissime pater, cōcede mihi dilectum filium tuum, quē nunc velatum in via suscipere, ꝓpono, reuelata tandē facie ꝑpetuo contēplari. Qui tecum viu.

Alię orōnes post celebrationē, ⁊ Cōionē dicēdę.

Oratio sancti Thomę.

GRatias tibi ago Dñe sancte, Pr̄ oīps, ęterne Deus, q me peccatorē, indignū famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę satiare dignatus es, p̄tioso corpore ⁊ sanguine filij tui Dñi nostri Jesu Christi. Et p̄cor, vt hęc sancta cōio nō sit mihi reatus ad pęnā, sed intercessio salutaris ad veniā. Sit mihi armatura fidei, ⁊ scutū bonę voluntatis. Sit vitiorum meorꝝ euacuatio, ꝯcupiscentię ⁊ libidinis exterminatio: charitatis ⁊ patientię, humilitatis ⁊ obediētię augmētatio: ꝯtra insidias inimicorꝝ omniū tam visibilium, quā inuisibiliū, firma defensio: motuum meorꝝ, tā carnalium, quam spiritualium, perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhęsio: atque finis mei felix cōsūmatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile ꝯuiuium me peccatorē perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo ⁊ Spiritu sctō, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas cōsūmata, ⁊ felicitas perfecta. Per Christum Dñm nostrū. Amen.

Alia oratio S. Bonauenturę.

TRansfige dulcissime Domine Jesu medullas ⁊ viscera animę meę suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaqꝫ ⁊ Apostolica sanctissima charitate, vt langueat ⁊ liquefiat anima mea solo sēper amore ⁊ desiderio tui. te concupiscat, ⁊ deficiat in atria tua, cupiat dissolui, ⁊ esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat panem angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum supersubstātialem, habentem omnem dulcedinem, ⁊ saporē, ⁊ omne delectamentū suauitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat, ⁊ comedat cor meum, ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera animę meę: te semper sitiat fontem vitę, fontem sapientię ⁊ scientię, fontem ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatē domus Dei: te semper ambiat, te quęrat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat: te meditetur, te loquatur: ⁊ omnia operetur in laudem ⁊ gloriam nominis tui, cum humilitate ⁊ discretione, cum dilectione ⁊ delectatione, cum facilitate ⁊ affectu, cum perseuerantia vsque in finē: ⁊ tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies ⁊ tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, ⁊ possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, ⁊ firma, ⁊ immobiliter semper sit radicata mens mea, ⁊ cor meum. Amen.

Rythmus sancti Thomę ad sacram Eucharistiam.

ADoro te deuote latens Deitas,
Quę sub his figuris vere latitas,
Tibi se cor meum totum subijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, tactus, gustus, in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius,
Nihil hoc verbo veritatis verius,
In cruce latebat sola Deitas:
At hic latet simul ⁊ humanitas.
Ambo tamen credens atqꝫ confitens,
Peto quod petiuit latro pęnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus vitam pręstans homini,
Pręsta meę menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere:
Pie pellicane Jesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum posset omni scelere,
Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuę glorię, Amen.

TABELLA TEMPORARIA
Festorum Mobilium.

Anni Dñi	Lræ Dñi/cales.	Aureus nu/mer⁹.	Epacta.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha resurrectio.	Ascensio Domini.	Pentecostes	Corpus Christi.	Dñic. post Pent.	Prima Dñica Aduēt⁹.
1582	c	6	xxvj							23	28 No.
1583	b	7	vij	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iun.	25	27 No.
1584	A g	8	xviii	29 Ian.	15 Feb.	1 Apr.	10 maii	20 maij	31 Ma.	23	2 De.
1585	f	9	xxix	17 Feb.	6 mar.	21 Apr.	30 maij	9 Iunij	20 Iun.	24	1 Dec.
1586	e	10	x	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Iun.	6	30 No.
1587	d	11	xxi	25 Ian.	11 Feb.	29 mar.	7 maij	17 maij	28 Ma.	27	29 No.
1588	c b	12	ii	14 Feb.	2 mar.	17 Apr.	26 maij	5 Iunij	16 Iun.	24	27 No.
1589	A	13	xiii	29 Ian.	15 Feb.	2 Apr.	11 maij	21 maij	1 Iun.	27	3 De.
1590	g	14	xxiiii	18 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 iunij	21 Iun.	24	2 De.
1591	f	15	v	10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.	23 maij	2 iunij	13 Iun.	25	1 De.
1592	ed	16	xvj	26 Ian.	2 Feb.	29 mar.	7 maij	17 maij	18 Ma.	27	29 No.
1593	c	17	xxvij	14 Feb.	3 mar.	18 Apr.	27 maij	6 iunij	7 Iun.	24	28 No.
1594	b	18	viij	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iun.	25	27 No.
1595	A	19	xix	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 Ma.	28	3 De.
1596	g f	1	i	11 Feb.	28 Feb.	14 Apr.	23 maij	2 iunij	13 Iun.	25	1 De.
1597	e	2	xij	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Ma.	26	30 No.
1598	d	3	xxiiij	18 Ian.	4 Feb.	22 mar.	30 Apr.	10 maij	21 Ma.	28	29 No.
1599	c	4	iiij	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	20 maij	30 maij	10 Iun.	25	28 No.
1600	bA	5	xv	30 Ian.	16 Feb.	2 Apr.	11 maij	21 maij	1 Iun.	27	3 De.
1601	g	6	xxvj	18 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 iunij	21 Iun.	24	2 De.
1602	f	7	vij	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 maij	26 maij	6 Iun.	6	1 De.
1603	e	8	xviij	26 Ian.	12 Feb.	30 mar.	8 maij	18 maij	29 maii	27	30 No.
1604	d c	9	xxix	15 Feb.	3 mar.	18 Apr.	27 maij	6 Iun.	17 iunij	24	28 No.
1605	b	10	x	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iunij	25	27 No.
1606	A	11	xxi	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 maij	28	3 De.
1607	g	12	ij	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	24 maij	3 Iun.	14 Iun.	25	2 De.
1608	f e	13	xiij	3 Feb.	20 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Iun.	26	30 No.
1609	d	14	xxiiij	15 Feb.	4 mar.	19 Apr.	28 maij	7 Iun.	18 Iun.	24	29 No.
1610	c	15	v	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	20 maij	30 maij	10 Iun.	25	28 No.
1611	b	16	xvj	30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.	12 maij	22 maij	2 Iun.	26	27 No.
1612	Ag	17	xxvij	19 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 Iun.	21 Iun.	24	2 De.
1613	f	18	viij	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 maij	26 maij	6 Iun	26	1 De.
1614	e	19	xix	26 Ian.	12 Feb.	30 mar.	8 maij	18 maij	29 Maii	27	o No.
1615	d	1	i	15 Feb.	4 mar.	19 Apr.	28 maij	7 iunij	18 Iun	24	29 No.
1616	cb	2	xij	31 Ian.	17 Feb.	3 Apr.	12 maij	22 maij	2 Iun.	26	27 No.
1617	A	3	xxiij	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 maii	28	3 De.
1618	g	4	iiij	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	24 maij	3 iunij	14 Iun.	25	2 De.
1619	f	5	xv	27 Ian.	13 Feb.	31 mar.	9 maij	19 maij	30 maii	27	1 De.
1620	ed	6	xxvi	16 Feb.	4 Mar	19 Apr.	28 maij	7 Iun.	18 iun.	24	29 No
1621	c	7	vii	7 Ian.	24 Feb	11 Apr.	20 maii	30 maij	15 iun.	25	28 No.










INRI













PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.



DOMINICA I. ADVENTVS.

Statio ad Sanctam Mariam Maiorem, Ad Missam. Introitus.

Ps. 24. Ad te leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescaz: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. ps. Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto, etc.

ibidez.




Quo finito, repetitur Ad te leuaui. vsque ad psalmum. Hic modus repetendi Introitum seruatur per totum annum. Nõ dicitur Gloria in excelsis. ab hac dñica vsqz ad Natiuitatem Dñi, nisi in festis. Oremus. Oro.

Excita, q̃s dñe, potentiam tuã, et veni: vt ab imminentibus peccatorum nr̃orum periculis, te mereamur protegente eripi, te




liberante saluari. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate spũs scti Deus, per omnia scła sclo℞. ℟. Amẽ.
Ab hac die vsque ad vigiliã Natiuit. Dñi post orõnem diei dicitur oratio. Deus, qui de btẽ Marię. ⁊ Ecclię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt infra. Si autem facienda sit commemoratio alicuius festi simplicis occurrentis, post orationē diei dicitur orõ de Sancto, tertia de sctã Maria.

De sancta Maria. Orõ.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: prę̨sta supplicibus tuis: vt, qui vere eā genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eundem dominū nostrũ.

Contra persecutores Ecclesię. Orõ.

Ecclesię tuę, quęsumus dñe, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dñm nostrum Jesum Christũ filium tuum, qui tecũ viuit, ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Uel pro Papa.

Deus oĩum fideliũ pastor ⁊ rector, famulũ tuũ N. quē pastorē Ecclesię tuę prę̨esse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo ⁊ exemplo, quibus prę̨est, proficere: vt ad vitam, vna cū grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per do.

¶ Infra hebdomadas Aduentus qñ dr̃ Missa de festo semiduplici, secunda orõ erit de Aduentu, tertia de Sancta Maria, quę terminatur sic, Per eundem Dominum nostrum. Si autē dicat̃ Missa de festo duplici, post orõnē festi dr̃ orõ tm̃ de Aduen.

¶ In Aduentu, de festis simplicib⁹ non dicitur Missa conuentualis, sed eorum fit tantum commemoratio.

Lctõ epłę beati Pauli apłi ad Ro.

Fratres: Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. cap. 13
Nunc autem propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox prę̨cessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarū, ⁊ induamur arma lucis: sicut in die, honeste ambulemus. Non in comessationibus, ⁊ ebrietatibus: non in cubilibus, ⁊ impudicitijs: non in contentione, ⁊ ęmulatione: sed induimini dominum Jesum Christum.

Graduale. Uniuersi, qui te expectant, non confundentur domine. ℣. Uias tuas domine notas fac mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: ⁊ salutare tuum da nobis, alleluia. ps. 24 ps. 84.

¶ In ferijs Aduentus, quando per hebdomadam resumitur Missa de Dñica, nõ dicitur Alleluia, nec versus sequens: sed tantum Graduale.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.



In illo tē pore: dixit Jesus discipulis suis. Erũt signa in sole, ⁊ luna, ⁊ stellis: ⁊ in terris pssura gentium, prę̨ confusione sonitus maris, ⁊ fluctuū: arescentibus hominibus prę̨ timore, ⁊ expectatione, quę superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cęlorum mo- cap. 21

mouebuntur. Et tunc videbũt filiuz hominis venientem in nube, cum potestate magna, ⁊ maiestate. His autẽ fieri incipientibus, respicite, ⁊ leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Uidete ficulneam, ⁊ omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis, quoniam prope est ęstas. Ita ⁊ vos, cuz videritis hęc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis: quia non pręteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Cęlum ⁊ terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Credo. Offertorium.

ps. 24. Ad te leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur. Secreta.

HÆc sacra nos domine potẽti virtute mundatos, ad suum faciãt puriores venire principium. Per dominum nostrum Jesum Christum.

De sancta Maria. Oremus.

IN mẽtibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deũ verum ⁊ hominem cõfitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternã mereamur peruenire lętitiam. Per dominum.

Contra persecutores Ecclesię.

PRotege nos dñe, tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum nostrum.

Uel pro Papa.

OBlatis, quęsum⁹ dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuũ N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum nostrũ. Cõmu.

Dominus dabit benignitatem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum. ps. 84. Postcommu.

SUscipiamus Domine misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostrę vẽtura solẽnia, congruis honoribus pręcedamus. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Oremus.

GRatiam tuam, quęsumus dñe, mentibus nr̃is infunde: vt qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum nostrum, ⁊c.

Contra persecutores Ecclesię.

QUęsumus dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominum.

Uel pro Papa. Postcommunio.

HÆc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quẽ pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, ⁊ muniat. Per dominum.

Dicitur: Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et sic seruat quoties non dicitur Gloria in excelsis.

¶ Infra Hebdomadam si dicenda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de Dominica pręcedenti, nisi propria Missa assignetur. Cum vero in Aduentu, Quadragesima, Quatuor tẽporibus, Uigilijs, ⁊ Rogationibus, dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semper fit cõmemoratio de feria. Et pro commemoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dominicę pręcedentis, nisi sint Quatuor tempora, in quibus, habetur oratio propria.

DOMINICA SECVNDA Aduentus.

Statio ad sanctam Crucem in Jerusalem. Introitus.

Jsa.30 
Opulus Sion, ecce dominus veniet ad saluādas gētes: ⁊ auditam faciet dominus gloriam vocis suę in lę-
ps.79. titia cordis vestri. Ps. Qui regis Jsrael, intende: qui deducis velut ouē Joseph. ℣. Gloria patri, ⁊c. non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Excita domine corda nostra ad pręparādas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit, ⁊ regnat.

Secunda oratio de Sancta Maria. Deus, qui de beatę. Tertia contra persecutores ecclesię. Ecclesię tuę. vel, p Papa. Deus omniū fideliuȝ. vt supra in prima Dominica. fol.2.

Lcō eplę btī Pauli Aplī ad Rom.

cap.15 Fratres: Quęcunque scripta sunt, ad nostram doctrinaȝ scripta sunt: vt per patientiā ⁊ cōsolationeȝ scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientię ⁊ solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christū: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, ⁊ patrem domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut ⁊ Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatē Dei ad ꝯfirmādas promissiones patrum. Gentes auteȝ super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus dn̄e, ⁊ nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Lętamini gentes cuȝ plebe eius. Et iterū. Laudate omnes gentes dn̄m: ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rursum Jsaias ait. Erit radix Jesse, ⁊ q̄ exurget regere gentes, in eum gētes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credendo: vt abundetis in spe, ⁊ virtute spūs sancti.

Graduale. Ex Siō species decoris eius: ps.49.
Deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Alleluia, allelu.
℣. Lętatus sum in his, quę dicta sunt mi- ps.121
hi: in domum domini ibimus. Alleluia.

Sequētia scti euang. sm Matthęū.



cap.11 In illo tēpore: Cū audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui vēturus es, an aliuȝ expectamus? Et respōdens Jesus, ait illis. Euntes renunciate Joāni, quę audistis, ⁊ vidistis. Cęci vidēt, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, q̄ nō fuerit scandalizatus in me. Jllis autem abeuntibus, cępit Jesus dicere ad turbas de Joanne. Quid existis in desertum videre? Arundineȝ vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, ⁊ plus quam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum

gelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viã tuã ante te. Credo.
ps. 84. Offert. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua letabitur in te: ostẽde nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Secreta.

Placare, q̃s dñe, humilitatis nostre precibus, & hostijs: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorũ, tuis nobis succurre p̃sidijs. Per do. In mẽtib⁹ nostris. vt i prima dñica.
Bar. 4 Communio. Ierusalem surge, & sta in excelso: & vide iucunditatem, que veniet tibi a Deo tuo. Postcommunio.

Repleti cibo spiritualis alimonie supplices te domine deprecamur: vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, & amare celestia. Per dñm nostrum. Gratiam tuam, quesumus domine. vt in prima Dominica. folio 2.

DOMINICA TERTIA Aduentus.

Statio ad sanctum Petrum. Intr.
Phil. 4. Gaudete in dño semper: iterũ dico gaudete: modestia vr̃a nota sit oibus hoibus: dominus enim prope est; nihil soliciti sitis: sed in oi oratione petitiones vestre innotescãt apd Deum.
ps. 8. Ps. Benedixisti Dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Aurem tuam, quesumus domine, precibus nostris acommoda: & mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis, & regnas cũ &c. Alias orationes require supra in prima Dominica. fol. 2.
Lectõ eplẽ btĩ Pau. aplĩ ad Phili.
cap. 4 Fratres: Gaudete i dño semp: iterũ dico gaudete, Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dñs eniz prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarũ actione, petitiones vestre innotescant apud Deũ. Et pax Dei, que exuperat oẽm sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras: in Christo Jesu dño nostro.
Graduale. Qui sedes domine sup Cherubim, excita potentiam tuam, & veni. ℣. ps. 7
Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Joseph, alleluia, alleluia. ℣. Excita ibidẽ. domine potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos, alleluia.
Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.



In illo tẽpore: Miserũt Judei ab Jerosolymis sacerdotes & leuitas ad Joannẽ, vt interrogarent eũ: Tu quis es? Et cõfessus est, & nõ negauit. Et cõfessus est: q: nõ sum ego Christus. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Nõ sũ. Propheta es tu? Et rñdit. Nõ. Dixerũt ergo ei. Quis es, vt responsũ demus his, q miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox Isa. 4.
clamãtis in deserto: dirigite viã dñi, sicut dixit Isaias propheta. Et q missi fuerãt, erãt ex Phariseis. Et interrogauerũt eũ, & dixerũt ei. Quid ergo baptizas, si tu nõ es Chr̃s, neq3 Elias, neq3 ppheta? Rñdit eis Joannes, dicẽs. Ego baptizo in aqua: medius aũt vestrum stetit, quẽ vos nescitis: Ipse est, qui post me venturus est, q

ante me factus est: cuius ego nõ sũ dignus, vt soluam eius corrigiã calciamẽti. Hec in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Credo. Offertorium.
ps. 84. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob: remisisti iniquitatẽ plebis tuę. Secreta.

DEuotionis nostrę tibi, q̄sumus Domine, hostia iugiter imoletur: quę & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per dominum.
Alias secretas, require supra in prima Dominica. Communio.
Isa. 35 Dicite pusillanimes: confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster veniet & saluabit nos. Postcommunio.

IMploramus, domine, clementiam tuam: vt hęc diuina subsidia, a vitijs expiatos: ad festa ventura nos pręparent. Per dominum.
Alias Postcommuniones, require supra in prima Dominica. folio 2.

FERIA QVARTA quatuor temporũ Aduentus.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

Is. 45. ROrate cęli desuper, & nubes pluant iustũ: aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ.
ps. 28. ps. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annũciat firmamentum. ℣. Gloria p. post Kyrie eleison. immediate dicitur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PRęsta, quęsumus omnipotẽs Deus: vt redemptionis nostrę ventura sollemnitas: & pręsentis nobis vitę subsidia conferat, & ęternę beatitudinis pręmia largiatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Lectio Isaie prophete.

cap. 2 IN diebus illis. Dixit Isaias propheta. Erit in nouissimis dieb⁹ pparatus mons domus dñi in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent. Venite, ascendamus ad montem dñi, & ad domũ Dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis ei⁹: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit gẽtes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Gradua.
ps. 23 Tollite portas principes vestras: & eleuamini portę ęternales: & introibit rex glorię. ℣. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus, & mundo corde. Hic dicitur Dominus vobiscum, sinẽ Flectamus genua.

Oratio.

FEstina, quęsumus Domine, ne tardaueris: & auxilium nobis supernę virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuẽtur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis.
Alias orationes regre in prima Dominica Aduentus.

Lectio Isaię prophete.

cap. 7 IN diebus illis. Locut⁹ est Dominus ad Achaz dicens: Pete tibi signum a dño Deo tuo in pfundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid paruũ vobis est molestos esse hominibus, q̄a molesti estis & Deo meo? Propter

hoc

hoc dabit dominus ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet, et pariet filiuz: et vocabitur nomē eius Emmanuel. Butyruz, et mel comedet: vt sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Ps.144 Grad. Prope est dn̄s omnibus inuocantibus euz, oībus qui inuocāt eum in veritate. ℣. Laudem dn̄i loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

Sequentia sancti euāgelij s̄m Lucā.

cap. 1



In illo tpe: Miss⁹ est angel⁹ Gabriel a Deo, in ciuitatē Galileę cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Joseph, d̄ domo Dauid: et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gr̄a plena, dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulierib⁹. Quę cū audisset, turbata est in sermone ei⁹, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti em̄ gr̄az apud deū. Ecce ꝯcipies in vtero, et paries filiū: et vocabis nomē ei⁹ Jesuz. Hic erit magn⁹: et fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s De⁹ sedē Dauid p̄ris ei⁹: et regnabit in domo Jacob ī ęternū: et regni ei⁹ nō erit finis. Dixit aūt Maria ad angelū. Quō fiet istud, qm̄ virū nō cognosco? Et rn̄dēs angelus, dixit ei. Sp̄us sc̄tus supueniet in te: et virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ, et qd̄ nascet̄ ex te sanctū, vocabit̄ fili⁹ Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: et ipsa ꝯcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sext⁹ illi, q̄ vocat̄ sterilis: quia nō erit impossibile apud Deū omne verbū. Dixit aūt Maria. Ecce ancilla Dn̄i: fiat mihi s̄m verbum tuum.

Offertoriuz. Confortamini, et iam nolite timere: ecce eniz Deus noster retribuet iudiciū: ipse veniet, et saluos nos faciet. Isa.35

Sec. Accepta tibi sint, quęsumus domine, nostra ieiunia: quę et expiādo nos, tua gratia dignos efficiāt, et ad promissa sempiterna perducāt. Per dominum nostrum. etc.

Alias Orationes, vt in prima Dominica Aduentus. folio 2.

Communio. Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius Emmanuel. Isa. 7.

Postcommunio.

Salutaris tui Domine munere satiati, supplices dep̄camur: vt cuius lętamur gustu, renouemur effectu. Per dominum nostrum.

Deinde de sancta Maria, et pro papa, vel contra p̄secutores ecclesię, vt in prima Dominica. fol. 2.

FERIA SEXTA quatuor Temporum Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Prope es tu dn̄e: et oēs vię tuę veritas: initio cognoui de testimonijs tuis: q̄r ī ęternuz tu es. Ps. Beati īmaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. ℣. Gloria patri. ps.118 ibidez.

Oratio.

Excita, q̄s Dn̄e, potētiā tuā, et veni: vt hi, q̄ in tua pietate ꝯfidūt, ab oī citi⁹ aduersitate liberent̄. Qui.

Orationes de sancta Maria, et contra p̄secutores ecclesię, vel pro papa, habent̄ supra in prima Dn̄ica folio 2.

Lectio Isaie prophetę.

Hæc dicit dn̄s De⁹. Egrediet̄ virga d̄ radice Jesse, et flos de radice ei⁹ ascēdet. Et regescet sup eū sp̄us dn̄i, cap.11

spiritus sapientię ⁊ intellectus: spiritus cõsilij ⁊ fortitudinis: spũs sciẽtię ⁊ pietatis: ⁊ replebit eũ spiritus timoris dñi. Nõ secundum visionem oculorum iudicabit, neq̃ secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit ĩ iustitia pauperes, ⁊ arguet in ęquitate, p mãsuetis terrę. Et pcutiet terrã virga oris sui: ⁊ spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: ⁊ fides cinctorium renum eius. Graduale.

ps. 84. Ostende nobis domine misericordiaz tuã: ibidẽ. ⁊ salutare tuũ da nobis. ℣. Benedixisti dñe terram tuaz: auertisti captiuitatem Jacob.

Sequentia sancti euang. sm Lucaz.

cap. 1.



In illo tempore Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Juda, ⁊ intrauit in domum Zacharię: ⁊ salutauit Elisabeth. Et factũ est, vt audiuit salutationem Marię Elisabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sãcto Elisabeth: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. Et beata, quę credidisti: quoniam perficientur ea quę dicta sunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus. in Deo salutari meo. Offertorium.

ps. 84. Deus tu cõuertẽs viuificabis nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te: ostẽde nobis dñe miam tuã, ⁊ salutare tuũ da nobis. Secre.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusq̃ susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum.

Alias secret. vt in prima Dominica Aduentus. folio 2. Communio.

Ecce dñs veniet, ⁊ oẽs sancti eius cuz eo: ⁊ erit in die illa lux magna. Postcomm. Za. 14.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dñm.

Alias Postcommuniones, vt in prima Dominica.

SABBATO

Quatuor Tpm Aduen.

Statio ad sanctum Petrum. Intro.

Veni, ⁊ ostende nobis facieꝫ tuã dñe, qui sedes sup Cherubiꝫ: ⁊ salui erimꝰ. ℣. Qui regis Israel intẽde: q deducis velut ouem Joseph. ℣. Gloria patri. Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro. ps. 79. ibidẽ.

Deus, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius: vt ex tua visitatione cõsolemur. Qui viuis, ⁊ regnas.

Lectio Isaię prophetę.

In diebus illis. Clamabunt ad dñm a facie tribulantis: ⁊ mittet cap. 19 eis saluatorẽ, ⁊ ppugnatorẽ: q liberet eos. Et cognoscet dñs ab Ægypto: ⁊ cognoscẽt Ægyptij dñm in die illa: ⁊ colent eũ in hostijs, ⁊ muneribꝰ: ⁊ vota vouebũt dño, ⁊ soluẽt. Et pcutiet dñs Ægyptũ plaga, ⁊ sanabit eã: ⁊ reuertent ad dñm, ⁊ placabitur eis: ⁊ sanabit eos dñs Deus noster. Gradu.

A summo cęlo egressio eiꝰ: ⁊ occursus eiꝰ vsque ad summũ eius. ℣. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuũ eius annũciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. ps. 18. ibidẽ.

Con-

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt qui sub peccati iugo, ex vetusta seruitute ꝺprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem do.

Lectio Isaię prophetę.

cap. 35 HÆc dicit dn̄s. Lętabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo, ⁊ florebit quasi lilium. Germinans germinabit, ⁊ exultabit lętabunda ⁊ laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli ⁊ Saron. Ipsi videbūt gloriam dn̄i, ⁊ decorem Dei nostri. Cōfortate manus dissolutas, ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, ⁊ nolite timere. Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, ⁊ saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: ⁊ aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus, claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorum: qa scissę sunt in deserto aquę, ⁊ torrētes in solitudine. Et quę erat arida, erit in stagnum: ⁊ sitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. Gradua.

cap. 18 In sole posuit dominus tabernaculum suum, ⁊ ipse tanquam sponsus procedens

ibidez. de thalamo suo. ℣. A summo cęlo egressio eius: ⁊ occursus ei⁹ vsque ad summū eius. Orem⁹. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Orō.

INdignos nos, quęsum⁹ dn̄e, famulos tuos, quos actionis proprię culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduentu lętifica. Per eundem dn̄m.

Lectio Isaię prophetę.

ca. 40. HÆc dicit dn̄s. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudę. Ecce Deus vester: ecce dn̄s Deus in fortitudine veniet: ⁊ brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: ⁊ opus illius coram ipso. Sicut pastor, gregē suū pascet: ⁊ in brachio suo cōgregabit agnos: ⁊ in sinu suo leuabit eos dn̄s Deus nr̄.

Gradu. Dn̄e Deus virtutū cōuerte nos: ps. 79.
⁊ ostēde faciē tuā, ⁊ salui erimus. ℣. Excita dn̄e potentiam tuam, ⁊ veni: vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ibidez.

Oratio.

PRęsta, q̄s, op̄s Deus: vt filij tui ventura solēnitas, ⁊ p̄sentis nobis vitę remedia conferat, ⁊ pręmia ęterna concedat. Per eundem dn̄m.

Lectio Isaię prophetę.

HÆc dicit dn̄s Christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gētes: ⁊ dorsa regum vertam: ⁊ aperiam coram eo ianuas: ⁊ portę non claudentur. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos terrę humiliabo. Portas ęreas conteram, ⁊ vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos, ⁊ arcana secretorum: vt scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel, propter Iacob seruū meum, ⁊ Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, ⁊ non cognouisti me. Ego dominus, ⁊ non est amplius: extra me non est Deus. Accinxi te, ⁊ non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis, ⁊ qui ab occidente: quoniam absq; me non est Deus. Ego dn̄s, ⁊ non est alter, formans lucē, ⁊ creans tenebras: faciens pacem, ⁊ creans malum. Ego dominus, faciens omnia hęc. Rorate cęli desuper, ⁊ nubes pluant iustum: aperiat terra, ⁊ germinet saluatorem: ⁊ iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. cap. 45

Graduale.

EXcita domine potentiam tuam, ⁊ veni, vt saluos

ibidez vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intende: qui deducis, velut ouem Joseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Preces populi tui, quesumus domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis, & regnas cuz Deo.

Lectio Danielis prophete.

cap. 3. In diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis, quasi ventum roris flantẽ. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouez: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque cõtristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Hymnus.

Dan. 3 Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Et benedictum nomen glorie tue, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in secula.

Benedictus es in tẽplo sancto glorie tue. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Benedictus es sup sceptrũ diuinitatis tue. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Benedictus es, qui sedes super Cherubim intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in secula.

Benedicant te, celi, terra, mare, & omnia que in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in secula.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabili, & glorioso in secula.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Et laudabili & glorioso in secula.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in secula.

℣. Dominus vobiscum, sine Flectamus genua.

Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per dñm nostrum Jesum Christum.

Alias orationes vt in prima Dominica Aduentus. fol. 2.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri Jesu Christi, & nostre congregationis in ipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu, neque terreamini, neqz per spiritum, neque per sermonem, neqz per epistolam tanquã per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo: quoniam, nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in tẽplo 2. ca. 2.

plo Dei sedeat, ostendens se tanquã sit Deus. Non retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, hęc dicebaz vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iaz operatur iniquitatis: tantum, vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Jesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui.

Ps. 77. Tractus. Qui regis Jsrael intende, qui deducis, velut ouez Joseph. ℣. Qui sedes super Cherubim: appare coram Ephraim, Beniamin, ⁊ Manasse. ℣. Excita dñe potentiam tuam, ⁊ veni: vt saluos facias nos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 3. 

Anno quintodecimo Jmpij Tyberij Cesaris, pcurante Pontio Pilato Judeaz: tetrarcha aũt Galilęę Herode: Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Jturęę, ⁊ Traconitidis regionis, ⁊ Lysania Abilinę tetrarcha, sub pñcipib⁹ sacerdotũ Anna ⁊ Caipha: factum est verbum dñi sup Joannez Zacharię filium, in deserto. Et venit in oẽm regionẽ Jordanis, prędicans baptismum pęnitẽtię in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonuz Jsaię

Jsa. 40 prophetę. Vox clamantis in deserto. Parate viã Dñi, rectas facite semitas eius. Oĩs vallis implebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, ⁊ aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Credo in vnum.

Offertorium.

Exulta satis filia Sion: prędica filia Jerusalem: ecce rex tuus venit tibi, sanctus, ⁊ Saluator. Zac. 9.

Secreta.

Sacrificijs pręsentibus, q̃s dñe, placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostrę proficiant, ⁊ saluti. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit.

Alias secretas, vt in prima Dominica aduentus. folio 2. Communio.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo cęlo egressio eius, ⁊ occursus eius vsque ad summum eius. Ps. 18

Postcommu.

Quęsumus domine Deus noster: vt sacrosãcta mysteria, quę pro reparationis nostrę munimine contulisti, ⁊ pręsens nobis remediuz esse facias, ⁊ futurum. Per dominũ.

Alias postcommuniones, vt in prima Dominica Aduentus. folio 2.

DOMINICA QVARTA Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Rorate cęli desuper, ⁊ nubes pluant iustum: aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorez. Jsa. 45

Ps. Cęli enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentuz. ℣. Gloria patri. Ps. 18.

Oratio.

Excita domine potentiam tuaz, ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratię tuę, quod nostra peccata prępediunt, indulgentia tuę propitiationis acceleret, Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo.

Oõnes de sancta Maria, ⁊ contra persecutores ecclesię, vel pro Papa vt supra in prima Dominica. folio 2

Lectio

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

cap. 4. FRatres. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, ⁊ dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi autez pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus suz. Qui autez iudicat me, dominus est. Itaqz nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus, qui ⁊ illuminabit abscondita tenebrarũ, ⁊ manifestabit consilia cordiuz. Et tũc laus erit vnicuique a Deo. Gradu.

ps. 144 Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquatur os meum: ⁊ benedicat omnis caro nomẽ sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni domine, ⁊ noli tardare, relaxa facinora plebis tuę Israel. alleluia.

ibidez.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 3.



ANno quintodecimo Imperij Tyberij Cęsaris, pcurãte Põtio Pilato Iudeã: tetrarcha aũt Galileę Herode: Philippo autez fratre eius tetrarcha Iturę, ⁊ Traconitidis regionis: ⁊ Lysania Abilinę tetrarcha: sub principibus sacerdotũ Anna ⁊ Caipha: factũ est ṽbũ dñi super Joannẽ Zacharię filiuz, in deserto. Et venit in oẽm regionẽ Jordanis, prędicans baptismum pęnitẽtię in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonuz Isaię prophetę. Vox clamantis in deserto. Isa. 40 Parate viam Dñi: rectas facite semitas ei⁹. Oĩs vallis implebit, ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, ⁊ aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Credo in vnum.

Offert. Aue Maria: gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta. Luc. 1.

SAcrificijs pręsentibus, quęsumus domine, placatus intende', vt ⁊ deuotioni nostrę proficiant, ⁊ saluti. Per dominum nostrum.

Alias secretas, vt supra i prima Dominica. folio 2. Communio.

Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Postcõ. Isa. 7.

SVmptis muneribus, quęsumus domine: vt cum frequentatione mysterij, crescat nostrę salutis effectus. Per dominũ nostrum.

Alias postcommuniones, vt supra in prima Dominica. fol. 2.

¶ Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totum officiũ Missę fit de vigilia, cum commemoratione Dominicę.

IN VIGIL. NATIVITATIS Domini. Die 24.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.



Odie scietis q: veniet Dominus, ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriam eius. Ex. 16

Ps. Domini est terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarũ, ⁊ vniuersi qui habitant in eo. ℣. Gloria patri, ps. 23.

tri, & filio, & spiritui sancto.

Oratio.

Deus, qui nos redemptionis nostrę annua expectatione lętificas: presta: vt vnigenitum tuũ, quem redemptorem lęti suscipimus, veniẽtem quoq; iudicem securi videamus, dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum.

Et dicitur hęc Oratio tantum, nisi vigilia venerit in Dominica.

Lectio Epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

cap. 1. Fratres: Paulus seruus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, (quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis,) de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui pręclestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex Resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum, ad obediendũ fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis & vos vocati Jesu Christi Domini nostri. Graduale.

Ex. 16 Hodie scietis, quia veniet Dominus, & saluabit nos: & mane videbitis gloriam

ps. 79. eius. ℣. Qui regis Jsrael intende: qui deducis velut ouem Joseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.

Non dicitur Alleluia, cum sequenti Versu, nisi venerit hęc Vigilia in Dominica.

Alleluia, alleluia. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terrę: & regnabit super nos Saluator mundi, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.



In illo tempore: Cuz esset desponsata mater Jesu Maria, Joseph: antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius, cũ esset iustus, & nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eã. Hęc autẽ eo cogitante: ecce Angelus dñi in somnis apparuit ei, dicẽs. Joseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuã. Quod eniz in ea natũ est, de spiritu sancto est. Pariet autẽ filiũ, & vocabis nomen eius Jesum. Jpse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Offert. cap. 1.

Tollite portas principes vr̃as, & eleuamini ps. 23. portę ęternales: & introibit rex glię. Secr.

Da nobis, q̃s ops De⁹: vt sicut adorãda filij tui natalitia p̃uenimus: sic ei⁹ munera capiam⁹ sempiterna gaudẽtes. Qui tecũ. Commu.

Reuelabitur gloria dñi: & videbit omnis Jsa. 40 caro salutare Dei nostri. Postcommu.

Da nobis, q̃s, dñe, vnigeniti filij tui recensita Natiuitate respirare: cuius cęlesti mysterio pascimur, & potamur. Per eundẽ dñm nostrum Jesum Chr̃m filiũ tuũ: Qui tecũ viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia sęcula sęculoruz.

¶ Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa, non sumat purificationem, sed in tertia Missa.

IN

IN DIE NATIVITATIS DOMINI.

IN PRIMA Missa.



Statio ad Sanctam Mariam Maiorem ad Presepe. Introitus.

ps. 2. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie
ibidez. genui te. ps. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Oratio.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quesumus: vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoque gaudijs in celo perfruamur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus.

Lectio Epistole beati Pauli apostoli ad Titum.

Charissime: Apparuit gratia Dei cap. 2.
Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, & aduentum glorie magni Dei, & Saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hec loquere, & exhortare: in Christo Jesu domino nostro. Graduale.

Tecum principium in die virtutis tue: in ps. 109
splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domi- ibidez.
no meo: Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus di- ps. 2.
xit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore: Exijt edictum cap. 2.
a Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside Syrie Cyrino. Et ibant omnes,

omnes, vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Joseph a Galilęa de ciuitate Nazareth, in Judęam, in ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, pręgnante. Factum est autem: cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, angelus domini stetit iuxta illos: & claritas Dei circunfulsit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in Pręsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militię cęlestis, laudantium Deũ, & dicẽtium. Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Credo in vnum.

ps. 95. Offertorium. Lętentur cęli: & exultet terra ante faciem domini, quoniam venit.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, quęsumus, hodiernę festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hęc sacrosancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, &c.

Pręfatio.

Æterne Deus. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vsq; ad Epiphaniam. Infra actionem. Communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes. Et dr̃ quotidie vsq; ad octauam Natiuitatis tantum inclusiue, Sed in hac Missa tantum dicitur, noctem. deinceps vero diem.

Communio. In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. ps. 109.

Postcommunio.

Da nobis, quęsumus Domine Deus noster: vt qui Natiuitatem Domini nostri Jesu Christi mysterijs nos frequentare gaudemus: dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortiũ. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, &c.

¶ Debet Sacerdos ante quamlibet Missam confessionem dicere, & in fine cuiuslibet populo benedicere, & Euangeliũ sancti Joannis. In principio erat verbum legere. Post tertiam vero Missam loco prędicti euãgelij dicitur Euangelium. Cum natus esset Jesus. quod in die Epiphanię legitur. folio 15.

IN SECVNDA MISSA.

Statio ad sanctam Anastasiam.

Introitus.

Lux fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis dominus: & vocabitur admirabilis Deus, princeps pacis, pater futuri sęculi: cuius regni non erit finis. Isa. 9. Psalmus. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & pręcinxit se. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. ps. 92.

Oratio.

Da nobis, quęsumus, omnipotens Deus: vt qui noua incarnati

nati

nati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplẽdeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem.

¶ Deinde fit commemoratio de sancta Anastasia. Oremus.

Da, quęsumus omnipotẽs Deus: vt qui beatę Anastasię martyris tuę solẽnia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominũ nostrum Jesum Christum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

cap. 3. Charissime: Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Nõ ex operibus iustitię, quę fecimus nos: sed secundum suaz misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Jesum Christum Saluatorem nostrũ: vt iustificati grã ipsius, hęredes simus sm̃ spem vitę ęternę, in Christo Jesu dño nostro.

ps. 117 Graduale. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus, & illuxit nobis. ℣ A dño factum est istud: & est mirabile in

ps. 92. oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣ Dñs regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem, & pręcinxit se virtute. Allelu.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 2.



In illo tẽpore: Pastores loquebant adinuicem: Transeamus vsq3 Bethlehem: & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit dñs, & ostẽdit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerũt Mariam, & Joseph, & infantem positum in pręsepio. Videntes autez cognouerunt de verbo, qđ dictuz erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt: & de his, quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruabat omnia verba hęc, cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quę audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos. Credo. Offertorium.

Deus firmauit orbem terrę, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus, ex tunc, a sęculo tu es. ps 92. Secreta.

Munera nostra, q̃s dñe, Natiuitatis hodiernę mysterijs apta ꝓueniãt, & pacem nobis semper infundant: vt sicut homo genitus idem refulsit Deus, sic nobis hęc terrena substantia conferat quod diuinuz est. Per eundem dominum nostrum.

Pro sancta Anastasia. Oremus.

Accipe, quęsumus domine, munera dignanter oblata, & beatę Anastasię suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxilium prouenire cõcede. Per dominum nostrum.

Prefatio, & Communicantes: vt supra in prima Missa.

Commu. Exulta filia Sion, lauda filia Jerusalem: ecce rex tuus venit sanctus, & Saluator mundi. Zac. 9. Postcommunio.

Huius nos dñe, sacramenti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eundem.

Pro sancta Anastasia. Postcõmu.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus.

AD TERTIAM MISSAM.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

Isa. 9. Uer natus est nobis, ⁊ filiꝰ
datus est nobis: cuius impe
rium super humerum eiꝰ: ⁊
vocabitur nomē eius magni
ps. 97. consilij angelus, ps. Cāta
te domino canticum nouum: quia mirabi-
lia fecit. ℣ Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c Oro.

COncede, quesumus omnipo
tens Deus: vt nos vnigeniti
tui noua per carnem Natiuitas libe-
ret: quos sub peccati iugo vetusta ser
uitus tenet. Per eundem dominū.

Lcō eplę beati Pauli apl'i, ad Heb.

cap. 1. FRatres: Multifariam multisq̄
modis olim Deus loquēs pa-
tribus in prophetis: nouissime die-
bus istis locutus est nobis in filio,
quem constituit heredem vniuerso
rum: per quem fecit ⁊ secula. Qui,
cum sit splendor glorię, ⁊ figura sub
stantię eius, portansq; omnia verbo
virtutis suę: purgationem peccato-
rum faciens, sedet ad dexteram ma-
iestatis in excelsis: tāto melior ange-
lis effectus, quanto differentius prę
illis nomen hereditauit. Cui enim
ps. 2. dixit aliquando angelorum: Filius
meus es tu, ego hodie genui te? Et
Reg. 7 rursum. Ego ero illi in patrem, ⁊ ipse
erit mihi in filium? Et cum iterū in
troducit primogenitum in orbez ter-
ps. 96. rę, dicit. Et adorent eum omnes an-
geli Dei. Et ad angelos quidem di-
ps. 103 cit. Qui facit angelos suos spiritus:
⁊ ministros suos flāmam ignis. Ad
ps. 44 filium autem. Thronus tuus Deus
in seculum seculi: virga eq̄tatis, vir-
ga regni tui. Dilexisti iustitiā, ⁊ odi-
sti iniquitatem: propterea vnxit te

Deus, Deus tuꝰ oleo exultationis,
prę participibus tuis. Et Tu in prin ps. 102
cipio domine terraz fundasti: ⁊ ope-
ra manuum tuarum sunt celi. Ipsi
peribunt, tu autem permanebis: ⁊
omnes vt vestimentum veterascent.
Et velut amictum mutabis eos, ⁊
mutabuntur: tu autem idem ipse es,
⁊ anni tui non deficient. Graduale.
Uiderūt omnes fines terrę salutare Dei ps. 97.
nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣. No- ibidez
tum fecit dominus salutare suum: ante con
spectum gentium reuelauit iustitiam suam.
Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus
illuxit nobis: venite gētes, ⁊ adorate domi-
num: quia hodie descendit lux magna super
terram. Alleluia.



Initium sancti euangelij secundum Joannem.

IN principio erat verbuz: ⁊ ver- cap. 1.
buz erat apud Deum: ⁊ Deus
erat verbum. Hoc erat in principio
apud Deum. Omnia per ipsum fa-
cta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil.
Quod factum est, in ipso vita erat: ⁊
vita erat lux hominum: ⁊ lux in te-
nebris lucet: ⁊ tenebrę eam non cō-

prehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: τ mundus per ipsum factus est: τ mundus eum non cognouit. In propria venit: τ sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: τ habitauit in nobis (τ vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre) plenum gratię, τ veritatis. Credo.

Hic genuflectitur.

Offertorium.

ps. 88. Tui sunt cęli, τ tua est terra: orbem terrarum, τ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia τ iudicium preparatio sedis tuę.

Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem dominũ nostrũ Jesũ, τc. Prefatio. τ Communicantes. vt in Canone.

Communio.

ps. 97. Uiderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri.

Postcommunio.

PResta, quęsumus, omnipotens Deus: vt natus hodie saluator mũdi, sicut diuinę nobis generationis est auctor: ita τ immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit, τ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum.

IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTHOMARTYRIS.

Statio ad sanctum Stephanum in Cęlio monte. Introitus.

SEderũt principes, τ aduersũ me loquebantur: τ iniq persecuti sunt me: adiuua me domine Deus meus, qa seruus tuus exercebat in tuis iustificationibus. ps. Beati immaculati in via, qui ambulãt ĩ lege dñi. ℣. Glo. Oro. ps. 118 ps. 118

DA nobis, quęsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus τ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, q nouit etiã pro persecutoribus exorare dñm nrm Jesum Christũ filium tuũ. Qui tecũ.

Et fit commemora. de Natiuitate. Oratio. Concede. folio 9.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Stephanus plenus gratia τ fortitudine faciebat prodigia τ signa magna ĩ populo. Surrexerunt autem quidã de synagoga, quę appellabatur Libertinorum, τ Cyrenensium, τ Alexandrinorum, τ eorum qui erant a Cilicia τ Asia, disputãtes cũ Stephano: τ non poterant resistere sapiẽtię, τ spiritui, qui loquebatur. Audientes autem hęc, dissecabantur cordibus suis, τ stridebant dentibus in eum. Cũ autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cęlum, vidit gloriam Dei, τ Jesum stantem a dextris virtutis Dei, τ ait. Ecce video cęlos apertos: τ filium hominis stantẽ a dextris virtutis Dei. Exclamantes autẽ voce magna, continuerunt aures suas, τ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eũ extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua, se-
cap. 6.
cap. 7.

cus

cus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna dicentes. Dñe ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino.

ps. 118 Grad. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur, & iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiuua me domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Act. 7. Alleluia, alleluia. ℣. Uideo cęlos apertos, & Jesum stantem a dextris virtutis Dei, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ca. 23. 

In illo tépore: Dicebat Jesus turbis Judęorum, & Principibus sacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in sinagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: a sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zacharię filij Barachię, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia super generationem istam. Jerusalem Jerusalez, quę occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quéadmodum gallina cógregat pullos suos sub alas: & noluisti? Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini. Credo. Offertorium.

Elegerunt apostoli Stephanum leuitam, Act. 6.
plenum fide & spiritu sancto: quem lapida 7 8.
uerunt Judęi orantem & dicentem: domine Jesu suscipe spiritum meum, al. Secr.

Suscipe Domine munera, pro tuorum commemoratione sáctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum nostrum.

Pro Natiuitate Domini. Secret. Oblata domine munera. folio 10.

Communio.

Uideo celos apertos, & Jesum stantem Act. 7.
a dextris virtutis Dei: domine Jesu, suscipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum.

Postcommunio.

Auxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano prothomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro Natiuitate. Postcommunio. Presta, quęsumus. fol. 9.

In festo sancti Joannis Apostoli & Euangelistę. die 27.

Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

In medio Ecclesię aperuit eccl. 15
os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum. Ps. Bonum est ps 31
confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c.

Oratio.

Ecclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ꝛ euangelistę illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio de Nati. ꝛ de sancto Stephano, vt sup. fo.10.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 15 Qui timet Deum, faciet bona: ꝛ qui continens est iustitię, apprehendet illam: ꝛ obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitę, ꝛ intellectus: ꝛ aqua sapiētię salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo, ꝛ non flectetur: ꝛ continebit illum, ꝛ nō confundetur: ꝛ exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesię aperiet os eiꝰ: ꝛ implebit eum dominus spiritu sapientię ꝛ intellectus: ꝛ stolam glorię induet eum: Jucunditatē, ꝛ exultationem thesaurizabit super eum, ꝛ nomine ęterno hereditabit illum dn̄s

Jo.21. Deus noster. Graduale. Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: ꝛ non dixit Jesus, non moritur. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniā, tu me sequere. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: ꝛ scimus quia verum est testimonium eius, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij, secundum Joannem.

Ca. 21.



In illo tp̄e: Dixit Jesus Petro: sequere me. Conuersus Petrꝰ, vidit illū discipulū, quem diligebat Jesus, sequentē: qui ꝛ recubuit in cęna sup pectus eius, ꝛ dixit: Dn̄e, quis est, qui tradet te? Hūc ergo cū vidisset Petrus, dixit Jesu. Dn̄e, hic autē quid? Dicit ei Jesus. Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus, quia non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, q̄ testimoniū ꝑhibet de his: ꝛ scripsit hęc. Et scimus, quia verū est testimonium eius. Credo.

Offert. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, q̄ in Libano est, multiplicabit. ps. 91. Secr.

Suscipe domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimꝰ: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum.

Deinde fit commemo. de Natiuita. ꝛ de sancto Stephano, vt supra. folio 9. Communio.

Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: ꝛ non dixit Jesus, non moritur, sed sic eum volo manere, donec veniam. Jo. 21

Postcommunio.

Refecti cibo, potuq̄ cęlesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ꝛ precibus. Per dominum nostrū.

Deinde de Natiuitate, ꝛ de sancto Stephano, vt supra. fol.9.

IN FESTO SANCTORVM Innocentium.

Statio ad Sanctum Paulum.

Introitus.



Ex ore infantium Deus, ꝛ lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ps. 8. Ps. Domine, dominus noster: quam admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. ibidē. ℣. Gloria patri.

Non dicitur Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Ite missa est, nisi hoc festum vene-

venerit in Dñica, sed in octa. semper dicuntur. Oratio.

Deus, cuius hodierna die pconiũ innocentes martyres, non loquendo, sed moriendo ɔfessi sunt: oĩa in nobis vitiorũ mala mortifica: vt fidé tuá, quá lingua nr̃a loqtur, etiá moribus vita fateatur. Per dñz.

Deinde pro Nat. pro S. Stephano ptomarty. ⁊ p S. Joanne vt supra.

Lcõ libri Apocal. bti Joann. Apli.

cap. 14 In diebus illis: Uidi supra monté Sió agnũ stanté, ⁊ cũ eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomé ei⁹, ⁊ nomé patris eius scriptũ in frontib⁹ suis. Et audiui vocé de cęlo, táquá vocé aquaꝝ multarum: ⁊ táq̃ vocé tonitrui magni. Et vocé quá audiui, sicut citharedorũ, ci tharizátiũ in citharis suis. Et cantabát quasi canticũ nouũ ante sedez Dei, ⁊ ante quatuor aĩalia, ⁊ seniores. Et nemo poterat dicere cáticũ, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, q empti sunt de terra. Hi sũt q cũ mulieribus nó sunt coingnati: Uirgines enĩ sũt. Hi sequunť agnũ, quocũq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitię deo ⁊ agno: ⁊ ĩ ore ipsoꝝ non est inuentum médaciũ. Sine macula enĩ sũt ante thronũ Dei.

ps. 123 Grad. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus cõtritus est, ⁊ nos liberati sumus. Adiutorium nostrũ in noĩe Dñi, qui fecit cęlũ ⁊ terram,

ps. 112 Alleluia, alleluia. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini, alleluia.

Tract. subscript⁹ semper dr̃ pternisso Alleluia. nisi hoc festuz venerit in dñica. In octaua vero nunq̃ dicit.

ps. 78. Tractus. Effuderunt sanguiné sanctoꝝ velut aquá in circuitu Jerusalé. ℣. Et non erat qui sepeliret. ℣. Uindica dñe sanguiné sanctoꝝ tuoꝝ, qui effusus est sup terrá.

Sequentia scti euág. sm Mattheũ.



In illo tépore: Angelus dñi apparuit in somnis Joseph, dicés: Surge, ⁊ accipe puerũ ⁊ matrem eius, ⁊ fuge in Ægyptum: ⁊ esto ibi, vsq; dũ dicam tibi. cap. 2. Futurũ est enĩ, vt Herodes q̃rat puerũ ad pdendũ eũ: Qui ɔsurgés, accepit puerũ ⁊ matré eius nocte, ⁊ secessit in Ægyptũ. Et erat ibi vsq; ad obitũ Herodis: vt adimpleref qd̃ dictũ est a dño p pphetá dicenté: Ex Ægypto vocaui filium meũ. Tunc Herodes, videns qm̃ illusus esset a magis, irat⁹ est valde. Et mittés, occidit oẽs pueros q erát ĩ Bethlehé, ⁊ ĩ oĩbus finib⁹ eius, a bimatu ⁊ ĩfra, sm tépus qd̃ exquisierat a Magis: Tunc adimpletũ est qd̃ dictũ est p Jeremiá prophetá dicenté. Uox in Rama audita est, plorat⁹ ⁊ vlulat⁹ multus, Rachel plorans filios suos: ⁊ noluit consolari, quia non sunt. Credo. Offert. (Os. 11; ca. 31.)

ps. 123 Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus. Secreta.

Sanctorũ tuorũ dñe nobis pia non desit oratio: quę, ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam semp obtineat. Per dñm.

Deinde p Nat. pro S. Stephano, ⁊ pro S. Joanne vt su. Cõmunio.

Vox in Rama audita est, ploratus ⁊ v'ulatus mult⁹, Rachel plorás filios suos: ⁊ noluit consolari, quia non sunt. Postcom. Jer. 31

Votiua dñe dona pcepimus: que sanctorum nobis precibus, et presentis, quesumus, vite pariter et eterne, tribue conferre subsidium. Per.
Deinde pro Nat. pro S. Stephano et pro S. Joanne vt supra folio 16
¶ Si festum sancti Thome venerit in Dñica, transfertur in sequenté dié.

IN FESTO SANCTI Thome epi, et mart. Introitus.

ps. 32. 
Gaudeamus oés in dño, dié festũ celebrantes sub honore beati Thome martyris: de cui⁹ passione gaudét angeli, et collaudant filiũ Dei.
ibidem. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, pro cuius ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit: pręsta q̃s: vt oés, qui eius implorãt auxiliũ, petitionis sue salutaré ɔsequant effectũ. Per do.

Pro natiuitate Domini. Oremus.

Concede, q̃s oĩps Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano.

Da nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: qa eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Chr̃m filium.

Pro sancto Joanne.

Ecclesiã tuã dñe benignus illustra: vt bti Joannis apl̃i tui, et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus.

Deus, cuius hodierna die preconiũ Innocentes martyres non loquendo, sed moriẽdo confessi sunt: oĩa in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuã, quã lingua nostra loquitur, etiã morib⁹ vita fateat. Per do.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

Fratres: Oĩs põtifex ex hoĩbus assumptus, p hoĩbus ɔstituit in his q̃ sunt ad Deũ: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis: Qui ɔdolere possit his qui ignorãt et errant: qm̃ et ipse circũdatus est infirmitate. Et pterea debet, queadmodũ p populo, ita etiã p semetipso offerre p peccatis. Nec qsquã sumit sibi honoré: sed q vocat a Deo, tanquã Aaron. Sic et Chr̃s nõ semetipsum clarificauit, vt põtifex fieret: sed q locutus est ad eũ, Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie genui te. Queadmodũ et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in eternum, secundũ ordiné Melchisedech. Gradua.
cap. 5.
ps. 2.
ps. 109

Ecce sacerdos magn⁹, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legé excelsi. Alleluia, al. ℣. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee, Alleluia.
ecl. 44.
Jo. 10.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.



In illo tépore: Dixit Jes⁹ Phariseis: Ego sũ pastor bonus. Bon⁹ pastor aĩam suam dat p ouibus suis. Mercenarius auté, et q non est pastor, cui⁹ non sunt oues pprie, videt lupũ venientem, et dimittit oues et fugit: et lupus rapit, et dispgit oues, Mercenarius aũt fugit: qa merce-
ca. 10.

mercenarius est: et nõ ptinet ad eum
de ouibus. Ego sum pastor bonus, et
cognosco oues meas: et cognoscunt
me meę. Sicut nouit me pater, et e-
go agnosco patrem: et aiam meã po
no p ouibus meis. Et alias oues ha-
beo, quę non sunt ex hoc ouili: et illas
oportet me adducere: et vocẽ meã au
diẽt: et fiet vnũ ouile, et vnus past or.
ps 10. Credo. Offert. Posuisti dñe in capite
eius coronã de lapide pretioso: vitam petijt
a te, et tribuisti ei, alleluia. Secreta.

Munera tibi dñe dicata sanctifi-
ca: et intercedente btõ Thoma
martyre tuo atque pontifice: p eadẽ
nos placatus intende. Per dominũ.

Pro Natiuitate. Oremus.

Oblata domine munera, noua
vnigeniti tui Natiuitate sancti
fica: nosque a peccatorum nostro-
rum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munera pro
tuorũ cõmemoratione sctõrũ:
vt sicut illos passio gloriosos effecit:
ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Joanne.

Suscipe dñe munera, quę in ei⁹
tibi sollẽnitate deferimus: cui⁹
nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus.

Sanctorũ tuorũ nobis dñe pia
nõ desit oratio: quę et munera
nostra cõciliet, et tuam nobis indul-
gentiam semp obtineat. Per dñm.
Jo. 10. Communio. Ego sum pastor bonus,
et cognosco oues meas, et cognoscunt me
meę. Postcommunio.

Hæc nos cõmunio domine pur-
get a crimine: et intercedente
beato Thoma martyre tuo atque
põtifice: cęlestis remedij faciat esse
consortes. Per dominum nostrum.

Pro Natiuitate. Oremus.

Presta, quęsumus omnipotens
Deus: vt natus hodie salua-
tor mundi: sicut diuinę nobis gene-
rationis est auctor, ita et immorta-
litatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano.

Auxilientur nobis dñe sumpta
mysteria: et intercedente beato
Stephano protomartyre tuo, sem-
piterna protectione cõfirment.

Pro sancto Joanne.

Refecti cibo potuq; celesti, De⁹
noster: te supplices depcamur:
vt in cuius hęc cõmemoratione pce-
pimus, eius muniamur et precibus.

Pro Innocentibus.

Votiua domine dona percepi-
mus: quę sanctorũ nobis prę-
cib⁹, et presentis, quęsumus, vitę pa-
riter et ęternę tribue cõferre subsidiũ.
Per dominum nostrũ Jesũ Chri-
stum filium tuum: Qui tecum viuit
et regnat i vnitate spirit⁹ sancti de⁹:
per omnia sęcula sęculorum. Amen.

¶ Si festum Natiuitatis dñi, sancti
Stephani, sancti Joannis euange-
listę, et sctõrum Innocentium vene
rit in Dñica: ipsa die nihil fit de Do-
minica: sed die proximo post festum
sancti Thomę martyris dicitur mis-
sa de Dñica. Si autem festum sancti
Thome venerit in Dominica: dici-
tur Missa de Dominica cum com-
memoratione de alijs octauis, et fe-
stum sancti Thomę transfertur in se
cundam feriam. Si vero post festum
sancti Thomę fuerit sabbathum, ip-
sa die sabbathi dicitur missa de octa-
ua Natiuitatis cum cõmemoratio-
ne de alijs octauis. Et in die Sancti
Syluestri fit officium de festo cum
cõmem. de Dominica et de octauis.

MISA DE DOMINICA infra Octauam Natiuitatis Domini. Introitus.

Sa. 18 Dum medium silentiũ tenerent oia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet: ops sermo tu⁹ dñe de celis a regalibus sedibus venit. Ps.
ca: 92. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & precinxit se. ℣ Gloria patri, &c. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem dominum nost. Et fit conmemora. de octauis, quas habes in die sancti Thome episcopi & marty. vt su. folio. 11.

Lctõ epl'e bti Pauli apost. ad Gal.

Fratres: Quanto tẽpore heres
cap. 4. paruulus est, nihil differt a seruo, cũ sit dñs oĩum: sed sub tutoribus & actoribus est, vsq ad prefinitum tempus a patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factũ sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniã autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantez, abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & heres per Deum.

Gradu. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣.
ps. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia, alleluia.
ps. 92. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem, & precinxit se virtute, alleluia.

Sequentia sancti euãg. sm Lucam. cap. 2.



In illo tẽpore: Erãt Joseph, et Maria mater Jesu, mirãtes sup his q̃ dicebant de illo: Et bñdixit illis Simeon, & dixit ad Mariã mrẽz eius. Ecce positus est hic in ruinã & in resurrectionẽ multorum in Israel: & i signũ cui contradicet: & tuaz ipsius aiam pertrãsibit gladius: vt reuelent ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hec processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septẽ a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq ad annos octogintaquatuor, que non discedebat de tẽplo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte, ac die. Et hec ipsa hora superueniens, confitebat dño, & loquebat de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundũ legẽ dñi, reuersi sunt in Galileã in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autẽ crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Credo. Offertor.

Deus firmauit orbem terre, qui non cõmouebitur: parata sedes tua Deus, ex tunc a seculo tu es. ps. 16 Secreta.

Concede, quesumus oĩpotens Deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis pie deuotionis obtineat, & effectum beate perennitatis acqrat. Per do.

Cómemorationes secretas de octa- uis, habes in die sancti Thomę epi scopi ꝛ martyris, vt supra fol. 11.
Cōmunio. Tolle puerum ꝛ matrem eius, ꝛ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui q̃rebant animā pueri. Postcōi.
PEr huius domine operationez mysterij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum.
Postcommuniones pro commem. octauarum habes in Missa S. Thomę episcopi, ꝛ martyris. folio 11.

MISSA DE OCTAVA Natiuitatis Domini.

Introitus.

Isa. 9. Puer natus est nobis, ꝛ filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius: ꝛ vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Ps. Cā-
ps. 97. tate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.
COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dñm.
Commemorationes pro alijs octa. require sup. i missa S. Thomę. f. 12.
Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.
cap. 3 CArissime: Apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitię, quę fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: p lauacrum regenerationis, ꝛ renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hęredes simus, secundum spem, vitę ęternę. In Christo Iesu domino nostro.

Graduale.

Uiderūt omnes fines terrę salutare Dei ps. 97.
nostri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notuz fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam.
Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, ꝛ adorate dominum: quia hodie descendit lux magna super terram, Alleluia. Euangelium.
Pastores loquebantur ad inuicem. vt supra in secunda missa nat. d. f. 8. ꝛ dicitur Credo. Offertorium.
Tui sunt cęli, ꝛ tua est terra: orbem terra- ps. 88.
rum, ꝛ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia ꝛ iudiciū pręparatio sedis tuę. Secre.
OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem dominum nostrum.
Commemorationes pro alijs octauis require supra. f. 12. Cōmunio.
Uiderunt omnes fines terrę salutare Dei ps. 47.
nostri. Postcommunio.
PRęsta, q̃s ops Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ꝛ immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.
Commemorationes pro alijs octauis require vt supra. f. 12.
¶ Si festum sancti Syluestri in dominica venerit, dr missa de eo, ꝛ cōmemora. de Dñica, ꝛ de octauis.

IN DIE SANCTI Syluestri Papę, ꝛ confes. Intr.

SAcerdotes tui dñe induāt ps. 131 iustitiaz, ꝛ sancti tui exultēt: propter Dauid seruuz tuū, non auertas faciem Christi tui. Ps. Memento domine ibidez. Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius.

℣.

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.

Da, q̃s, op̃s Deus: vt bti Sylvestri ꝯfessoris tui atq; pontificis veneranda sollẽnitas ⁊ deuotionẽ nobis augeat, ⁊ salutẽ. Per dñz. Et fit cõ. de Nat. ⁊ alijs oct. vt sup.

Lcõ eplę bti Pauli apłi ad Timot.

2. ca. 4. Charissime: Testificor corã Deo ⁊ Christo Jesu, qui iudicaturus est viuos ⁊ mortuos, p aduentuz ipsius, ⁊ regnũ ei⁹. Prędica verbũ: insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia ⁊ doctrina. Erit enim tẽp⁹, cũ sanã doctrinã non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes aurib⁹: ⁊ a veritate qdez auditũ auertent, ad fabulas aũt ꝯuertent. Tu vero vigila, in oĩbus labora, opus fac euãgelistę, ministerium tuũ imple, sobrius esto. Ego enim iã delibor, ⁊ tẽp⁹ meę resolutionis instat. Bonũ certamen certaui: cursũ ꝯsummaui: fidẽ seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię: quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed ⁊

Eccl. 44. his qui diligunt aduentum eius. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi, qui ꝯseruaret legẽ excelsi. Al-

Ps. 88. leluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.



cap. 12. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri pręcincti, ⁊ lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit ⁊ pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget se, ⁊ faciet illos discumbere, ⁊ trãsiẽs ministrabit illis. Et si venerit ĩ secunda vigilia, ⁊ si ĩ tertia vigilia venerit, ⁊ ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, ⁊ non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet. Credo.

Offertorium.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. Ps. 88.

Secreta.

Sancti tui nos domine, quęsumus, vbique lętificent: vt, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula. Pro Natiuitate ⁊ alijs octauis require supra. folio. 12.

Communio.

Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Ma. 24.

Postcommunio.

Pręsta, quęsumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus⁹ gratias exhibentes, intercedẽte beato Syluestro confessore tuo, atq; põtifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum Jesum ⁊c. Pro Natiuita. ⁊ alijs octauis require postcommuniones supra. fol. 12.

IN

IN DIE CIRCVNCISIONIS Et in octaua Natiuitatis Domini.

Statio ad sanctam Mariam trans Tiberim. Introitus.

Isa. 9: PUer natus est nobis, ⁊ filiꝰ datus est nobis, cuiꝰ imperium super humerum eiꝰ: ⁊ vocabitur nomen eiꝰ magni consilij angelus. ps. Cãtate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

ps. 97.

DEus, qui salutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum.

Lctõ eplę beati Pauli aplĩ ad Titũ.

cap. 2. CArissime: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, ⁊ secularia desideria: sobrie, ⁊ iuste, ⁊ pie viuamus in hoc sęculo: expectantes beatam spem, ⁊ aduentum glorię magni Dei, ⁊ saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorẽ bonorum operum. Hec loquere, ⁊ exhortare: in Christo Jesu domino nostro. Graduale.

ps. 97. Viderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra.

℣. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Multifariam olim Deus loquens patribus, in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia.

Heb. 1

Sequentia sancti euang. sm Lucaz.



IN illo tẽpore. Postq̃ cõsũmati sunt dies octo, vt circuncideret puer: vocatũ est nomẽ eiꝰ Jesus. Quod vocatuz est ab angelo, priusquã in vtero conciperetur. Credo in vnum. Offertor. cap. 2

Tui sunt cęli, ⁊ tua est terra: orbem terrarum, ⁊ plenitudinem eiꝰ tu fundasti: iustitia ⁊ iudicium pręparatio sedis tuę. Secreta. ps. 88.

MUneribus nostris, q̃s dñe, pręcibusq̃ susceptis, ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per. Cõio. Viderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Postcõmunio. ps. 97

HÆc nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Per do.

Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officium de octaua: de Dominica vero nihil fit.

In octaua S. Stephani totũ offiñ Missę dr̃ sicut in die pręter orationẽ, quę sequitur. Et dicitur Credo. Orõ.

OMnipotens sempiterne Deꝰ, qui primitias martyrum in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue quęsumus: vt ꝓ nobis intercessor existat, qui pro suis etiã persecutoribus exorauit dominuz nostrũ. Et fit cõ. de s. Joann. ⁊ de Innocent.

In octaua sancti Joannis officiũ Missę dicitur sicut in festo eius. Et dicitur Credo. Prima Oratio de die, secunda de Innocentibus.

¶ In oct. sctõrum Inno. offiñ missę dr̃ sicut in die, addito Gloria in excelsis Deo, Alleluia ⁊ Ite Missa est. dicuntur, ⁊ non dicitur Credo.

¶ In

¶ In vigil. Epiphanię. Introit.

cap. 18 DUm medium silentiũ tenerẽt oia, ꝛ nox i suo cursu medriũ iter perageret: oipotẽs sermo tu⁹, dñe, de cęlis a regalib⁹ sedib⁹ venit. ps. Dñs

ps. 92. regnauit, decorẽ indut⁹ est: indutus est dñs fortitudinẽ, ꝛ pręcinxit se. ℣. Gloria. Orõ.

OMñs sẽpiterne Deus, dirige actus nostros i bñplacito tuo: vt i nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abũdare. Per eũdẽ. Scḋa orõ, dr̃ ḋ scã Maria. Deꝰ q sa. Tertia ɔtra psecutores eccl'. Ecclię. vel p papa. Deꝰ omniũ. vt ifra f. 16.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

cap. 4. FRatres: Quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omniuz: sed sub tutoribus ꝛ actoribus est, vsq; ad pfinitũ tempus a patre. Ita ꝛ nos cũ essemus paruuli, sub elemẽtis mundi huius eramus seruiẽtes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere, factũ sub lege: vt eos q sub lege erant, redimeret: vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: ꝛ hęres per Deum. Graduale.

ps. 44 Speciosus forma pręfilijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.

℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis.

ps. 92. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, ꝛ pręcinxit se virtute, Alleluia.

Sequẽtia scti euang. scdm Mattheũ.



cap. 2 IN illo tpe: Defũcto Herode, ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicẽs. Surge, ꝛ accipe puerũ, ꝛ matrẽ ei⁹, ꝛ vade in terrã Israel: Defuncti sũt eni, q qrebãt aiaz pueri: Qui ɔsurgẽs, accepit puerum, ꝛ matrẽ ei⁹: ꝛ venit in terrã Israel. Audiẽs aũt, qḋ Archelaus regnaret in Iudęa p Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonit⁹ in somnis, secessit in partes Galilęę. Et veniẽs, habitauit i ciuitate, q̃ vocať Nazareth: vt adimpleret qḋ dictũ est p prophętas: qm̃ Nazarẹus vocabitur. Offert.

Deus firmauit orbem terrę, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus, ex tunc, a seculo tu es. ps. 92. Secreta.

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum, ꝛ gratiam nobis pię deuotionis obtineat, ꝛ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dominum nostrum Iesum. ꝛc. Secunda secreta de sancta Maria. Muneribus. Tertia contra persecutores ecclesię. Protege. vel pro Papa. Oblatis vt infra. fol. 16.

Commu. Tolle puerum ꝛ matrẽ eius, matt. 2 ꝛ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri. Postco.

PEr huius domine operationẽ mysterij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum Iesuz, ꝛc. Secunda Postcõmunio de sancta Maria. Haec nos. Tertia contra persecutores ecclesię. Quęsumus. vel p papa. Haec nos. vt infra. f. 17.

In

IN EPIPHANIA Domini.

Statio ad sanctum Petrum. Intr.

mal. 3. 
Ecce aduenit dominator do minus: & regnũ in manu ei⁹, & potestas, & imperium. ps.
ps. 71. Deus iudicium tuũ regi da: & iustitiam tuam filio regis.
℣. Gloria patri, & filio, & spi. Oratio.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: cõcede ꝓpitius: vt, qui iam te ex fide cognouim⁹, vsque ad contemplandam speciez tuę celsitudinis perducamur. Per eundem.

Lectio Isaię prophetę.

cap. 6o SUrge, illuminare Jerusalem: quia venit lumẽ tuum, & gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebrę operiẽt terrã, & caligo populos. Super te autez orietur dñs: & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti cõgregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe veniẽt, & filię tuę de latere surgẽt. Tũc videbis, & afflues: & mirabitur, & dilatabit cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, Dromedarij Madian, & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem domino annunciantes.

Graduale.

Isa. 6o Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem domino annunciantes. ℣. Surge, & illuminare Jerusalem: quia gloria Domini super te orta est.
mat. 2. Alleluia, alleluia. ℣. Uidimus stellam eius in Oriente: & venimus cum muneribus adorare dominum, alleluia.



Sequentia sancti Euangelij, secundum Mattheum.

CUm natus esset Jesus in Bethlehem Judę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab Oriente venerũt Jerosolymã, dicentes. Ubi est, q nat⁹ est rex Judęorum? Uidim⁹ eñ stellã ei⁹ in Oriẽte, & venim⁹ adorare eũ. Audiẽs aũt Herodes Rex, turbatus est, & ois Jerosolyma cuz illo. Et ↄgregãs oẽs principes sacerdotũ, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Chřs nasceret. At illi dixerunt ei. In Bethlehem Judę. Sic eniz scriptũ est per ꝓphetã. Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquã minima es in principib⁹ Juda. Ex te eniz exiet dux: qui regat ppłm meum Jsrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligẽter didicit ab eis tempus stellę, quę apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regẽ, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsqꝫ dũ cap. 2.

ve-

veniens, staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum
Hic ge nufle- ctitur. Maria matre eius: Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera, aurum, thus, ⁊ myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo.

ps. 71. Offertorium. Reges Tharsis, ⁊ insulę munera offerent: reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eum omnes reges terrę, omnes gentes seruient ei.

Secreta.

Ecclesię tuę, quęsumus dñe, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, ⁊ myrrha pfertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, ⁊ sumitur. Per dominum nostrum.

Prefatio. Æterne Deus. Quia cum vnigenitus. Infra actionem. Communicantes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus, ⁊c. vt in prefationibus. Et dicuntur p octauam.

mat. 2. Communio. Vidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. Postcom.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt quę sollenni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per dñm.

Infra octauam Epiphanię fit idem officium, quod in die: ⁊ post orationem diei dicuntur orationes. Deus qui salutis ęterne. ⁊ Ecclesię tuę. vel pro Papa, vt infra. folio 16. De festis duplicibus, ⁊ semiduplicibus, quę infra octauam veniunt, nihil tunc agit, nisi in propria ecclesia sed pacta octaua celebrantur: de simplicibus autem fit tantum cõmemoratio. De Dominica infra octauam Epiphanię Missa dicitur, vt infra, Quod si festum Epiphan. in Dominica venerit, ipsa Missa Dominicę dicitur in Sabbatho, infra octauam, ⁊ in octa. Epiphan. nihil fit de Dominica.

DOMINICA infra octauã Epiphanię.

Introitus.

In excelso throno vidi seder virum, quem adorat multitudo angelorum psallentes in vnum: ecce cuius imperij nomen est in ęternum. Ps. Iubilate Deo omnis terra: seruite domino in lętitia. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Eccl. / ps. 99

Oratio.

Vota, quęsumus domine, supplicantis populi cęlesti pietate psequere: vt, ⁊ quę agẽda sũt videant, ⁊ adimplenda quę viderint, conualescant. Per dominum nost.

Pro cõmemo. Epiphanię. Oratio. Deus, qui hodierna vt supra. fo. 10.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: Obsecro vos p misericordiam Dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis, quę sit voluntas Dei bona, ⁊ beneplacens, ⁊ pfecta. Dico enim per gratiam Dei quę data est mihi: omnib[9] qui sunt inter vos. Non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ mẽbra cap. 12

bra

bra non eundem actum habent: ita multi vnũ corpus sum⁹ in Christo, singuli autem alter alterius membra, in Chro Iesu dño nro. Grad.
ps. 71. Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus a sęculo. ℣. Suscipiant montes pacem populo tuo: ⁊ colles iustitiam. Al. alleluia. ℣. Iubilate
ps. 99. Deo ois terra: seruite domino i lętitia, al. Sequentia sancti euãg. sm Lucam.

cap. 2.



CUm factus esset Iesus annoruz duodecim, ascendentibus illis Ierosolimam secundũ ɔsuetudinẽ diei festi, ɔsummatisq; diebus cuz redirent: remansit puer Iesus in Ierusalẽ, ⁊ non cognouerũt parẽtes eius: Existimãtes aũt illũ esse in comitatu, venerũt iter diei, ⁊ requirebant eum inter cognatos ⁊ notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eũ. Et factũ est: post triduum inuenerunt illũ in tẽplo sedentem in medio doctorum, audientem illos, ⁊ interrogantẽ. Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant, sup prudentia ⁊ responsis eius. Et uidentes admirati sunt: Et dixit mater ei⁹ ad illũ. Fili, qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes q̃rebamus te: Et ait ad illos. Quid est q me querebatis? Nesciebatis, quia in his q̃ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, ⁊ venit Nazareth: ⁊ erat subdit⁹ illis. Et mater eius cõseruabat oĩa verba hec ɔferẽs ĩ corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, ⁊ ętate, ⁊ grã apud Deum ⁊ homines. Credo.

Offerto. Iubilate Deo omnis terra: seruite dño in lętitia: intrate in conspectu eius in exultatione, qa dñs ipse est De⁹. Secr. ps. 99.

OBlatum tibi Domine sacrificium viuificet nos semp, ⁊ muniat. Per dominum nostrũ Iesum.

Pro Epiphania. Secreta.

Ecclesię tuę. vt supra. fol. 15.

Cõmu. Fili, quid fecisti nobis sic? ego ⁊ pater tuus dolẽtes q̃rebamus te. Et qd est, q me q̃rebatis nesciebatis qa in his, q̃ patris mei sunt, oportet me esse. Postc. Luc. 2.

SUpplices te rogamus oĩpotens De⁹: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis morib⁹ dignanter deseruire ɔcedas. Per.

Pro Epiphania. Postcõmunio.

Presta, quęsumus. vt supra. fol. 15.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ

Introitus.



ECce aduenit dominator dominus: ⁊ regnũ in manu ei⁹ ⁊ potestas, ⁊ imperiũ. ps. mal. 3.
Deus iudicium tuũ regi da, ps. 71.
⁊ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiri. Oratio.

DE⁹, cui⁹ vnigenitus in substantia nostrę carnis apparuit: psta q̃s: vt p eũ, quẽ similẽ nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecũ. Lcõ Isaię pphetę. Surge, illuminare vt sup. in die Epiphanię, fo. 15. Graduale.

Oẽs de Saba veniẽt, aurũ ⁊ th⁹ deferẽtes, Isa. 60.
⁊ laudẽ dño annũciãtes. ℣. Surge, ⁊ illuminare Ierusalem, quia gloria dñi super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Uidimus mat. 2.
stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum, Alleluia.

Sequen-

Sequentia sancti euāg. secūdum Ioannē.



cap. 1. IN illo tēpore. Vidit Ioannes Iesum venientē ad se, & ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in Israel: propterea veni ego in aqua baptizās. Et testimoniū perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem, quasi colūbam de cęlo, & mansit super eum. Et ego nesciebā eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritū descēdentē, & manentem super eū, hic est, qui baptizat in spiritu sctō. Et ego vidi, & testimoniū perhibui: quia hic est filius Dei. Credo.

ps. 71. Offert. Reges Tharsis, & Insulę munera offerēt: reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terrę, omnes gentes seruient ei. Secreta.

HOstias tibi dn̄e, pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum auctor est munerum: ita sit ipse misericors, & susceptor, Iesus Christus dominus noster. Qui tecū viu.

Cōio. Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cū muneribus adorare dn̄m. Postc.

CÆlesti lumine, quęsumus dn̄e, semper, & vbiq; nos preueni: vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu. Per dn̄m.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ vsq; ad Purificationē, nisi fuerit duplex. Secunda oratio dicitur de Sācta Maria, tertia cōtra persecutores Ecclesię, vel pro Papa, vt infra.

De sancta Maria Oratio.

DEus, qui salutis ęternę, beatę Marię virginitate fecunda, humano generi premia prestitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vitę suscipere, dn̄m nostrū Iesum Christū filium tuum.

Contra persecutores ecclesię. Orō.

ECclesię tuę, quęsumus dn̄e, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per do.

Vel pro Papa.

DEus omnium fideliū pastor & rector: famulū tuum. N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo & exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum. &c.

Secreta de sancta Maria.

MVneribus nostris, quęsumus domine, precibusq; susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi.

PRotege nos dn̄e tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostrum.

OBlatis, quęsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dn̄m nostrum.

Post-

Postcommunio de sancta Maria.

HÆc nos communio domine purget a crimine: et intercedente beata Dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Postcommunio.

QVesumus domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominũ nostrũ Jesum Christum.

Postcommunio.

HÆc nos, quesumus domine, diuini sacramenti pceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper et muniat. Per dominum.

¶ Si tẽpus breue fuerit ab octaua Epiphanie vsq3 ad Septuagesimã, ita q Dominicalia officia nõ possint expleri suis diebus, officia residuarũ Dominicarum, post secundam Dominicam post Epiphaniaz, eo anno omittuntur, et resumunt(quo ad orõnem, epistolã, et Euangeliũ dũtaxat) post vigesimã tertiam Dñicam post Pentecostẽ, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si dñica Septuagesime venerit sequenti Dominica post octauã epiphanie in precedenti Sabbatho, si non est impeditũ festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de dominica secunda post Epiphaniã, cum cõmemoratione festi simplicis in eo occurrentis. Si vero sabbathum fuerit impeditum festo duplici vel semiduplici, tũc prima die post octauã Epiphanie dicitur missa de secunda dominica, et festum duplex vel semiduplex transfertur in primam diem similiter festo non impeditam.

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. Introitus.



OMnis terra adoret te deus et psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo altissime. Ps. Jubilate Deo oĩs terra, psalmum dicite nomini ei⁹: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri, et filio. dicitur Gloria in excelsis. in Dominicis vsq3 ad Septuagesimam exclusiue, in ferialibus vero diebus quando resumitur Missa de dominica pterita non dicitur. Quod seruatur etiam post Pentecosten. Oratio. — p. 65. / ibidẽ.

OMnipotens sẽpiterne Deus, qui celestia simul, et terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, et pacẽ tuã nostris cõcede tẽporib⁹. Per. de S. Maria oratio. Deus, qui salutis. folio 16. Ecclẽ, vel Deus oĩum. vt su. f. 16.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

FRatres: Habentes donationes, secundum gratiam, que data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationẽ fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: q exhortatur in exhortãdo: qui tribuit in simplicitate: q pest ĩ solicitudine: qui miseret in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odiẽtes malũ: adherentes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes: honore inuicẽ puenientes. Solicitudine nõ pigri: spiritu feruentes: dño seruientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatẽ sectãtes. Benedicite psequentibus vos: bñdicite, et nolite maledicere. Gaudete cũ gaudentibus: flete cum flẽtib⁹. Idipsum — ca. 12.

invicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus cōsentiētes. Grad. ps. 106 Misit dñs verbum suū, & sanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur dño misericordię eius, & mirabilia eius filijs ps. 148 hominum. Alleluia all'a. ℣. Laudate dñm oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes ei⁹, all'a. ¶ Sic dr̄ all'a. cum ℣sic. post gradua. le ab octa. Epiphanię vsque ad Septuagesimā, & ab octaua Penteco. vsq ad Aduen. etiā infra hebdomadā, qñ resumit Missa de Dominica. Sequentia sancti euang. sm Joānē.

cap. 1. In illo tēpore: Nuptię factę sunt in Cana Galilęę: & erat mater Jesu ibi.



Vocat⁹ est autem Jesus, & discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mr̄ Jesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondū venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant aūt ibi lapideę hydrię sex positę scd̄m purificationem iudęorum: capientes singulę metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Ut aūt gustauit architriclinus aquam vinū factā, & non sciebat vnde esset: ministri aūt sciebant, q hauserāt aquam. Vocat sponsum architriclin⁹, & dicit ei. Omnis homo, primum, bonū vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id qđ deteri⁹ est. Tu aūt seruasti bonū vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilęę, & manifestauit gloriam suam: Et crediderunt in eum discipuli eius. Credo in vnum Deum. &c.

Offertorium. Iubilate Deo vniuersa ps. 65. terra: psalmum dicite nomini eius: venite & audite: & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animę meę, alleluia. Secreta.

Oblata dñe munera sanctifica, nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum Jesum Christum &c. Oratio. Muneribus nostris, vel Protege. vel Oblatis. folio. 16.

Communio.

Dicit dominus, implete hydrias aqua, & Joā. 2. ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso: Seruasti bonum vinum vsque adhuc: hoc signum fecit Jesus primum coram discipulis suis. Postcommunio.

Augeatur in nobis, quęsumus Domine, tuę virtutis operatio: vt, diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capiēda, tuo munere preparemur. Per dominum. Oremus. Hęc nos communio. vel Quęsumus. vel Hęc nos. folio. 17.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam.

Introitus.

Adorate Deum omnes angeli eius: audiuit, & lętata est ps. 96. Sion: & exultauerūt filię Judę. ps. Dominus regnauit, ibidem exultet terra: lętentur insulę multę. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atq ad protegendū nos dexteram

terrā tuę maiestatis extēde. Per do.
Aliæ orōnes. Deus q salu. vt su. 14.
Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Ro.12. FRatres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malū pro malo reddentes: Prouidentes bona, non tātum coram Deo, sed etiam coram oībus hoībus. Si fieri potest. qđ ex vobis est, cum omnibus hoibus, pacē habentes. Non vosmet ipsos defendentes, carissimi: sed date locum irę. Scriptū est enim: Mihi vindictam, ⁊ ego retribuā, dicit dn̄s. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potū da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malū. Graduale.

Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ oēs reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniā
ps.101 ędificauit Dn̄s Sion, ⁊ videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. ℣. Dn̄s regnauit exultet terra: lętent īsulę multę, al.
Sequentia sc̄ti euāg. s̄m Mattheū.

cap. 8



IN illo tē pore: Cū descēdisset Jesus de monte, secutę sunt eū turbę multę. Et ecce leprosus veniēs adorabat eum, dicens. Dn̄e, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Jesus, tetigit eū, dicens. Volo. Mundare. Et ↄfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: ⁊ offer munus, quod pręcepit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, ⁊ curabo eū. Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: ⁊ dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ seruo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Jesus, miratus est, ⁊ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel: Dico autem vobis, quod multi ab oriente ⁊ occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac, ⁊ Jacob, in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ stridor dētium. Et dixit Jesus Centurioni. Vade, ⁊ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.
Credo. Offertorium.
Dextera dn̄i fecit v̄tutē, dextera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i ifecit virtutē: nō moriar, sed viuā: ⁊ narrabo opa dn̄i. ps.117 Secreta.

HÆc hostia, q̄s dn̄e, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq̄ꝫ sanctificet. Per dominum.
Alias secretas. Muneribus nostris. vt supra. folio. 16.
Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Luc.4.

Postcommunio.

QUos tantis, Domine, largiris vti mysterijs: quęsumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominum nostrū.

Alias postcommu. Hec nos communio. &c. vt supra. folio. 17.

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam.

Introitus.

ps. 96. 
Adorate Deũ omnes angeli eius: audiuit, & letata est Sion: & exultauerũt filie Jude. ps. Dñs regnauit, exultet terra: letentur insule mul-
ibidem. te. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea, que pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per dominum nostrum Jesum.

De Sancta Maria Oratio. Deus, qui salutis &c.

Contra persecutores ecclesie Oratio. Ecclesie. folio. 16.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

ca. 13. FRatres: Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Graduale.

ps. 10. Timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terre gloriam tuã. ℣. Quoniam edificauit dominus Sion: & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia.
ps. 96. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: letentur insule multe. Alleluia.

Sequentia sci euãg. ßm Mattheũ.



IN illo tẽpore: Ascendente Jesu ĩ nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius. Et ecce, mot⁹ magn⁹ factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgẽs imperauit ventis, & mari: & facta est trãquillitas magna. Porro hoĩes mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Credo &c. cap. 8.

Offert. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera domini. ps. 117

Secreta.

COncede, q̃s oĩs Deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per do.

De scã Maria cũ alijs, q̃re sup. f. 16.

Cõmun. Mirabantur omnes de his, q̃ procedebant de ore Dei. Luc 4.

Postcommu.

MUnera tua nos deus a delectationib⁹ terrenis expediãt: & celestibus semp instaurent alimẽtis. Per.

De scã Maria cũ alijs, q̃re sup. f. 16.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam. Introitus.


Adorate Deũ oẽs angeli eius: ps. 96.
audiuit, & letata est Siõ: & exultauerũt filie Jude. ps. Dñs re ibidem.
gnauit, exultet terra: letẽt insule mul-

lę multę. ℣. Gloria patri. Oratio.
Familiam tuã, q̃s dñe, cõtinua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper ꝓtectione muniatur. Per dominum.
Post festum Purificationis dicitur secunda oratio ad poscenda suffragia sanctorum. A cunctis. Tertia oõ dr̃ ad libitum Sacerdotis.
Lctõ eplę bti Pauli aplĩ ad Coloss.
cap. 3. Fratres: Induite vos, sicut electi Dei sancti, ꝛ dilecti, viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, ꝛ donantes vobisimet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut ꝛ dñs donauit vobis: ita ꝛ vos. Super omnia autẽ hęc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet ĩ cordib⁹ vestris: in qua ꝛ vocati estis in vno corpore: ꝛ grati estote. Verbũ Christi habitet in vobis abundãter, in omni sapientia. Docentes, ꝛ cõmonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, ꝛ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris dño. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere: oĩa in noĩe dñi nr̃i Jesu Chr̃i facite, gr̃as agentes deo, ꝛ patri, per Jesum Chr̃m dñm nr̃m. Grad.
ps. 101 Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe, ꝛ oẽs reges terrę glĩaꝫ tuã. ℣. Qm̃ ędificauit dñs Siõ, ꝛ videbit ĩ maiestate sua. Allel. all'. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: lętẽt ĩsulę multę, all'e.
Sequẽtia sãcti Euãg. ẜm Matthęũ.
cap. 13 In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolaꝫ hanc. Simile factum est regnum cęlorum, homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum aũt dormirent homines, venit inimicus eius, ꝛ superseminauit zizania in medio tritici, ꝛ abijt. Cũ aũt creuisset herba, ꝛ fructum fecisset: tũc apparuerũt ꝛ zizania. Accedẽtes autẽ serui patrisfamilias, dixerũt ei. Dñe, nõne bonũ semẽ seminasti ĩ agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerũt ei. Uis imus, ꝛ colligim⁹ ea? Et ait. Nõ: ne forte colligentes zizania, eradicetis cũ eis simul ꝛ triticũ. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ꝛ in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania, ꝛ alligate ea in fasciculos ad cõburendum: triticuꝫ aũt cõgregate in horreũ meũ. Cre.
Offert. Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam ꝛ narrabo opera Domini. ps. 117
Secreta.
Hostias tibi dñe placationis offerim⁹: vt ꝛ delicta nr̃a miseratus absoluas, ꝛ nutãtia corda tu dirigas. Per d. Scđa secr. Exaudi. fol. 20.
Cõmu. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Luc. 4
Postcommu.
Quęsumus omnipotens De⁹: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per dominum.
Alia postcommu. M fol. 20.

DOMINICA SEXTA post Epiphan. Introitus.

Adorate Deũ omnes angeli ei⁹: audiuit, ꝛ lętata est Siõ: ꝛ exultauerũt filię Judę. ps. 96. Ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę. ibideꝫ
℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛc. Oratio.
Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt semper rationabilia meditantes, quę tibi sunt placita, ꝛ dictis exequamur, ꝛ factis Per domi.
Secunda oratio. A cunctis. fol. 20.
Tertia ad libitum Sacerdotis.

Lcō epl'ę btī Pauli apl'i ad Thessa.

1. ca. 1 FRatres: Gratias agimus Deo semper pro oib⁹ vobis: memoriaȝ vestri faciētes in orationibus nostris sine intermissione, memores opis fidei vestrę, ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ sustinētię spei domini nr̄i Jesu Christi, ante deum, ⁊ patrem nostrum. Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram: q꞉ euangeliū nostrū non fuit ad vos in sermone tantū, sed ⁊ in virtute, ⁊ in spū sancto, ⁊ in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, ⁊ domini: excipiētes, verbū in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma oibus credentibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: nō solum in Macedonia ⁊ in Achaia: sed ⁊ in omni loco fides vestra, q̄ est ad deū, ꝑfecta est: ita vt nō sit nobis necesse q̄cquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant, qualem introituȝ habuerimus ad vos: ⁊ quomodo ꝯuersi estis ad deū a simulacris, seruire deo viuo, ⁊ vero: ⁊ expectare filium eius de cęlis (quē suscitauit ex mortuis) Jesuȝ qui eripuit nos ab ira ventura.

ps. 101 Grad. Timebūt gentes nomē tuū dn̄e, ⁊ oēs reges terrę glīaȝ tuā. ℣. Qm̄ ędificauit dn̄s Sion, ⁊ videbitur in maiestate sua.

ps. 96. Allel. all. ℣. Dn̄s regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę. Alleluia.

Sequentia scti euang. ꝫm Mattheū.

ca. 13. IN illo tpe: Dixit Jesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum cęlorum grano sinapis, quod accipiēs homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, ⁊ fit arbor: ita vt volucres cęli veniant, ⁊ habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cęlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermentatum est totum. Hęc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, ⁊ sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi. Credo.

Offert. Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, ⁊ narrabo opera domini. ps. 117

Secreta.

HÆc nos oblatio Deus mundet, quęsumus, ⁊ renouet, gubernet, ⁊ protegat. Per. Communio.

Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Luc. 4.

Postcommunio.

CÆlestibus domine pasti delicijs, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamus. Per dominum nostrum.

Alia postc. Mūdet. Tertia ad libitū.

DOMINICA in Septuagesima.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.



CIrcundederunt me gemit⁹ mortis: dolores inferni circūdederūt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dominū ⁊ exaudiuit de templo sācto suo vocem meam. ps. 17.

Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentū meū, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ibidē.

Gloria patri. Non dicitur. Gloria in excelsis, a Dominica Septuagesimę, vsque ad Pascha, exceptis Feria quinta in cęna Domini, ⁊ Sabbato

to sancto, et quando dicitur Missa de aliquo festo. Oratio.

PReces populi tui, quęsumus domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum.

¶ Si Dñica Septuagesimę venerit ante festũ Purifica. vel in ipsa die, secunda, et tertia oratio dicantur, vt su. Si aũt venerit post, dicat secũda oratio ad poscenda suffragia sctõr. Orõ.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis, et corporis defende periculis: et intercedente beata, et gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cũ btis apl'is tuis Petro et Paulo, atq; btõ N. et oibus sctis, salutẽ nobis tribue benign⁹ et pacẽ: vt destructis aduersitatib⁹ et erroribus vniuersis, eccl'ia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia orõ dr ad libitũ sacerdotis. Sic dr secunda et tertia orõ a festo Purific. vsq; ad feriã quartã Cinerũ exclusiue, quãdo nõ est duplex: nisi dominica septuage. venerit ante festũ Purific. vel in ipsa die Purific. q2 tunc dicunt orõnes sicut in dominica secũda post Epipha. de sancta Maria, et cõtra persecutores ecclesię: vel pro Papa. Simili modo fiat in Sexagesima, et Quinquagesi. Lcõ ep'lę bti Pauli apl'i ad Corint.

cap. 9. FRatres: Nescitis quod hi qui i stadio currũt, oẽs quidẽ currũt: sed vnus accipit brauiũ? Sic currite, vt cõprehẽdãs. Ois aũt q in agone cõtẽdit, ab oibus se abstinet. Et illi q̃dẽ, vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos aũt incorruptã. Ego igit̃ sic curro, nõ quasi in incertũ: sic pugno, non quasi aerẽ verberãs: sed castigo corp⁹ meũ, et in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs p̃dicauerim, ipse reprob⁹ efficiar. Nolo eni vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri oẽs sub nube fuerunt, et oẽs mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, et in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: et oẽs eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra: Petra autẽ erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Gradu.

Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperẽt in te, qui nouerũt te: qm̃ nõ derelinquis quęrẽtes te dñe. ℣. Qm̃ nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in ęternum: exurge domine, non pręualeat homo. Tractus. ps. 9.

De pfundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocẽ meã. ℣. Fiant aures tuę intendẽtes in orationẽ serui tui. ℣. Si iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe q̃s sustinebit? ℣. Q2 apud te ppitiatio est, et pp legẽ tuã sustinui te dñe. ps. 129

¶ A Septuagesima vsq; ad feriam quartam Cinerum, Tractus dicitur tantũ in Dñicis et festis: in ferijs autẽ quando repetitur Missa de Dominica nõ dicitur, sed tantum Graduale.

Sequẽtia sancti Euangelij, secundum Mattheum.



IN illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum celorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suã. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, et dixit illis, Ite et vos in vineam meã: cap. 2

7 quod iustum fuerit, dabo vobis. Il li autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam, 7 nonam horaz: 7 fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt, 7 inuenit alios stātes, 7 dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis. Ite 7 vos in vineā meā. Cū sero aūt factū esset, dicit dñs vineę ꝓcuratori suo. Uoca operarios, 7 redde illis mercedem, incipiens a nouissimis, vsq3 ad primos. Cū venissent ergo q circa vndecimā horā venerant, acceperunt singulos denarios. Ueniētes aūt 7 primi, arbitrati sunt, qđ plꝰ essēt accepturi: acceperūt aūt 7 ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrēfamilias, dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: 7 pares illos nobis fecisti, qui portauimꝰ pondus diei, 7 ęstus? At ille rñdēs, vni eoꝝ dixit. Amice, non facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecū? tolle qđ tuū est, 7 vade. Uolo aūt 7 huic nouissimo dare, sicut 7 tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculꝰ tuꝰ nequā est, qa ego bonꝰ su3? Sic erūt nouissimi primi, 7 primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Cre.

ps. 91 Offert. Bonum est confiteri dño, 7 psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribus nostris, q̄sumus dñe, ꝑcibusq3 susceptis: 7 cęlestibus nos munda mysterijs, 7 clementer exaudi. Per dominum. Alia secreta.

Exaudi nos Deꝰ salutaris nr̄: vt ꝑ huius sacramēti virtutē, a cunctis nos mētis, 7 corpis hostibꝰ tuearis, gratiā tribuēs in pręsenti, 7 gloriā in futuro. Tertia ad libitum. Cōio.

ps. 30 Illumina faciem tuam super seruū tuum, 7 saluum me fac in tua mia: dñe non confundar, quoniam inuocaui te. Postcom.

Fideles tui Deꝰ ꝑ tua dona firmentur: vt eadē 7 ꝑcipiēdo regrāt, 7 quęrēdo sine fine percipiant. Per.

Gaudet, 7 mūiat nos, Alia postc.

Qs dñe, diuini sacramēti munus oblatum: 7 intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apl'is tuis Petro, 7 Paulo, atque beato N. 7 oībus sanctis: a cunctis nos reddat 7 peruersitatibus expiatos, 7 aduersitatibus expeditos.

Tertia ad libitum. Dicitur Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

DOMINICA in Sexagesima.

Statio ad sanctum Paulum. Intro.

Exurge, quar̄ obdormis dñe? exurge, 7 ne repellas in finē: quare faciē tuā auertis? obliuisceris tribulationē nostrā: adhęsit in terra venter nr̄: exurge dñe, adiuua nos, 7 libera nos. Ps. ps. 43 ibidē.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̄i ānnūciauerunt nobis. ℣. Glor. Oro.

Deus, qui cōspicis, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius: vt contra aduersa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum.

Secunda oratio. A cunctis. vt supra in Dominica Septuagesimę. Tertia ad libitum sacerdotis.

Lectio eplę bti Pau. apl'i ad Corin.

Fratres: Libenter suffertis insipientes, cu3 sitis ipsi sapiētes. 2. co. 11 7 12.

Sustinetis eni3, siqs vos in seruitutē redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimꝰ in hac parte. In quo qs audet (in insipientia dico) audeo 7 ego. Hebręi sunt, 7 ego.

Israelitę sunt, ⁊ ego. Semen Abra-
hę sunt: ⁊ ego. Ministri Christi sunt,
⁊ ego: vt minus sapiens dico, plus
ego. In laboribus plurimis, in carce
ribus abundantius, in plagis supra
modū: in mortibus frequenter. A Iu
dęis quinquies quadragenas vna mi
nus accepi. Ter virgis cęsus sum, se-
mel lapidatus sum, ter naufragiū feci,
nocte ⁊ die in profundo maris fui. In
itineribus sępe, periculis fluminum,
periculis latronum, periculis ex ge-
nere, periculis ex gentibus, periculis
in ciuitate, periculis in solitudine, pe-
riculis in mari, periculis in falsis fra-
tribus. In labore ⁊ ęrumna: in vigilijs
multis: in fame ⁊ siti: in ieiunijs mul-
tis: in frigore ⁊ nuditate. Pręter illa,
quę extrinsec⁹ sunt: instātia mea quo-
tidiana, solicitudo omniuꝫ ecclesiaruꝫ.
Quis infirmatur, ⁊ ego nō infirmor?
Quis scandalizatur, ⁊ ego non vror?
Si gloriari oportet: quę infirmitatis
meę sunt, gloriabor. Deus, ⁊ pr̄ dn̄i
nostri Iesu Christi, qui est benedict⁹
in sęcula, scit ꝙ non mentior. Dama-
sci prępositus gentis Aretę regis, cu-
stodiebat ciuitatem Damascenoruꝫ,
vt me comprehēderet: ⁊ per fenestrā
in sporta demissus sum per murum: ⁊
sic effugi manus ei⁹. Si gloriari opor-
tet, non expedit quidem. Ueniam au-
tem ad visiones, ⁊ reuelationes dn̄i.
Scio hominē in Christo ante annos
quatuordecim, siue in corpore, siue ex
tra corpus, nescio, Deus scit: raptuꝫ
huiusmodi vsqꝫ ad tertium cęlum. Et
scio huiusmodi hominem, siue in cor-
pore, siue extra corpus, nescio, Deus
scit: quoniaꝫ raptus est in paradisuꝫ:
⁊ audiuit arcana verba, quę non li-
cet homini loqui. Pro huiusmodi
gloriabor: per me autem nihil gloria
bor, nisi in infirmitatibus meis. Nā
⁊ si voluero gloriari, non ero insipiēs.
Ueritatem enim dicam. Parco au-
tem: ne quis me existimet supra id qđ
videt in me, aut audit aliquid ex me.
Et ne magnitudo reuelationum ex-
tollat me, datus est mihi stimul⁹ car-
nis meę angelus satanę, qui me cola-
phizet. Propter quod ter dn̄m roga
ui, vt discederet a me: ⁊ dixit mihi.
Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus
in infirmitate perficitur. Libenter igi
tur gloriabor in infirmitatibus meis:
vt inhabitet in me virtus Christi.

Grad. Sciant gentes, quoniam nomen ps. 82.
tibi Deus: tu solus altissimus super oēm
terram. ℣. Deus meus pone illos vt ro-
tam, ⁊ sicut stipulam ante faciem venti.

Tract. Commouisti dn̄e terram, ⁊ con- ps. 59.
turbasti eam. ℣. Sana contritiones eius,
quia mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus:
vt liberentur dilecti tui.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Lucaꝫ.



In illo tempore. cap. 8
Cum turba plu
rima conueniret, ⁊ de
ciuitatibus propera-
rent ad Iesum, dixit
per similitudinem.
Exijt, qui seminat se
minare semen suum.
Et dum seminat, aliud cecidit secus
viam, ⁊ conculcatum est, ⁊ volucres
cęli comederunt illud. Et aliud ceci-
dit supra petram, ⁊ natum aruit, ꝙa
non habebat humorem. Et aliud ce
cidit inter spinas, ⁊ simul exortę spi-
nę suffocauerunt illud. Et aliud ceci-
dit in terrā bonam: ⁊ ortum fecit fru-
ctum centuplum. Hęc dicens, cla-
mabat. Qui habet aures audiendi,
audiat. Interrogabant autem eum
discipuli eius, quę esset hęc parabola.

Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ceteris autem in parabolis: vt videntes non videant, ⁊ audientes non intelligant. Est aũt hec parabola. Semẽ est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, ⁊ tollit verbum de corde eoꝝ, ne credentes salui fiant. Nam, quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: qa ad tempus credunt, ⁊ in tempore tẽtationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, ⁊ a solicitudinibus, ⁊ diuitijs, ⁊ voluptatibus vite, euntes, suffocantur, ⁊ non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi sunt, qui in corde bono ⁊ optimo, audientes, verbum retinent, ⁊ fructum afferunt in patientia. Offertorium.

ps. 16 Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Oblatũ tibi domine sacrificium viuificet nos semper ⁊ muniat. Per dominum nostrum Jesum, ⁊c. Alia secreta, vt in dominica septuagesime. folio 20. Communio.

cã. 42. Introibo ad altare Dei, ad Deum qui letificat iuuentutem meam.

Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt quos tuis refectis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dominum nostrum Jesum Christum, ⁊c. Alia postcommunio, vt in Dominica Septuagesime. folio 20.

DOMINICA Quinquagesime.

Statio ad sanctum Petrum. Jtroit.



Esto mihi in Deũ protectorem, ⁊ in locũ refugij, vt saluũ me facias: qm̃ firmamẽtum meũ, ⁊ refugiũ meũ es tu: ⁊ propter nomen tuũ dux mihi eris, ⁊ enutries me. ps. In te dñe sperauit, non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Gloria patri, ⁊ filio. Oro. ibidem.

Preces nostras, quesumꝰ domine, clementer exaudi: atqꝫ a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per do. Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio. A cunctis nos. vt in Dominica Septuagesime. folio 20. Lctõ eplẽ btĩ Pauli aplĩ ad Corin.

Fratres: Si linguis hoĩum loquar ⁊ Angelorum: charitatẽ autem non habeã: factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniẽs. Et si habuero prophetiam, ⁊ nouerim mysteria omnia, ⁊ omnem scientiã: ⁊ si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatẽ aũt non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: ⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas nõ emulatur, non agit perperam: nõ inflatur: non est ambitiosa: non querit, que sua sunt: non irritatur: non cogitat malũ: nõ gaudet super iniquitate, congaudet autẽ veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetie euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimꝰ, ca. 13

⁊ ex

ꝛ ex parte prophetamus. Cum autē venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui quę erant paruuli. Uidemus nunc ꝑ speculum in ęnigmate: tunc autē facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tūc autem cognoscā, sicut ꝛ cognitus sum. Nunc autē manent fides, spes, charitas, tria hęc: maior autē hor est charitas. Gradu.

ps. 6. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notā fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum filios Israel, ꝛ Joseph. Tractus.

ps. 99 Jubilate Deo oīs terra: seruite dn̄o in lętitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote quod dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos, ꝛ non ipsi nos: Nos aūt populus eius, ꝛ oues pascuę eius.

Sequentia sancti euang. ſm Lucam.

ca. 18. 

IN illo tēpore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto: ꝛ ait illis. Ecce ascendim⁹ Jerosolymam, ꝛ ꝯsummabunt oīa quę scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim Gentibus, ꝛ illudetur, ꝛ flagellabit, ꝛ conspuet. Et postquam flagellauerint, occidēt eū: ꝛ die tertia resurget. Et ipsi nihil hor intellexerūt. Erat autē verbum istud absconditum ab eis: ꝛ non intelligebant quę dicebantur. Factum est autē, cum appropinquaret Jericho: cęcus quidam sedebat secus viā, mendicans. Et cum audiret turbam ꝑtereuntem, interrogabat qd hoc esset. Dixerunt aūt ei, quod Jesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit dicens. Jesu fili Dauid, miserere mei. Et qui pręibant, increpabant eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Jesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et dixit illi Jesus. Respice. Fides tua te saluū fecit. Et confestim vidit, ꝛ sequebatur illū magnificans Deum. Et oīs plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Credo in vnum. Offertorium.

Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. ps 118.

Secreta.

HÆc hostia, quęsumus dn̄e, emūdet nostra delicta: ꝛ ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per.

Alia secreta. Exaudi nos de⁹. vt sup. in dominica septuagesimę. folio. 20.

Cōio. Manducauerunt, ꝛ saturati sunt nimis, ꝛ desiderium eorum attulit eis dn̄s: nō sunt fraudati a desiderio suo. Postcō. ps 77

QUęsumus oꝑs Deus: vt q cęlestia alimenta percepimus: ꝑ hęc contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

Alia postcommun. Mundet. vt sup. in Dominica septuagesimę. fol. 20.

FERIA QVARTA Cinerum.

Ante Missam benedicuntur Cineres facti de ramis Oliuę benedictis preteriti anni, hoc modo.

Primo cātat Antiph.

EXaudi nos domine: qm̄ benigna est misericordia tua: ꝛ secundum multitudinē miserationum tuarū respice nos domine: ps 68.

ibidē. dñe. ps. Saluū me fac deus: quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. ℣. Gloria patri. Exaudi nos domine.

Deinde dicitur. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: parce penitentibus, propitiare supplicantibus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui bene ✠ dicat, & sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorantibus, ac semetipsos pro cōscientia delictorum suorum accusantibus: atque ante conspectū diuinę clementię tuę facinora sua deplorantibus: vel serenissimā pietatē tuam suppliciter, obnixeꝗ flagitantibus: & pręsta per inuocationē sanctissimi nominis tui: vt, quicunque eos super se asperserint, pro redemptione pctōrū suoꝝ, corporis sanitatē, & animę tutelā percipiant. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Deus, qui nō mortē, sed penitētiā desideras pctōrū: fragilitatē ꝯditionis humanę benignissime respice: & hos cineres, quos causa proferendę humilitatis, atqꝫ ꝓmerēdę venię capitibus nostris imponi decernimus, bene ✠ dicere ꝑ tua pietate dignare: vt q nos cinerē esse, & ob prauitatis nostrę meritum in puluerem reuersuros cognoscimus: pctōrū omnium veniam, & pmia penitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deꝰ, q humiliatione flecteris, & satisfactione placaris: aurē tuę pietatis inclina precibꝰ nr̄is: & capitibus seruoꝝ tuoꝝ, horū cinerū aspsione attactis, effunde ꝓpitius grām tuę bene ✠ dictionis: vt eos & spiritu cōpunctionis repleas, & quę iuste postulauerint, efficaciter tribuas: & concessa perpetua stabilitate intactos manere decernas. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deꝰ, qui Niniuitis, in cinere & cilicio penitentibus, indulgentię tuę remedia pstitisti: ꝯcede ꝓpitius: vt sic imitemur habitu, quatenus venię ꝓsequamur obtētu. Per dominum nostrū.

Completa cinerū bñone aspergit cineres aqua benedicta, & adolet incenso, deinde imponitur cinis sacerdoti celebraturo Missam a digniori sacerdote, si adest: alioquin sacerdos ipse genibus flexis coram altari sibi ipsi cineres imponit, nihil dicens: & cantatur statim a choro. Antiphona.

Immutemur habitu, in cinere, & cilicio: ieiunemus, & ploremus ante dñz: quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster. Joel 2

Alia Aña. Inter vestibulū, & altare plorabūt sacerdotes ministri domini & dicent: parce domine, parce pplo tuo: & ne claudas ora canentiū te dñe. ibidē.

Sequitur ℟. cū ℣. Gloria pa. ℟. Emendemꝰ in meliꝰ, quę ignoranter peccauimus: ne subito pręoccupati die mortis, q̄ramꝰ spatiū penitentię, & inuenire nō possimꝰ. Attende dñe, & miserere: qa peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: & propter gloriam nominis tui dñe libera nos. Attende dñe. ℣. Gloria patri, & filio. Attende. ps. 87

Sacerdos vero dum cantantur añe, & ℟ium: primo, ministris stantibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem dicens. Memento homo, quia puluis es, & i puluerē reuerteris. Postea veniunt alij, & genibus flexis ante altare recipiunt cineres a sacerdote, vt dictum est de ministris.

Com-

Completa cinerum datione dicitur Dominus vobiscum. Oremus. Oro.

C Oncede nobis domine presidia militię Christianę sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spūales nequitias pugnaturi, continentię muniamur auxilijs. Per Christum dñm nrm. ℟. Amen. Deinde dicitur Missa.

FERIA QVARTA Cinerum.

Statio ad sanctam Sabinam

Introitus.

ps. 11. M Isereris omniū dñe, & nihil odisti eorum, q̄ fecisti, dissimulās peccata hominū propter penitētiā: & parcēs illis: quia tu es dñs Deus noster. ps.

ps. 56. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniā in te confidit anima mea. ℣. Gloria. Oro.

P Resta dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda sollennia, & congrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per dñz.

¶ Ab hac die vsq; ad Dominicam de Passione, post orationem diei dicuntur duę sequentes orationes.

¶ Ad poscēda suffragia scōrum, Oro.

A Cunctis nos, q̄s Domine, mētis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apl̄is tuis Petro & Paulo, atq; btō N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuis & defunctis gñalis. Oro.

O Mnipotēs sempiterne Deus, qui viuoruz dominaris, simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosq;, vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedētibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum.

Lectio Joelis prophetę.

H Æc dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & plāctu: & scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dñm Deum vestrum: quia benignus & misericors est: patiens & multę misericordię: & prestabilis super malitia. Quis scit, si conuertat, & ignoscat Deus: & relinquat post se bñdictionē, sacrificium & libamen dño Deo nostro? Canite tuba in Siō: sanctificate ieiunium: vocate cętuz: congregate populum: sanctificate Ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos, & sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri dñi, & dicent. Parce dñe, parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt dominētur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Zelatus est dñs terram suā: & pepcit populo suo. Et respondit Dñs, & dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumentum, & vinum, & oleum: & replebimini in eis: & non dabo vos vltra opprobrium in gētibus: dicit dñs omnipotens. Grad. cap. 1.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Misit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobriū conculcantes me. ps. 56.

Tractus.

D ñe, non secundum peccata nostra, quę feci- ps 101

fecimus nos: neq3 secundum iniquitates no
ps. 78. stras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memi-
neris iniquitatum nostrarũ antiquarum: ci-
to anticipẽt nos misericordię tuę, quia pau
ibidez. peres facti sumus nimis. Cũ dr̃ sequens
℣sus genuflectitur versus. Adiuua nos
Deus salutaris noster: ꝛ propter gloriã no
minis tui domine libera nos: ꝛ propitius
esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Supradictus tract⁹ ab hac die dicit
ij, iiij, ꝛ vj. fe. vsq3 ad feriã quartã ma
ioris hebdom. nisi ꝓpri⁹ assignetur.
cap. 6. Sequentia scti euang. ẜm Mattheũ.



In illo tẽpor: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritę tristes: Exterminãt eni facies suas: vt appareãt hoibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis: receperunt mercedẽ suã. Tu aũt cũ ieiunas, vnge caput tuũ, ꝛ faciẽ tuã laua: ne videaris hoibus ieiunãs: sed patri tuo, q est in abscondito. Et pater tuus, q videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo ꝛ tinea demolitur: ꝛ vbi fures effodiũt ꝛ furantur. Thesaurizate aũt vobis thesauros i celo: vbi neq3 ęrugo neq3 tinea demolit: ꝛ vbi fures non effodiũt, nec furant: Ubi est enim thesaurus tuus, ibi est ꝛ cor tuũ. Offer.

ps. 29. Exaltabo te dñe, qm̃ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te, ꝛ sanasti me. Secreta.

Hac nos, q̃s dñe, his muneribus offerẽdis ꝯueniẽter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per dominum.

Alię secretę vsq3 ad Dñicã passio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt ꝑ huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ꝛ corporis hostibus tuearis, gratiã tribuens in pręsenti, ꝛ gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electoꝝ in superna felicitate locandus: tribue q̃s: vt intercedentibus oĩbus sanctis tuis, vniuersorum quos in oꝛõne ꝯmẽdatos suscepim⁹, ꝛ nomina oĩum fideliũ, beatę ꝓdestinationis liber ascripta retineat. per d.

Pręfatio. Qui corporali ieiunio, ꝛc.

Et dicitur quotidie vsque ad Dñicam passionis: etiam in missa de festo quando propriam non habuerit.

Cõmu. Qui meditabit in lege dñi die ac ps. 1. nocte, dabit fructũ suũ i tpe suo. Postcõ.

Percepta nobis dñe prębeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia, ꝛ nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Alię postco. vsq3 ad Dñicam passio.

Mundet, ꝛ muniat nos, quęsum⁹ domine, diuini sacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum btis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo atq3 beato N. ꝛ oĩbus sanctis: a cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quęsumus omnipotens, ꝛ misericors Deus, sacramenta quę sumpsimus: ꝛ intercedentibus omnibus sanctis tuis, pręsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pęnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericu-

la fir-

la firmamentum, sit viuorum, atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum. Deinde sacerdos absolute dicit, Oremus. Postea diacon⁹ (si in officio diaconatus seruiat) dicit. Humiliate capita vestra Deo. Alioqn ipse sacerdos. Sequitur super populum. Oro.

INclinantes se Domine maiestati tuę, propitiatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti, cęlestibus semp nutriãtur auxilijs. Per. Et hic modus seruatur tantummodo in Missa de feria, vsq3 ad quartam feriam maioris hebdomadę.

FERIA QVINTA.

Statio ad sctũ3 Georgiũ. Introitus.

ps. 54 DVz clamarẽ ad dñm, exaudiuit vocẽ meã, ab his, q appropinquãt mihi: τ humiliauit eos, qui est ante sęcula, τ manet i ęternũ: iacta cogita

ibide3. tũ tuũ i dño, τ ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationẽ meã, τ ne despexeris deprecationẽ meã: itẽde mihi, τ exaudi me. ℣ Glo.

DEus, q culpa offẽderis, Oro. pęnitẽtia placaris: preces populi tui supplicãtis, ppitius respice: τ flagella tuę iracundię, quę pro peccatis nostris meremur, auerte. Per. Alię orões vt su. i fer. iiij. Cine. f. 23.

Lectio Isaię prophetę.

cã. 38. IN dieb⁹ illis: Ægrotauit Ezechias vsq3 ad mortẽ: τ itroiuit ad eũ Isaias fili⁹ Amos propheta, τ dixit ei. Hęc dicit Dñs. Dispone domui tuę: qr morieris tu, τ nõ viues. Et ɔuertit Ezechias faciẽ suã ad pariete, τ orauit ad dñ3, τ dixit. Obsecro dñe, memẽto, q̃so, quomodo ambulauerĩ3 corã te i veritate, τ i corde pfecto: τ qd bonũ est i oculis tuis fecerĩ3. Et fleuit Ezechias fletu magnõ. Et factum est verbum domini ad Isaiam, dicens. Vade, τ dic Ezechię. Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationez tuã: τ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos, quindecim annos: τ de manu regis Assyriorum eruam te, τ ciuitatem istam: τ protegam eam. Ait dominus omnipotens.

Graduale.

Iacta cogitatum tuum in domino, τ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. ps. 54.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tempore: Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum τ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, τ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniam, τ curabo eum. Et respondens Centurio ait. Dñe, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantu3 dic verbo, τ sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: τ dico huic, Vade, τ vadit. Et alio, Veni, τ venit. Et seruo meo, Fac hoc, τ facit. Audiens autem Jesus miratus est: τ sequentibus se dixit. Amẽ dico vobis: non inueni tantam fide3 in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, τ occidente veniẽt, τ recumbent cum Abraham, Isaac, τ Jacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, τ stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni. Vade: τ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. cap. 8.

Offertorium. AD te domine leuaui ani-

animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta

SAcrificijs presentibus dñe, q̃s, intende placatus: vt 7 deuotioni nostrę proficiant, 7 saluti. Per.

Alię secretę, vt su. i fe. iiij. Cin. fo. 23.

ps. 50. Communio. Acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, 7 holocausta, super altare tuum domine. Postcommunio.

CÆlestis doni bñdictione percepta supplices te Deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis 7 sacramenti causa sit, 7 salutis. Per dominum nostrum Jesum.

Alię postcõmunio. vt su. in feria iiij. Cinerum. 23. Sup ppl'z. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

PArce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum Jesum.

FERIA SEXTA

Statio ad sanctos Joannem, 7 Paulum. Introitus.

ps. 19. 
Audiuit dominus, 7 misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. ps Exaltabo
ibidem. te domine, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣ Gloria patri. Oratio.

INchoata ieiunia, quęsumus domine, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per dñm.

Alię orones, vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Lectio Jsaię prophetę.

ca. 58. HÆc dicit dominus Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, 7 annuncia pplo meo scelera eorũ, 7 domui Jacob peccata eorũ. Me etenim de die in diẽ quęrunt, 7 scire vias meas volunt: quasi gens quę iustitiam fecerit, 7 quę iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitię: 7 appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, 7 non aspexisti? humiliauimus animas nostras, 7 nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra: 7 omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites 7 contentiones ieiunatis: 7 percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animã suã? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, 7 saccum 7 cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, 7 diem acceptabilem domino? Nõne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: 7 omne onus disrumpe. Frãge esurienti panem tuum: 7 egenos, vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: 7 carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuũ: 7 sanitas tua citius orietur: 7 anteibit faciem tuã iustitia tua: 7 gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis, 7 dñs exaudiet: clamabis, 7 dicet: Ecce adsum. Quia misericors sum dñs deus tuus. Gradu.

VNam petij a domino, hanc requiram: vt ps. 26.
inhabitem in domo domini. ℣ Ut videã voluntatem domini, 7 protegar a templo sancto eius. Tractus.

DÑe, non secundũ peccata nostra, quę fe- ps. 102
cimus nos: neq; secundũ iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniq- ps. 78.
tatum

tatum nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę, qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ibidẽ.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

cap. 5



IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis, qꝛ dictũ est antiquis. Diliges proximum tuum: ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, ⁊ orate pro persequentibus ⁊ calumniantibꝰ vos: vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est: qui solem suũ oriri facit super bonos ⁊ malos, ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne ⁊ ethnici hoc faciunt? Estote ergo ⁊ vos perfecti, sicut ⁊ pater vester cęlestis perfectus est. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cęlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciũt in synagogis ⁊ in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito,

cap. 6.

reddet tibi. Offertorium.

Domine, viuifica me secundum eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. ps. 118

Secreta.

SAcrificiũ dñe obseruantię quadragesimalis quod offerimus, presta quęsumus: vt tibi ⁊ mẽtes reddat acceptas, ⁊ continentię promptioris nobis tribuat facultatẽ. Per do.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Cõio. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. ps. 2.

Postcommun.

SPiritum nobis dñe tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominũ nostrum.

Alię postcõm. vt su. in fer. iiij. Ci. f. 23

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

TUere dñe populum tuum, et ab omnibus peccatis clemẽter emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dñetur iniqtas. Per.

S A B B A T O

Statio ad sanctum Tryphonem.

Introitus.



Audiu dominus, ⁊ misertꝰ est me: dominus factꝰ est adiutor meus. ps. Exalta bo te domine, qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Glia. Oremꝰ. oro. ps. 29. Ibidẽ.

ADesto domine supplicationibus nostris, ⁊ concede: vt hoc sollenne ieiunium, quod animis, corporibusq; curandis salubriter institutũ est, deuoto fruitio celebremꝰ. Per.

Alię orones, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Lectio Isaię prophete.

HÆc dicit dñs deus. Si abstuleris de medio tui catenã, ⁊ desieris digitũ tuũ extẽdere, ⁊ loq qđ non prodest: cũ effuderis esurięti aiam tuã, ⁊ ca. 58.

animam afflictam repleueris: tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dominus Deus tuus semper: & implebit splendoribus animam tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquę. Et ędificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis, & generationis suscitabis. Et vocaberis ędificator sepium, conuertēs semitas in quietem. Si auerteris a sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaberis sabbathum delicatum: & sanctum domini gloriosum: & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino: & sustollam te super altitudinem terrę, & cibabo te hęreditate Jacob patris tui. Os enim Domini locutum est. Graduale.

ps. 26. Unam petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. ℣. Ut videam voluntatem domini: & protegar a templo sancto eius.

Sequētia sancti Euang. sm Marcū.



cap. 6. In illo tēpore. Cū sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Jesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigādo. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit illis. Confidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcęcatum. Et cum trāsfretassent, venerunt in terram Genesareth: & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui, cōtinuo cognouerunt eum. Et percurrētes vniuersam regionem illam, cęperunt in grabatis eos, qui se male habebant circunferre, vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos, & deprecabātur eū, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tāgebāt eū, salui fiebant. Offertorium.

Domine viuifica me secundum eloquium tuum, vt faciam testimonia tua. Secreta. ps. 118

Suscipe domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: pręsta q̄s: vt huius operatione mysterij mundati, beneplacitum tibi nostrę mentis offeramus affectum. Per dominum no.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23. Exaudi nos Deus salutaris noster.

Cōio. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcōio. ps. 2.

Cęlestis vitę munere vegetati, quęsumus Domine: vt quod est nobis in pręsenti vita mysterium, fiat ęternitatis auxilium. Per dn̄m.

Alię postcō. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Fideles tui Deus per tua dona firmentur: vt eadem ⁊ percipiendo requirant, ⁊ quęrendo sine fine percipiant. Per dominum nostrum Jesum Christum, ⁊c.

DOMINICA PRIMA in Quadragesima.

Statio ad sanctum Joannez in Laterano. Introitus.

ps 90. Inuocabit me, ⁊ ego exaudiam eum, eripiaz euz, ⁊ glorificabo eũ: longitudine dierũ adimplebo eũ. Ps. Qui

ibidez. habitat i adiutorio altissimi: in protectione Dei cęli commorabitur. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto, ⁊c.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: pręsta familię tuę: vt, quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per dominum nostrum. ⁊c.

Alię orationes, vt supra, in feria quarta Cinerum. folio 23

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2. ca. 6 Fratres: Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. (Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.) Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laborib⁹, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto: in charitate non ficta, in verbo veritatis, i virtute Dei, p arma iustitię a dextris, ⁊ a sinistris: per gloriam, ⁊ ignobilitatem: per infamiam, ⁊ bonam famam: vt seductores, ⁊ veraces: sicut qui ignoti, ⁊ cogniti: quasi morientes, ⁊ ecce viuimus: vt castigati, ⁊ non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ⁊ omnia possidentes.

Gradaale.

Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ps. 90

℣. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuũ.

Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cęli commorabitur. ibidez.

Dicet domino susceptor meus es tu, ⁊ refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero,

Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante per diem, a negocio perambulante in tenebris: a ruina, ⁊ dęmonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, ⁊ decem millia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit.

Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem, ⁊ draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum:

protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Inuocabit me, et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione.
Eripiam eum, et glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum: et ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

cap. 4. 

In illo tempore: Ductus est Jesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadragita diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes
Deut. cap. 8. fiant. Qui respondens dixit. Scriptū est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinnaculū templi, et dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scri-
ps. 90 ptum est enim. Quia angelis suis mādauit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus rursuz. Scriptū
Deu. 6 est. Non tentabis dñm Deū tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum: et dixit illi: Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Jesus. Vade satana: scriptum est
Deu. 6 enim. Dominū deuz tuuz adorabis, et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt, et
ps. 90. ministrabant ei. Credo. Offer. Scapulis suis obūbrabit tibi dñs, et sub pennis eius spabis: Scuto circūdabit te veritas ei⁹.

Sacrificiū quadragesimalis initij sollenniter immolam⁹, te domine deprecantes: vt cuz epularū restrictione carnaliū, a noxijs quoq; voluptatibus temperemur. Per dñm.
Alie secrete, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.
Commu. Scapulis suis obumbrabit tibi domin⁹, et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Postcō. ps. 90.
Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dñm.
Alie postcō. vt sup. i fer. iiij. Cin. f. 23

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum ad vincula. Introitus.

Sicut oculi seruoꝝ in manib⁹ dominoꝝ suoꝝ: ita oculi nostri ad dñz Deū nr̄m, donec misereatur nostri: miserere nr̄i dñe, miserere nostri. Ps. ps. 122 ibidē.
Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.
Conuerte nos Deus salutaris noster: et vt nobis ieiuniū quadragesimale pficiat, mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per.
Alie orōnes, vt su. in fer. iiij. Cin. f. 23.

Lectio Ezechielis prophete.

Hec dicit dñs de⁹. Ecce, ego ipse ca. 34. requiraz oues meas: et visitabo illas, sicut visitat pastor gregē suum in die, qñ fuerit in medio ouiū suaꝝ dissipataꝝ: sic visitabo oues meas, et liberabo eas de oib⁹ locis, i qb⁹ dispse fuerant, in die nubis, et caliginis. Et educā eas de pp̄lis: et ꝯgregabo eas de terris: et inducā eas in terrā suā: et pascā eas in montib⁹ Israel, in riuis, et in cunctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et in montib⁹ excelsis Israel erunt pascua earum.

Ibi

Ibi requiescent in herbis virentibus: ⁊ in pascuis pinguibus pascentur sup montes Israel. Ego pascam oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā, dicit dñs Deus. Qđ perierat, requiram: ⁊ quod abiectum erat, reducam: ⁊ qđ confractum fuerat, alligabo: ⁊ quod infirmum fuerat, consolidabo: ⁊ qđ pingue ⁊ forte, custodiā. Et pascam illas in iudicio, dicit dñs oṗs. Grad.

ps. 83. Protector noster aspice Deus, ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces seruoꝝ tuorum. Tractus.

ps. 102. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniqui-

ps. 78. tates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣.

ibidē. Adiuua nos Deus salutaris noster, ⁊ propter gloriam nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto pctīs nr̄is ꝓpter nomen tuū.

Sequētia scti euang. ſm Mattheū.

cap. 25 In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, ⁊ omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suę. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: ⁊ separabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hędis. Et statuet oues quidem a dextris suis: hędos autem a sinistris. Tunc dicet rex his, qui a dextris eius erunt. Uenite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, ⁊ dedistis mihi manducare. Sitiui, ⁊ dedistis mihi bibere: Hospes eram, ⁊ collegistis me: Nudus, ⁊ cooperuistis me: Infirmus, ⁊ visitastis me: In carcere eram, ⁊ venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Dñe, quando te vidimus esurientem, ⁊ pauimus te: sitientē, ⁊ dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, ⁊ collegimus te? aut nudū, ⁊ cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmū, aut in carcere, ⁊ venimus ad te? Et rn̄dens rex, dicet illis. Amē dico vobis: quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet ⁊ his, qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti, in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, ⁊ angelis eius. Esuriui enim, ⁊ non dedistis mihi manducare: Sitiui, ⁊ nō dedistis mihi potum: Hospes eram, ⁊ non collegistis me. Nudus, ⁊ non cooperuistis me. Infirmus, ⁊ in carcere, ⁊ non visitastis me. Tunc rn̄debunt ei ⁊ ipsi, dicentes. Dñe, quando te uidimus esurientem, aut sitientē, aut hospitē, aut nudū, aut infirmum, vel in carcere, ⁊ non ministrauimus tibi? Tunc rn̄debit illis, dicēs. Amen dico vobis, quādiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū ęternum: iusti autē in vitā ęternā.

Offertorium. Leuabo oculos meos, ⁊ considerabo mirabilia tua dñe, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. ps. 118

Secreta.

Munera tibi domine oblata sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emūda. Per dñm.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Commun. Amē dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū ab initio sęculi. Matth. 25.

Postcommu.

Salutaris tui domine munere satiati, supplices exoramus: vt cuius lętamur gustu, renouemur effectu. Per dominum nostrum.

Alię postcōm. vt in fer. iiij. Cin. f. 23. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ABsolue, quęsumus domine, nostrorum vincula peccatorū: τ quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dominū nostrū.

FERIA TERTIA

Statio ad sanctam Anastasiam.

Introitus.

ps. 89. DOmine, refugium factus es nobis a generatione in generationem: a sęculo τ in sęculū
ibidē. tu es. ps. Priusquam mōtes fierent, aut formaretur terra τ orbis, a sęculo, τ vsque in sęculum tu es Deus. ℣. Gloria patri, τ filio. Oratio.

REspice Dñe familiam tuam, τ presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quę se carnis maceratione castigat. Per dominū.

Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio Isaię prophetę.

cap. 55 IN diebus illis: Locut⁹ est Isaias propheta, dicens. Quęrite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, τ vir iniquus cogitationes suas: τ reuertatur ad Dominum, τ miserebitur eius, τ ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meę, cogitationes vestrę, neque vię vestrę, vię meę, dicit Dominus. Quia sicut exaltatur cęli a terra: sic exaltatę sunt vię meę a vijs vestris, τ cogitationes meę a cogitationib⁹ vestris. Et Quomodo descendit imber τ nix de cęlo, τ illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrā, τ infundit eam, τ germinare eam facit, τ dat semen serenti, τ panem comedenti: Sic erit verbum meum, qđ egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcunqȝ volui: τ prosperabitur in his, ad quę misi illud, ait dominus omnipotens.

Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut ps. 140
incensum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinū.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tpe: Cum intrasset Jesus Jerosolymam, cōmota est cap. 21
vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilęę, Et intrauit Jesus in templum Dei: τ eijciebat omnes vendentes, τ ementes in templo: τ mensas nummulariorū, τ cathedras vendentium colūbas euertit: τ dixit eis. Scriptum
est. Domus mea, domus orationis Isa. 56
vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cęci, τ claudi in tēplo: τ sanauit eos. Uidentes aūt principes sacerdotum, τ scribę, mirabilia quę fecit, τ pueros clamantes in templo, τ dicentes, hosanna filio Dauid: indignati sunt, τ dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Jesus aūt dixit eis.
Utiqȝ. Nūquā legistis, quia: Ex ore ps. 8.
infantium, τ lactentium perfecisti laudē? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatē in Bethaniam: ibiqȝ mansit.

Offert. In te speraui dñe, dixi, tu es De⁹ ps. 30.
meus: in manibus tuis tēpora mea. Secr.

OBlatis, quęsum⁹ domine, placare muneribus: τ a cūctis nos defende periculis. Per dominū nost.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23

Communio. Cum inuocarem te, exaudisti me Deus iustitię meę: in tribulatione
dilatasti me: miserere mei Domine, τ exau- ps. 4.
di orationem meam. Postcom.

Presta

PResta, quesumus, omnipotens Deus: vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum.
Alie postco. vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.
Super populum Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.
ASscendant ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum.

FERIA QVARTA quatuor Temporum.

Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus

ps. 24. REminiscere miserationum tuarum domine, et misericordie tue, que a seculo sunt: ne vnquam dominentur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel, ex omnibus
Ibidem. angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oremus. Oratio.
PReces nostras, quesumus domine, clementer exaudi: et contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tue maiestatis extende. Per do.

Lectio libri Exodi.

cap. 24 IN diebus illis: Dixit dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem: et esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas, et legem, ac mandata que scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerunt autem Moyses et Josue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei, senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, et Hur vobiscum. Siquid natum fuerit questionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem: et habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die, vocauit eum Dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebule, ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. Graduale.
Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis erue me Domine. ℣. Vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.
Hic dicitur Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.
DEuotionem populi tui, quesumus domine, benignus intende: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum.
Alie orationes, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Venit Elias in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertum viam vnius diei. Cumque venisset, et sederet subter vnam Juniperum: petiuit anime sue vt moreretur, et ait. Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se, et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, angelus domini tetigit eum, dixitque illi. Surge: comede. Et respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis, et vas aque. Comedit ergo, et bibit, et rursum obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo, et tetigit eum: dixitque illi: Surge: comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta 3.c. 19.

ginta dieb⁹, ꝛ quadraginta noctib⁹, vsq; ad montẽ dei Horeb. Tractus.
ps 24. De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam ꝛ laborem meum, ꝛ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

cap. 12. In illo tempore: Accesserunt ad Jesum scribę ꝛ pharisęi, dicentes. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala ꝛ adultera signum quęrit: ꝛ signum non dabitur ei, nisi signum Jonę prophetę. Sicut enim fuit Jonas in ventre cęti tribus diebus, ꝛ tribus noctibus: Sic erit filius hominis in corde terrę tribus dieb⁹, ꝛ tribus noctibus. Uiri Niniuitę surgent in Judicio cum generatione ista, ꝛ condemnabunt eam: quia pęnitentiam egerunt in prędicatione Jonę. Et ecce, plus quam Jonas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, ꝛ condemnabit eam: quia venit a finibus terrę audire sapientiam Salomonis. Et ecce, plusquam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiem, ꝛ non inuenit: Tũc dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, ꝛ ornatam. Tunc vadit, ꝛ assumit septem alios spiritus secum nequiores se, ꝛ intrãtes habitant ibi: ꝛ fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit ꝛ generationi huic pessimę. Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce Mater eius, ꝛ fratres stabant foris, quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, ꝛ fratres tui foris stant, quęrentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quę est mater mea, ꝛ qui sũt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, ꝛ fratres mei. Quicunq; enim fecerit volũtatem patris mei qui in cęlis est: ipse meus frater, ꝛ soror, et mater est. Offertorium.

Meditabor in mandatis tuis, quę dilexi ps. 118
valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt ꝛ dilecta nostra miseratus absoluas, ꝛ nutantia corda tu dirigas. Per dominum.

Alię secretę: vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Communio. Intellige clamorem meũ: ps. 5
intende voci orationis meę, Rex meus, ꝛ Deus meus: quoniam ad te orabo domine.

Postcommunio.

Tui dñe pceptione sacramenti, ꝛ a nostris mũdemur occultis, ꝛ ab hostiũ liberemur insidijs. Per.

Alię postcõm. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Mentes nostras, q̃s dñe, lumine tuę claritatis illustra: vt videre possimus quę agenda sunt: ꝛ quę recta sunt, agere valeamus. Per dñm.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Laurentium in Panisperna. Introitus.



Confessio, ꝛ pulchritudo in ps. 95
conspectu eius: sanctitas, et magnificentia i sanctificatione eius. ps. Cantate Domi ibidez
no canticum nouum: cãtate Domi-

Domino omnis terra. ℣ Gloria. Oratio.

DEuotionem populi tui, quesumus domine, benignus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dñm. Alię orationes, vt supra, in feria quarta Cinerum folio 23.

Lectio Ezechielis prophetę.

ca. 18. IN diebus illis: Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit dñs Deus, si erit vobis vltra parabola hęc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animę meę sunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea est: Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiã: in montibus non comederit: & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit: & ad mulierem menstruatam non accesserit: & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit: & nudum cooperuerit vestimento: ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: & iudicium verum fecerit inter virum, & virum: & in pręceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet: ait dominus Deus. Graduale.

ps. 16. Custodi me domine, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tpe: Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. cap. 15 Et ecce, mulier Chananęa a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male a dęmonio vexatur. Qui nõ respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicẽtes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse aũt respondens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, quę perierunt, domus Israel. At illa venit, & adorauit euz dicens. Domine, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quę cadunt de mensa dominorum suorũ. Tunc rñdens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offert. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suauis est dominus. ps. 33.

Secreta.

SAcrificia domine, q̃s, propitius ista nos saluent, quę medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per do. Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23. Communio. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sęculi vita. Ioã. 6.

Postcommunio.

TUorum nos dñe largitate donorum, & temporalibus attolle pſidijs, & renoua sempiternis. Per. Alię postcõm. vt i fer. iiij. Cin. fol. 23. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA, q̃s dñe, populis Chrĩanis, & quę profitentur agnoscere, & cęleste mun⁹ diliger, qđ frequẽtãt. P.

FE-

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus

ps. 24. D E necessitatib⁹ meis eripe me domine: vide humilitaté meam, ⁊ laborem meũ, ⁊ dimitte omnia peccata mea.
ibidẽ. ps. Ad te dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

E Sto Dñe ꝓpitius plebi tuę: ⁊ quã tibi facis esse deuotã, benigno refoue miseratus auxilio. Per. Aliç orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio. 23

Lectio Ezechielis prophetę.

cap. 18 H Æc dicit dñs Deus. Aia, quę peccauerit, ipsa morief. Filius non portabit iniqtatem patris: ⁊ pater non portabit iniquitatem filij. Justitia iusti super eum erit: ⁊ impietas impij erit super eum: Si auté impius egerit pęnitentiam ab oĩbus peccatis suis quę operatus est, ⁊ custodierit vniuersa pręcepta mea, ⁊ fecerit iudicium, ⁊ iustitiam: vita viuet, ⁊ non morietur. Oĩum iniquitatũ ei⁹, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quam operatus est, viuet. Nunquid voluntatis meę est mors impij, dicit Dñs Deus: ⁊ non, vt conuertatur a vijs suis, ⁊ viuat? Si auté auerterit se iustus a iustitia sua, ⁊ fecerit iniqtaté secũdũ oés abominationes quas operari solet ipi⁹, nũqd viuet? Omnes iustitię eius quas fecerat, nõ recordabuntur. In ꝑuaricatióe sua, qua ꝑuaricat⁹ est, ⁊ in pctõ suo qd peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est ęqua via dñi. Audite ergo domus Israel. Nũqd via mea non est ęqua: ⁊ non magis vię vestrę prauę sunt? Cum eni auerterit se iustus a iustitia sua, ⁊ fecerit iniquitatez: morietur in eis. In iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quã operatus est, ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiã: ipse animam suam viuificabit. Cõsiderãs eni, ⁊ auertens se ab oib⁹ iniqtatib⁹ suis quas operat⁹ est: vita viuet ⁊ non morietur, ait Dñs omps.

Graduale. Saluum fac seruum tuum ps. 85.
Deus meus sperantem in te. ℣. Auribus percipe dñe orationem meam. Tractus.

Dñe, non secundum peccata nostra, quę ps. 102
fecimus nos: neq; ſm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito an ps. 78.
ticipent nos misericordię tuę, quia paupe res facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos ibidẽ.
Deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia scti Euãg. ſm Joannez.

I N illo tempore: Erat dies festus cap. 5.
Judęorum: ⁊ ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quę cognominatur hębraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquę motum. Angelus autem Dñi secundum tempus descendebat in piscinam: ⁊ mouebatur aqua. Et q prior descendisset in piscinam post motionem aquę, sanus fiebat a quacunque detinebatur ĩfirmitate. Erat autem qdam homo ibi, triginta ⁊ octo annos habens i infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentem, ⁊ cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Dñe, hominem non habeo,

habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio eni ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus. Surge: tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo ille: ⁊ sustulit grabatũ suum, ⁊ ambulabat. Erat autem sabbathum i illa die. Dicebant ergo Judei, illi qui sanus factus fuerat. Sabbathum est, nõ licet tibi tollere grabatum tuum. Rñdit eis. Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eũ: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, ⁊ ambula? Is aũt, q sanᵘˢ fuerat effectᵘˢ, nesciebat quis esset. Jesus autẽ declinauit a
ps. 54 turba ↄstituta in loco. Postea iuenit eũ Jesus in tẽplo, ⁊ dixit illi. Ecce sanus factus es: iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid ↄtingat. Abijt ille homo, ⁊ nunciauit Judęis: quia Jesus esset, qui fecit eum sanum. Offerto.
ps. 102 Bñdic anima mea dño, ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius: ⁊ renouabitur sicut aquila inuentus tua. Secreta.

SUscipe, q̃sumus Dñe, munera nostris oblata seruitijs: ⁊ tua propitius dona sanctifica. Per do.

Alię secretę. vt i fer. iiij. C n. fol. 23
ps. 6 Cõmu. Erubescant, ⁊ conturbentur oẽs inimici mei: auertantur retrorsum, ⁊ erubescant valde velociter. Postcommunio.

PEr huius dñe operationem mysterij, ⁊ vitia nostra purgentur, ⁊ iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum Jesum, ⁊c.

Alię postcõm. vt i fer. iiij. C in. fol. 23

Super populum. Oremus, Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

EXaudi nos misericors Deus: ⁊ mentibus nostris gratię tuę lumen ostende. Per Dominum no.

SABBATHO.

Statio ad sanctum Petrum.

Introitus.

INtret oratio mea i ↄspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad precem meam. ps. Domine, Deus salutis meę: in die clamaui, ⁊ nocte coram te. ℣. Gloria. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus ge. ℟. Leuate. Oratio. ps. 87. ibidem.

POpulum tuum, q̃s dñe, propitius respice: atq̃ ab eo flagella tuę iracundię clementer auerte. Per.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis: Locutus est Moyses ad Dñm, dicens. Respice dñe de sanctuario tuo, ⁊ de excelso cęloꝝ habitaculo: ⁊ bñdic populo tuo Jsrael, ⁊ terrę quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrę lacte, ⁊ melle mananti. Audi Jsrael. Hodie dñs Deus tuus pręcepit tibi, vt facias mandata eius atq̃ iudicia: ⁊ custodias ⁊ impleas ex toto corde tuo, ⁊ ex tota aĩa tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ custodias ceremonias illius, ⁊ mandata atque iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En, dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, ⁊ custodias omnia pręcepta illius: ⁊ faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, ⁊ nomen, ⁊ gloriam suam: vt sis populus sanctus domini Dei tui, sicut locutus est tibi. cap. 26

Graduale. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos. Oremus, Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. ps. 78.

Protector noster aspice Deus: vt, qui malor. nostror. pondere premimur, percepta misericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per do.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. 11. In diebus illis: dixit Moyses filijs Israel. Si custodieritis mādata, quę ego pręcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dn̄m Deum vestrū, & ambuletis in oībus vijs eius adhęrentes ei: disperdet dn̄s oēs gentes istas ante faciē vestram, & possidebitis eas, q̄ maiores & fortiores vobis sunt. Omnis locus quē calcauerit pes vester, vester erit. A dserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidentale erūt termini vestri. Nullus stabit ꝯtra vos: terrorē vestrū & formidinem dabit dn̄s deus vester sup oēm terrā, quam calcaturi estis: sicut locutus est vobis dn̄s deus

ps. 83. vester. Grad. Protector nr̄ aspice deus, & respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus ge. ℞. Leua. Orō.

Adesto, q̄sumus dn̄e, supplicationibus nostris: vt esse, te largiēte mereamur, & inter prospera humiles, & inter aduersa securi. Per do.

Lectio libri Machabęorum.

2. ca. 1. In diebus illis: Orationem faciebāt sacerdotes, dū offerrent sacrificium pro pplo Israel, Jonatha inchoante, cęteris autem respondentibus & dicentibus. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, qd locutus est ad Abraham, Isaac, & Jacob, seruor. suor. fidelium. Et det vobis cor oībus, vt colatis eū, & faciatis eius volūtatem, corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrū in lege sua, & in pceptis suis, & faciat pacē. Exaudiat orōnes vestras: & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tēpore malo, dn̄s Deus vester. Gradu.

Conuertere dn̄e aliquātulū, & deprecare sup seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione in generationē. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Orō. ps. 89.

Preces populi tui, q̄s dn̄e, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum nostrum.

Lectio libri Sapientię.

Miserere nostri Deus omnium, & respice nos: & ostende nobis lucem miserationū tuar.: & immitte timorem tuum super gentes q̄ non exquisierunt te: vt cognoscant, quia non est Deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuā super gentes alienas: vt videant potentiam tuā. Sicut enim in ꝯspectu eor. sanctificatus es in nobis: sic in ꝯspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, qm̄ non est deus preter te Dn̄e. Innoua signa, & īmuta mirabilia. Glorifica manum, & brachiū dextrū. Excita furorem, & effunde irā. Tolle aduersariū, & affilge inimicum. Festina tēpus, & memēto finis: vt enarrēt mirabilia tua, dn̄e deus noster. Grad. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine. Eccles. 16. ibidē. ps. 140.

℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Actiones nostras, quęsumus dn̄e, aspirando pręueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio, a te semper incipiat, & p te cępta finiatur. Per dn̄z.

Lectio Danielis prophetę.

In diebus illis: Angelus dn̄i descendit cū Azaria, & socijs eius in cap. 3.

in fornacem: & excussit flammã ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestię intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deũ in fornace, dicentes. Hymnus.

Dan. 3 Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Et benedictum nomen glorię tuę, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in scla.

Benedictus es in tẽplo sancto glorię tuę. Et laudabilis & gloriosus in sęcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Benedictus es, qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sęcula.

Benedicant te cęli, terra, mare, & omnia qui in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sęcula.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabili, & glorioso in sęcula.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen. Et laudabilis & gloriosus in sęcula.

Benedictus es domine Deus patrum nostrorũ. Et laudabilis, & gloriosus in sęcula.

Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum, non dr̃ Flectamus genua. Oremus. Oratio.

Deus, qui trib⁹ pueris mitigasti flãmas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dñm no.

Alię orõnes vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Thessalonicen.

Fratres: Rogamus vos, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Uidete, ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonũ est sectamini in inuicẽ, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. Hęc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autẽ deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spirit⁹ vester, & anima & corp⁹, sine querela, in aduẽtu domini nostri Jesu Christi seruetur. Tractus. 1. ca. 5.

Laudate dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in ęternum. ps. 116

Euangelium. In illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum. Quęre in sequenti Dominica.

Offert. Domine Deus salutis meę, in die clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta. ps. 87.

Presentibus sacrificijs, quęsumus domine, ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur. Per dominum nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Com-

ps. 7. Communio. Domine deus in te speraui, libera me ab omnibus persequentibus me, et eripe me. Postcommunio.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis eterna proueniant. Per.

Alie postcom. vt in fer. iiij. Cin. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

FIdeles tuos deus benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua voluntate nunquam faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. per.

DOMINICA SECVNDA Quadragesime.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

ps. 24. REminiscere miserationum tuarum domine, et misericordie tue, que a seculo sunt, ne vnquam dominentur nobis ini-

ibidem. mici nostri: libera nos deus Israel ex omnibus angustiis nostris. ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Glo. Oremus. oratio.

DEus, qui conspicis omni nos virtute destitui: interius, exteriusque custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Alie orationes, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Thessalonicen.

1. ca. 4 FRatres: Rogamus vos, et obsecramus in domino Jesu: vt quemadmodum accepistis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare, et placere deo: sic et ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis, per dominum Jesum. Hec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore: non in passione desiderii, sicut et gentes que ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut prediximus vobis, et testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam: sed in sanctificationem. In Christo Jesu domino nostro.

Grad. Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me domine. ps. 24.

℣. Uide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. Trac. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. ps. 105

℣. Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore. ℣. Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.



Sequentia sancti Euangelii secundum Mattheum.

IN illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt ca. 17.

runt

runt illis Moyses, ⁊ Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum. Dñe, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, ⁊ Eliȩ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, ⁊ timuerunt valde. Et accessit Jesus, ⁊ tetigit eos, dixitq; eis. Surgite, ⁊ nolite timere. Leuãtes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte, pręcepit eis Jesus dicens. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Credo. Offertorium.

ps. 118 Meditabor in mandatis tuis, quȩ dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, quȩ dilexi. Secreta.

SAcrificijs pręsentib⁹ dñe, quęsumus, intende placat⁹: vt ⁊ deuotioni nostrę pficiãt, ⁊ saluti. Per. Aliȩ secretȩ, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

ps. 5. Communio. Intellige clamorem meũ: intende voci orationis meȩ, rex meus, ⁊ Deus meus: quoniam ad te orabo dñe.

Postcommunio.

SUpplices te rogamus ops de⁹: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire cõcedas. Per do. Aliȩ postcõ. vt in fer. iiij. Cine fo. 23.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Clementem.

Introitus.



ps. 25 Redime me dñe, ⁊ miserere mei: pes eniz me⁹ stetit i via recta: i ecclesijs bñdicã dñz. ps. Judica me dñe, qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sũ: ⁊ in dño sperans, non infirmabor. ℣ Gloria. Oratio.

PResta, quęsumus omnipotens Deus: vt familia tua, quę se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet: sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dominum nostrum.

Aliȩ orões, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Lectio Danielis prophetę.

IN diebus illis: Orauit Daniel dominum, dicens. Dñe Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti i manu forti, ⁊ fecisti tibi nomẽ secundum diẽ hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus, dñe in omnem iustitiam tuam, auertatur obsecro ira tua, ⁊ furor tuus a ciuitate tua Jerusalẽ, ⁊ a mõte sãcto tuo. Propter peccata enim nostra, ⁊ iniquitates patrum nostrorũ, Jerusalem, ⁊ populus tuus in opprobrium sunt oĩbus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi dñe Deus noster, orationẽ serui tui, ⁊ pces eius, ⁊ ostẽde faciẽ tuam super sanctuarium tuum, qđ desertũ est. Propter temet ipsum inclina Deus meus aurẽ tuã, ⁊ audi: aperi oculos tuos, ⁊ vide desolationem nostram, ⁊ ciuitatem, super quã inuocatum est nomẽ tuum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciẽ tuaz: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe, placare domine, attende, ⁊ fac. Ne moreris propter te metipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est sup ciuitatem, ⁊ sup populum tuum, dñe deus noster. cap. 9.

Graduale. Adiutor meus, ⁊ liberator meus esto: domine ne tardaueris. ℣. Confundantur, ⁊ reuereantur inimici mei, qui quȩrunt animam meam. Tractus. ps 65.

Domine, non secundum peccata nostra, ps 10.

quȩ

quę fecimus nos: neq; secundum iniquita-
ps. 78. tes nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne me
mineris iniqtatũ nr̃arũ antiquarũ: cito antici
pent nos misericordię tuę: q; pauperes facti
ibidem. sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus saluta
ris nr̃, & pp gloriã nois tui dñe libera nos: &
ppitius esto pctis nostris pp nomẽ tuũ.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

cap. 8 

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judęorum. Ego vado, & quęretis me: & i peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Judęi: Nunquid interficiet semet ipsum, quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jesus. Principium: qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare. Sed qui misit me, verax est: & ego, q̃ audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Jesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sũ, & a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hęc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum: quia ego, quę placita sunt ei, facio semper. Offertorium.

ps. 15 Benedicam dñm, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Secreta.

HÆc hostia dñe placationis, & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per dominum nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

ps. 8. Cõio. O ñe dñs noster, quã admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Postcom.

HÆc nos communio Domine, purget a crimine: & cęlestis remedij faciat esse consortes. Per do.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADesto supplicationib⁹ nostris ops Deus: & quibus fiduciam sperãdę pietatis idulges, ꝯsuetę misericordię tribue benign⁹ effectũ. Per d.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctã Balbinã. Introit⁹.

ps. 26. TIbi dixit cor meũ: q̃siui vultũ tuũ, vultũ tuũ dñe reqrã: ne auertas faciez tuã a me.
ibidem. ps. Dñs illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PErfice, q̃sumus dñe, benignus in nobis obseruãtię sanctę subsidiũ: vt q̃ te auctore facienda cognouimus, te operãte impleamus. Per.

Alię orões vt in fer. iiij. Cine. fo. 23

Lectio libri Regum.

ca. 17. IN diebus illis: Fact⁹ est sermo dñi ad Eliã Thesbitez dicens. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorũ, & manebis ibi. Pręcepi eñ ibi mulieri viduę vt pascat te. Surrexit & abijt i Sarephta. Cũq; venisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eã, dixitq; ei. Da mihi paululũ aquę i vase vt bibã. Cũq; illa pgeret vt afferret, clamauit post tergũ ei⁹, dicẽs. Affer mihi obsecro, & bu-

bucellam panis in manu tua. Quę re
spondit. Viuit dñs Deus tuus, quia
non habeo panem, nisi quantum pu
gillus capere potest farinę in hydria,
⁊ paululum olei in lecytho. En colli
go duo ligna: vt ingrediar, ⁊ faciam
illud mihi, ⁊ filio meo: vt comedamus,
⁊ moriamur. Ad quã Elias ait. Noli
timere: sed vade, ⁊ fac sicut dixisti. Ve
runtamen mihi primum fac de ipsa
farinula subcinericiũ panem paruu
lum, ⁊ affer ad me: tibi autem, ⁊ filio
tuo facies postea. Hęc autẽ dicit do
minus Deus Israel. Hydria farinę
non deficiet: nec lecythus olei minue
tur, vsque in diem, in qua daturus est
dominus pluuiam super faciem ter
rę. Quę abijt, ⁊ fecit iuxta verbum
Elię. Et comedit ipse, ⁊ illa, ⁊ domus
eius. Et ex illa die, hydria farinę non
defecit: ⁊ lecythus olei non est immi
nutus, iuxta verbum Domini, quod
locutus fuerat in manu Elię. Gradu.
ps. 54. Iacta cogitatum tuũ in domino, ⁊ ipse te
enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum,
exaudiuit vocem meam ab his, qui appro
pinquant mihi.

Sequentia sancti Euangelij secun
dum Mattheum.

ca. 13. In illo tẽpore: Locutus est Ie
sus ad turbas, ⁊ ad discipulos
suos, dicẽs. Super Cathedrã Moy
si sederunt Scribę, ⁊ Pharisei. Om
nia ergo quęcunq; dixerint vobis, ser
uate, ⁊ facite: secundum vero opera
eorum nolite facere. Dicunt enim, ⁊
non faciunt. Alligant enim onera gra
uia, ⁊ importabilia, ⁊ imponunt in hu
meros hominum: digito autem suo
nolunt ea mouere. Omnia vero ope
ra sua faciunt, vt videantur ab homini
bus. Dilatant enim phylacteria sua,
⁊ magnificãt fimbrias. Amãt autem
primos recubitus in cęnis, ⁊ primas
cathedras i synagogis, ⁊ salutatiões
in foro, ⁊ vocari ab hominibus rab
bi. Vos autem nolite vocari rabbi.
Vnus est enim magister vester: om
nes autem vos fratres estis. Et pa
trem nolite vocare vobis super terrã:
vnus est enim pater vester, q est in cę
lis. Nec vocemini magistri: quia ma
gister vester vnus est Christus. Qui
maior est vestrũ, erit minister vester.
Qui autem se exaltauerit, humiliabi
tur: ⁊ qui se humiliauerit, exaltabitur.
Offerto. Miserere mei domine, secundum ps. 50.
magnam misericordiam tuam: dele domine
iniquitatem meam. Secreta.

SAnctificationẽ tuã nobis dñe
his mysterijs operare placatus:
quę nos ⁊ a terrenis purget vitijs, ⁊
ad cęlestia dona perducat. Per do.
Alię secretę: vt in fer. iiij. Cine. fol. 23.
Communio. Narrabo omnia mirabilia ps. 9.
tua: lętabor ⁊ exultabo in te: psallam nomi
ni tuo altissime. Postcommunio.

VT sacris domine reddamur di
gni muneribus, fac nos tuis, quę
sumus, semp obedire mãdatis. Per.
Alię postcõ. vt in fer. iiij. Cine. fol. 23.
Super populum. Oremus. Humiliate
capita vestra Deo. Oratio.

PRopitiare Domine supplica
tionibus nostris, ⁊ animarũ no
strarum medere languoribus: vt re
missione percepta, in tua semper be
nedictione lętemur. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctã Cęciliã. Introitus.

NE derelinquas me dñe Deus ps. 37.
meus, ne discedas a me: intẽ
de in adiutoriũ meũ dñe vir
tus salutis meę. Ps. Dñe, ne ibidẽ.
i furore tuo arguas me, neq;
in ira tua corripias me. ℣. Gloria pa. Orõ.

Populum tuum domine, propitius respice: & quos ab escis carnalibus precipis abstinere, a noxijs quoque vitijs cessare concede. Per dominum nostrum Jesum. &c.

Alię ořones, vt in feria iiij. Cine. f. 23.

Lectio Libri Hester.

ca. 13. In diebus illis: Orauit Mardocheus ad Dominum, dicens. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuę resistere voluntati. Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Tu enim Domine fecisti cęlum, & terram, & quicquid cęli ambitu continetur. Tu es dominus omnium: & non est qui resistat maiestati tuę. Et nunc domine rex regũ, Deus Abraham, miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere, & hęreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi: sed exaudi deprecationem nostram: & propitius esto sorti, & funiculo hęreditatis tuę. Et conuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentium te, domine Deus noster.

Graduale.

ps. 27. Saluum fac populum tuum domine, & benedic hęreditati tuę. ℣ Ad te domine clamaui, Deus meus ne sileas a me, & ero similis descendentibus in lacum.

Tractus.

ps. 102 Domine, non secundum peccata nostra, q̃ fecimus nos: neq̃ secundum iniquitates

ps. 78. nostras retribuas nobis. ℣ Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarum: cito anticipẽt nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis.

℣ Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

In illo tpe: Ascẽdens Jesus Jerosolymã, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. ca. 20. Ecce ascendimus Jerosolymã, & filius hominis tradet principib⁹ sacerdotũ, & scribis, & cõdẽnabunt eũ morte. Et tradent eum gentibus ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigẽdũ, & die tertia resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorũ Zebedęi cum filijs suis, adorãs, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuam, & vnus ad sinistrã, in regno tuo. Rñdens autẽ Jesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meã, vel ad sinistrã, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autẽ vocauit eos ad se, & ait. Scitis, q̃a principes gentiũ dominant eorũ: & q̃ maiores sunt, potestatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunq̃ voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & q̃ voluerit iter vos prim⁹ esse, erit vester seruus. Sicut filius hoĩs nõ venit ministrari, sed ministrare, & dare aĩam suam redemptionem pro multis.

Offer. Ad te dñe, leuaui aĩam meã, De⁹ ps. 14. me⁹ in te confido, non erubescã: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur.

Secreta.

Hostias, q̃s dñe, quas tibi offerimus, ꝓpitius respice: & per hęc sancta commercia, vincula pctõrum nostrorum absolue. Per dominum,

Alię

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.
ps. 20 Cómunio. Iustus dñs, ⁊ iustitiã dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. Postcom.

SUmptis domine sacramentis, ad redemptionis ęternę, quęsumus, proficiamus augmentuꝫ. Per.
Alię postcõm. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DEus, innocentię restitutor ⁊ amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto, ⁊ in fide inueniantur stabiles, ⁊ in opere efficaces. Per dominũ nostrũ, in vnitate eiusdem.

FERIA QVINTA.
Statio ad sanctam Mariaꝫ trans Tyberim. Introitus.

ps. 69. DEus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuãdũ me festina: confundantur, ⁊ revereantur omnes inimici mei, qui quęrũt animã meã.
ibideꝫ. ps. Auertantur retrorsum, ⁊ erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria. Oratio.

PRęsta nobis, q̃s dñe, auxilium gratię tuę: vt ieiunijs, ⁊ orõnib⁹ conueniẽter intẽti, liberemur ab hostibus mentis, ⁊ corporis. Per do.
Alię orones, vt in fer. iiij. Cin. f. 23.
Lectio Ieremię prophetę.

ca. 17. HÆc dicit dñs Deus. Maledictus homo, qui cõfidit in homine, ⁊ ponit carnem brachium suũ: ⁊ a dño recedit cor ei⁹. Erit enim quasi myrice in deserto, ⁊ non videbit cum venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, ⁊ inhabitabili. Benedictus vir, qui confidit in domino, ⁊ erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: ⁊ non timebit cum venerit ęstus. Et erit folium eius viride: ⁊ in tempore siccitatis non erit solicitum: nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis, ⁊ inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, ⁊ probans renes: q do vnicuiq; iuxta viaꝫ suam, ⁊ iuxta fructum adinuentionum suarũ. Dicit dominus omnipotens. Gradua.

Propitius esto peccatis nostris domine, ne quando dicant gentes, vbi est deus eorum? Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine, libera nos. 78 ca.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues, ⁊ induebatur purpura, ⁊ bysso: ⁊ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mendicus nomine Lazar⁹, q iacebat ad ianuã ei⁹, vlceribus plenus: cupiẽs saturari de micis, quę cadebant de mensa diuitis, ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant, ⁊ lingebant vlcera eius. Factũ est autem, vt moreretur mendicus, ⁊ portaretur ab angelis in sinũ Abrahę. Mortuus est autem ⁊ diues, ⁊ sepultus est in inferno. Eleuans auteꝫ oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, ⁊ Lazarũ in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater Abraham, miserere mei: ⁊ mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguaꝫ meam: q꞉ crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, ⁊ Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnib⁹, inter nos, ⁊ vos chaos ca. 16.

magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eū in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne ⁊ ipsi veniant in hunc locū tormentorū. Et ait Abraham. Habent Moysen, ⁊ pphetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abraham: sed si siquis ex mortuis ierit ad eos, pęnitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen ⁊ prophetas non audiunt: neqꝫ, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Ex. 31. Offertorium. Precatus est Moyses in cōspectu domini Dei sui, ⁊ dixit: Quare domine irasceris in populo tuo? parce irę animę tuę: memento Abraham, Isaac, ⁊ Jacob: quib⁹ iurasti dare terram fluentē lac, ⁊ mel: ⁊ placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secre.

PResenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per dominum nostrum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cine. fol. 23.

Ioan. 6. Cōmu. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum sanguinem, in me manet, ⁊ ego in eo, dicit dominus. Postcommunio.

GRatia tua nos, quęsumus dñe, nō derelinquat: quę ⁊ sacrę nos deditos faciat seruituti, ⁊ tuam nobis opem semper acquirat. Per domi.

Alię postcōm. vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADesto Domine, famulis tuis, ⁊ perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te authore, ⁊ gubernatore gloriantur, ⁊ congregata restaures, ⁊ restaurata conserues. Per dominum nostrum.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Vitalem. Introitus.

EGo autem cū iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, duz manifestabitur gloria tua. Ps. 16

Ps. Exaudi domine iustitiā meā: intende deprecationem meā. ibide ℣. Gloria patri. Orō.

DA, quęsumus, omps Deus: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominum.

Alię orōnes, vt in feria iiij. Cine. f. 23.

Lectio libri Genesis.

IN diebus illis: Dixit Joseph fratribus suis. ca. 37 Audite somnium meum, quod vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: ⁊ quasi ꝯsurgere manipulū meum, ⁊ stare: vestrosqꝫ manipulos circūstantes adorare manipulum meū. Respōderunt fratres eius. Nūqd rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuę? Hęc ergo causa somniorum atqꝫ sermonum, inuidię ⁊ odij fomitē ministrauit. Aliud quoqꝫ somniū vidit, quod narrans fratrib⁹, ait. Vidi p somniū quasi solē, ⁊ lunaz, ⁊ stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater, ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Nūqd ego, ⁊ mater tua, ⁊ fratres tui adorabimus te super terraz? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cūqꝫ fratres illius in pascēdis gregib⁹ patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel. Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo rńdēte, Pręsto suz: ait. Vade, ⁊ vide si cūcta pspera sint erga fratres tuos, ⁊ pecora: ⁊ renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit

in Sichem. Inuenitq́ eũ vir errantẽ
in agro: ⁊ interrogauit quid q̃reret.
At ille rñdit. Fratres meos q̃ro: indi
ca mihi vbi pascant greges. Dixit ei
vir. Recesserunt de loco isto. Audiui
autem eos dicentes. Eamus in Do-
thain. Perrexit ergo Joseph post
fratres suos, ⁊ inuenit eos in Do-
thain. Qui cum vidissent eum ꝓcul,
antequam accederet ad eos, cogita-
uerunt illum occidere. Et mutuo lo-
quebantur: Ecce somniator venit:
venite, occidamus eum, ⁊ mittamus
eum in cisternã veterem, dicemusq́:
fera pessima deuorauit eum. Tunc
apparebit, quid illi prosint somnia
sua. Audiens autẽ hęc Ruben, nite-
batur liberare eum de manibus eo-
rum, ⁊ dicebat. Non interficiamus
animam eius, nec effundamus san-
guinem: sed proijcite eum in cister-
nam hanc, quę est in solitudine: ma-
nusq́ vestras seruate innoxias. Hoc
autem dicebat, volens eripere eũ de
manibus eorum, ⁊ reddere patri suo.
Ps.119 Grad. Ad dominum cum tribularer cla-
maui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe, libera aĩam
meam a labijs iniquis, ⁊ a lingua dolosa.
Ps.102 Tractus. Dñe, non secundũ peccata no-
stra, quę fecimus nos: neque secundum ini-
Ps. 78. quitates nostras retribuas nobis. ℣. Do
mine, ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarũ: cito anticipent nos misericordię
tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣.
Adiuua nos Deus salutaris nr̃: ⁊ propter
gloriã nominis tui dñe libera nos: ⁊ propiti⁹
esto peccatis nostris, propter nomen tuum.
Sequẽtia sancti euãg. sẽm Matthęũ.
Mat. 21. In illo tempore: Dixit Jesus
turbis Judęorum, parabolam
hanc. Homo quidam erat pater fa-
milias, qui plantauit vineam, ⁊ se-
pem circundedit ei, ⁊ fodit in ea tor-

cular, ⁊ ędificauit turrim, ⁊ locauit
eam agricolis: ⁊ peregre profectus
est. Cum autem tempus fructuũ ap
propinquasset, misit seruos suos ad
agricolas, vt acciperent fructus eius.
Et agricolę, apprehensis seruis eius,
alium ceciderunt, alium occiderunt,
alium vero lapidauerunt. Iterum
misit alios seruos plures prioribus:
⁊ fecerunt illis similiter. Nouissime
autem misit ad eos filiũ suum, dicẽs:
verebuntur forte filium meum. Agri
colę autem videntes filium, dixerunt
intra se. Hic est hęres: venite, occida
mus eum, ⁊ habebimus hęreditatem
eius. Et apprehensum eum, eiecerũt
extra vineã, ⁊ occiderunt. Cum ergo
venerit dñs vineę, quid faciet agrico
lis illis? Aiũt illi. Malos male per-
det: ⁊ veniam suam locabit alijs agri-
colis, qui reddant ei fructũ tempori-
bus suis. Dicit illis Jesus. Nunq̃
legistis in scripturis: Lapidem quem Ps.117
reprobauerunt ędificantes, hic factus
est in caput anguli? A dño factũ est
istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris.
Ideo dico vobis, q̃a auferet a vobis
regnum Dei, ⁊ dabitur genti facienti
fructus eius. Et q̃ ceciderit super la-
pidem istum, ꝯfringet. Super quem
vero ceciderit, cõteret eum. Et cum
audissent principes sacerdotũ, ⁊ pha
risęi parabolas eius: cognouerunt
ꝙ de ipsis diceret. Et q̃rentes eum te
nere, timuerunt turbas: quoniam si-
cut ꝓphetam eum habebant. Offert.
Domine, in auxilium meum respice: con- Ps. 30.
fundantur, ⁊ reuereantur qui quęrunt ani-
mam meam, vt auferant eam: domine in au
xilium meum respice. Secreta.
Hæc in nobis sacrificia, Deus ⁊
actione permaneant, ⁊ opera-
tione firmentur. Per dñm nostrum.

Alię ſecrete, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

ps. 11. Communio. Tu domine ſeruabis nos, ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in ęternum. Poſtcommunio.

Hac nos, quęſumus domine, accepto pignore ſalutis ęternę, ſic tendere congruenter: vt ad eam peruenire poſſimus. Per dominum.

Alię poſtcō. vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

Da, quęſumus domine, populo tuo ſalutem mentis, ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tuę ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum noſt.

SABBATHO

Statio ad ſanctos Marcellinum ⁊ Petrum. Introitus.

ps. 18. Lex domini irreprehenſibilis, conuertens animas: teſtimonium domini fidele, ſapiētiā

ibidem. pręſtans paruulis. Ps. Celi enarrant gloriaꝫ Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiri. Oratio.

Da, quęſumus domine, noſtris effectum ieiunijs ſalutarem: vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarum vegetationem tranſeat animarum. Per dominum noſtrum.

Alię oṙones, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio libri Geneſis.

ca. 27. In diebus illis: Dixit Rebecca filio ſuo Jacob. Audiui patreꝫ tuum loquentem cū Eſau fratre tuo, ⁊ dicētem ei. Affer mihi de venatiōe tua, ⁊ fac cibos vt comedā, ⁊ bñdicā tibi coram Dño antequam moriar: Nunc ergo, fili mi, acquieſce cōſilijs meis: ⁊ pergens ad gregē affer mihi duos hędos optimos, vt faciā ex eis eſcas patri tuo, quibus libēter veſcitꝛ: quas cū intuleris, ⁊ comederit, bñdicat tibi priuſquā moriatur. Cui ille rñdit. Noſti, ꝙ Eſau frater meus homo piloſus ſit, ⁊ ego lenis: ſi atrectauerit me pater meus, ⁊ ſēſerit, timeo ne putet me voluiſſe ſibi illudere, ⁊ inducat ſuper me maledictionē ꝑ benedictione. Ad quē mater. In me ſit, ait, iſta maledictio, fili mi: tantū audi vocem meam, ⁊ pergens, affer quę dixi. Abijt, ⁊ attulit, deditque matri ſuę: Parauit illa cibos ſicut nouerat velle patrē illius: Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum: pelliculaſqꝫ hędoꝝ circūdedit manibus, ⁊ colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentum: ⁊ panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi? At ille rñdit. Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitqꝫ Jacob. Ego ſum Eſau primogenitus tuus: feci, ſicut ꝑcepiſti mihi. Surge, ſede, ⁊ comede de venatiōe mea, vt bñdicat mihi anima tua. Rurſūqꝫ Jſaac ad filium ſuū. Quomodo inquit, tam cito inuenire potuiſti, fili mi? Qui reſpondit. Voluntas Dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitqꝫ Jſaac. Accede huc, vt tangam te fili mi: ⁊ probem, vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad patrem: ⁊ palpato eo, dixit Jſaac. Vox quidem, vox Jacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Et non cognouit eum, quia piloſę manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, ait. Tu es filius meus Eſau? Rñdit. Ego ſum. At ille: Affer inquit, mihi cibos de venatione tua, fili mi: vt bñdicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comediſſet: obtulit ei etiā vinū. Quo hauſto, dixit ad eum. Accede ad me, ⁊ da mihi oſculum fili mi,

Acceſ-

Accessit ⁊ osculatus est eũ. Statimq̃ vt sensit vestimentoꝝ illius fragrãtiã, bñdicens illi ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui bñdixit dñs. Det tibi Deus de rore cęli, ⁊ de pinguedine terrę abundantiaz frumẽti, vini, ⁊ olei: ⁊ seruiant tibi populi, ⁊ adorent te tribus. Esto dñs fratrũ tuorũ: ⁊ incuruent ante te filij mr̃is tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledict⁹: ⁊ qui benedixerit tibi, bñdictionibus repleat. Vix Isaac sermonẽ impleuerat, ⁊ egresso Jacob foras, venit Esau, coctosq̃ de venatione cibos intulit patri, dicens. Surge pater mi, ⁊ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq̃ illi Isaac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego sum fili⁹ tu⁹ primogenit⁹ Esau. Expauit Isaac stupore vehementi, ⁊ vltra quã credi potest, admirans ait: Quis ergo ille est, qui dudum captã venationẽ attulit mihi, ⁊ comedi ex omnibus priusquã tu venires? bñdixiq̃ ei, ⁊ erit bñdictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno: ⁊ ꝯsternatus ait. Bñdic etiaz ⁊ mihi, pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter, ⁊ accepit bñdictionem tuam. At ille subiunxit. Juste vocatũ est nomen eius Jacob. Supplãtauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, ⁊ nunc secundo surripuit benedictionẽ meã. Rursumq̃ ad patrẽ. Nunqd non reseruasti, ait, ⁊ mihi bñdictionem? Respõdit Isaac. Dñm tuum illum ꝯstitui, ⁊ omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumẽto, vino, ⁊ oleo stabiliui eũ: ⁊ tibi post hęc, fili mi, vltra qd faciã? Cui Esau. Num vnaz, inqt, tm̃ bñdictionẽ habes pr̃? Mihi quoq̃ obsecro vt bñdicas. Cũq̃ eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eũ. In pinguedine terrę, ⁊ i rore cęli desup erit bñdictio tua. Gra. Bonum est confiteri dño, ⁊ psallere nomini tuo, altissimę. ℣. Ad annunciandũ mane misericordiã tuã, ⁊ veritatẽ tuam per noctẽ. Ps. 91

Sequentia sancti euãg. sm̃ Lucam. cap. 15

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidã habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior ex illis, patri. Pater, da mihi portionẽ substantię, q̃ me ꝯtigit. Et diuisit illis substantiã. Et non post multos dies, ꝯgregatis oĩbus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquã: ⁊ ibi dissipauit substantiã suã viuendo luxuriose. Et postquam consummasset omnia, facta est fames valida in regione illa: ⁊ ipse cępit egere. Et abijt, ⁊ adhęsit vni ciuium regionis illius. Et misit illũ in villã suã, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrẽ suum de siliquis, quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In se autẽ reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autẽ hic fame pereo? Surgaz, ⁊ ibo ad patrem meũ, ⁊ dicã ei. Pater, peccaui i cęlum ⁊ corã te: iã non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius: ⁊ misericordia motus est. Et accurrens cecidit super collum eius, ⁊ osculatus est eum. Dixitq̃ ei filius. Pater, peccaui in cęlum, ⁊ coraz te: iã non sum dignus vocari fili⁹ tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos. Cito proferte stolã primã, ⁊ induite illũ: ⁊ date annulũ i manu ei⁹, ⁊ calciamẽta in pedes eius: ⁊ adducite vitulum

saginatũ, ⁊ occidite, ⁊ mãducemus, ⁊ epulemur: q2 hic filius meus mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cuz veniret, ⁊ appropinquaret domui, audiuit symphoniã ⁊ chorũ. Et vocauit vnũ de seruis, ⁊ interrogauit q̃ hec essent. Isq3 dixit illi: Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulũ saginatũ: quia saluuz illũ recepit. Indignatus est aũt, ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare eũ. At ipse rñdens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi, ⁊ mandatum tuum nunquã preteriui: ⁊ nunquam dedisti mihi hedum, vt cũ amicis meis epularer. Sed postquã filiꝰ tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cuz meretricibus, venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili, tu semp mecũ es: ⁊ oĩa mea tua sunt. Epulari autem, ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ in-
ps. 12 uentus est. Offertorium. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: preualui aduersus eum. Secreta.

His sacrificijs domine, concede placatus: vt, qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per dominum nostrum.

Alie secrete, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Lu. 15 Cõm. Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus est. Postcommunio.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: ⁊ sui nos participes potenter efficiat. Per dominum nostrum.

Alie postcõ. vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Familiam tuã, q̃s dñe, continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur, celesti etiam protectione muniatur. Per dñm.

DOMINICA TERTIA in Quadragesima.

Statio ad sanctuz Laurentium extra muros. Introitus.



Oculi mei semp ad dominũ: qa ipse euellet de laqueo pedes meos: respice i me, ⁊ miserere mei: quoniam vnicꝰ, ⁊ pauper sum ego. Ps. Ad te domine leuaui aiam meam: Deus meus in te ↄfido, nõ erubescam. ℣. Gloria. Oõ. ps. 24. ibidẽ.

Quesumus, oĩps Deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tue maiestatis extende. Per dominum.

Alie oõnes, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

Fratres: Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectione, sicut ⁊ Christus dilexit nos: ⁊ tradidit semetipsum pro nobis oblationem ⁊ hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio aũt, ⁊ oĩs immunditia, aut auaritia nec noĩetur in vobis, sicut decet sctõs: aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, q̃ ad rẽ nõ ptinet: sed magis grãrum actio. Hoc aũt scitote intelligentes: ꝙ oĩs fornicator, aut immundus, aut auarus, qđ est idolorum seruitus, non habet hereditatẽ in regno Chri ⁊ Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in dño. Ut filij lucis ambulate. Fructus cap. 5.

ctus enim lucis eſt in omni bonita-
te, & iuſtitia, & veritate. Graduale.
ps. 9. Exurge dñe, non preualeat homo: iudicē
tur gentes in conſpectu tuo. ℣. In conuer
tendo inimicum meum retrorſum: infirma-
buntur, & peribunt a facie tua. Tractus.
ps. 122 Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in
celis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorum in ma-
nibus dominorum ſuorum. ℣. Et ſicut ocu
li ancillę in manibus dominę ſuę: ita oculi
noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec
miſereatur noſtri. ℣. Miſerere noſtri do-
mine, miſerere noſtri.



Sequentia ſancti Euangelij ſecun-
dum Lucam.

cap. 11 In illo tpe. Erat Jeſus eijciens
demoniū: & illud erat mutū. Et
cū eieciſſet demoniū, locutus eſt mu
tus: & admiratę ſunt turbę. Quidam
autem ex eis dixerunt. In beelzebub
principe demonioꝝ eijcit demonia.
Et alij tentantes, ſignum de celo q̄re
bant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogi
tationes eoꝝ, dixit eis. Omne regnū
in ſeipſum diuiſum, deſolabit: & do-
mus ſupra domū cadet. Si aūt & ſa-
thanas in ſeipſum diuiſus eſt: quo-
modo ſtabit regnum ipſius, quia di-
citis in beelzebub eijcere me demo-
nia? Si aūt ego in beelzebub eijcio
demonia: filij veſtri in quo eijciunt?
Ideo ipſi iudices veſtri erūt. Porro
ſi in digito Dei eijcio demonia: pfecto
peruenit in vos regnum Dei.
Cum fortis armatus cuſtodit atrium
ſuum: in pace ſunt omnia quę poſſi-
det. Si autē fortior illo ſuperueniens
vicerit eum: vniuerſa arma eius au-
feret, in quib⁹ ꝯfidebat, & ſpolia eius
diſtribuet. Qui non eſt mecum, ad-
uerſum me eſt: & qui non colligit me-
cum, diſpgit. Cum immundus ſpūs
exierit ab homine, ambulat per lo-
ca arida & inaquoſa, quęrens requiē.
Et non inueniens dicit. Reuertar in
domū meā, vnde exiui. Et cum vene-
rit, inuenit eā ſcopis mundatā & orna
tā. Et tunc vadit, & aſſumit ſecū ſeptē
alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi
habitant ibi. Et fiunt nouiſſima ho-
minis illius peiora prioribus. Factum
eſt autem, cum hęc diceret, extollens
vocem quędam mulier de turba, di-
xit illi. Beatus venter qui te porta-
uit, & vbera quę ſuxiſti. At ille dixit.
Quinimo, bti q audiūt verbū Dei,
& cuſtodiūt illud. Et dicitur Credo.
Offert. Iuſtitię Dñi rectę, lętificantes ps 18.
corda: & iudicia eius dulciora ſuper mel & fa
uū: nā & ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.
Hæc hoſtia, q̄s dñe, emundet no
ſtra delicta: & ad ſacrificium ce-
lebrandum, ſubditoruz tibi corpora,
menteſq; ſanctificet. Per dominum.
Alię ſecretę: vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.
Cōm. Paſſer inuenit ſibi domum, & tur ps. 83.
tur nidum, vbi reponat pullos ſuos: alta-
ria tua dñe virtutum, rex meus, & deus me
us: beati qui habitant in domo tua, in ſę-
culum ſęculi laudabunt te. Poſtcōmu.
A cun-

A Cunctis nos, quęsumus dñe, reatibus ⁊ periculis ꝓpitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per dominum nost.
Alię postcom. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

FERIA SECVNDA.
Statio ad sanctum Marcum.
Introitus.

ps. 55. IN Deo laudabo verbū: in domino laudabo sermonē: in deo sperabo: nō timebo, quid faciat mihi homo. ps.
ibidē. Miserere mei De⁹, quoniā conculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. ℣. Gloria patri. Oratio.

COrdibus nostris, q̄s dñe, gratiam tuā benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoq; nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per dominū.
Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Lectio libri Regum.

4. ca. 5. IN diebus illis. Naaman princeps militię regis Syrię, erat vir magnus apud dñm suum, ⁊ honoratus. Per illum eni dedit Dñs salutē Syrię. Erat aūt vir fortis, ⁊ diues: sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrūculi: ⁊ captiuam duxerant de terra Israel puellā paruulā, quę erat i obsequio vxoris Naaman: quę ait ad dominā suā. Utinam fuisset dñs meus ad prophetā, qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quā habet. Ingressus est itaq; Naaman ad dñm suum, ⁊ nunciauit ei, dicens. Sic ⁊ sic locuta est puella d̄ terra Israel. Dixitq; ei rex Syrię. Uade, ⁊ mittā literas ad regem Isrl. Qui cum ꝓfectus esset, ⁊ tulisset secū decem talenta argenti, ⁊ sex millia aureos, ⁊ decem mutatoria vestimentorum: detulit literas ad regem Israel, in hęc verba. Cū acceperis epistolam hanc, scito, quod miserim ad te Naaman seruum meum: vt cures eum a lepra sua. Cumq; legisset Rex Israel literas, scidit vestimenta sua, ⁊ ait. Nunqd Deus sum ego, vt occidere possim, ⁊ viuificare? qa iste misit ad me, vt curē hoīem a lepra sua? Animaduertite, ⁊ videte, qđ occasiones quęrat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir dei: scidisse videlicet regē Israel vestimenta sua: misit ad eum, dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me, ⁊ sciat prophetam esse in Israel. Uenit ergo Naaman cum eqs ⁊ curribus, ⁊ stetit ad ostium domus Elisei: misitq; ad eum Eliseus nunciū, dicens. Uade, ⁊ lauare septies in Jordane: ⁊ recipiet sanitatē caro tua, atq; mundaberis. Iratus Naamā, recedebat dicens. Putabā quod egrederetur ad me: ⁊ stās inuocaret nomen dñi Dei sui, ⁊ tangeret manu sua locum lepręs, ⁊ curaret me. Nunqd non meliores sunt Abana ⁊ Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel: vt lauer in eis, ⁊ munder? Cum ergo vertisset se, ⁊ abiret indignans: accesserūt ad eum serui sui, ⁊ locuti sunt ei. Pater, ⁊ si rem grādem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quāto magis, quia nunc dixit tibi: lauare, ⁊ mundaberis? Descendit, ⁊ lauit in Jordane septies, iuxta sermonem viri Dei: ⁊ restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: ⁊ mundatus est. Reuersusq; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit, ⁊ stetit coram eo, ⁊ ait. Uere scio, ꝙ non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Graduale.

Deus, vitam meam annunciaui tibi, posuisti ps. 55.

fuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
℣. Miserere mei domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tri-
Ps. 102 bulauit me. Tractus. Domine, non secũdum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secunduz iniquitates nostras retribuas
Ps. 78. nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secun-
Luc. 4. dum Lucam.

IN illo tpe: Dixerunt Pharisęi ad Jesum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hic i patria tua. Ait autez. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multę viduę erant in diebus Elię in Israel, quando clausuz est cęlũ annis tribus, & mensibus sex, cuz facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonię, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erãt in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hęc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas eorum erat ędificata, vt pręcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. Offertorium.

Ps. 54. Exaudi Deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. Secreta.

MUnus, quod tibi dñe nostrę seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per d. Alię secretę: vt in fer. iiij. C. in. fol. 23.

Commun. Quis dabit ex Sion saluta- Ps. 13.
re Israel? cum auerterit dominus captiui- & 52.
tatem plebis suę, exultabit Jacob, & lętabitur Israel. Postcommunio.

PResta, quęsumus, oĩpotens & misericors deus: vt qđ ore ꝯtingimus, pura mente capiamus. Per. Alię postcõm. vt i fer. iiij. C. in. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

SUbueniat nobis domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per dominum nostrũ.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Potentianam. Introitus.

EGo clamaui, qm̃ exaudisti Ps. 16.
me Deus: inclina aurẽ tuã, & exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alarum tuarũ ꝓtege
me. Ps. Exaudi dñe iustitiã meaz: intende ibidem 5.
deprecationem meam. ℣. Gloria. Oro.

EXaudi nos oĩps, & misericors Deus: & ꝯtinentię salutaris ꝓpitius nobis dona concede. Per d. Alię orones vt in fer. iiij. C. in fol. 23.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Mulier quędã 4. ca 4.
clamabat ad Eliseum, ꝓphetaz, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti, qa seruus tuus fuit timẽs Deũ. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciã tibi? Dic mihi, qd habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua qcquã in domo mea, nisi paruum olei, quo vngar. Cui ait:

Uade,

Uade, pete mutuo ab oibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, ⁊ claude ostiũ tuum, cũ intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui: ⁊ mitte inde in oia vasa hęc: ⁊ cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, ⁊ clausit ostium super se ⁊ sup filios suos: illi offerebãt vasa, ⁊ illa infundebat. Cũq; plena fuissent vasa, dixit ad filiũ suũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Uenit autem illa, ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Uade, inquit, vende oleum, ⁊ redde creditori tuo: tu autem, ⁊ filij tui viuite de reliquo. Graduale.

ps. 18. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; ⁊ emundabor a delicto maximo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ca. 18. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, ⁊ corripe eũ inter te, ⁊ ipsum solũ: Si te audierit: lucratus eris fratrem tuũ. Si autẽ te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnum vel duos: vt in ore duoꝝ vel trium testiũ stet omne verbũ. Quod si non audierit eos: dic ecclesię. Si autem ecclesiaz non audierit: sit tibi sicut Ethnicus, ⁊ Publicanus. Amen dico vobis, q̃cunq; alligaueritis sup terram, erũt ligata ⁊ in cęlo: ⁊ q̃cunq; solueritis sup terrã, erũt soluta ⁊ in cęlo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint sup terram: de omni re quãcunq; petierit, fiet illis a p̃re meo, qui in cęlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in noie meo: ibi sum in medio eoꝝ. Tunc accedens ad euz Petrus dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, ⁊ dimittam ei? Usq; septies? Dixit illi Jesus. Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Offertorium.

Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, ⁊ narrabo opera Domini. ps. 117

Secreta.

Per hęc veniat, quęsumus dñe, sacramenta, nostrę redemptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis retrahat semper excessibus, ⁊ ad salutaria dona perducat. Per dñm. Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23

Commu. Domine, quis habitabit i tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, ⁊ operatur iustitiam. ps. 14.

Postcommunio.

Sacris domine misterijs expiati, ⁊ veniam, quęsumus, consequamur, ⁊ gratiam. Per dominum. Alię postcom. vt in fer. iiij. Cin. f. 23

Super populum. Oremus Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tua nos Domine protectione defende, ⁊ ab omni semper iniquitate custodi. Per dñm nostrum.

FERIA QVARTA

Statio ad sanctũ Sixtũ. Introitus.

Ego aũt i dño sperabo: exultabo, ⁊ lętabor i tua misicordia: qa respexisti humilitatẽ meã. ps. In te dñe speraui, nõ cõfundar i ęternũ: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gl. Oro. ps. 30 ps. 70.

Presta nobis, quęsumus domine: vt, salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoq; vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetrem⁹. Per dominũ nostrum. Alię orones vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio libri Exodi.

cap. 20 Hęc dicit domin⁹ De⁹. Honora patrem tuum ⁊ matrẽ tuam: vt

sis

sis longęuus super terrã, quam dñs Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non męchaberis. Nõ furtum facies. Non loqueris cõtra ꝓximũ tuum falsum testimoniũ. Non cõcupisces domum ꝓximi tui, nec desiderabis vxorem eius: non seruũ, non ancillã, non bouem, non asinũ, nec omnia quę illius sunt. Cunctus autẽ populus audiebat voces, ⁊ videbat lãpades, ⁊ sonitũ buccinę, montemq́ fumigantẽ: ⁊ perterriti, ac pauore cõcussi, steterũt procul, dicentes Moysi. Loquere tu nobis, ⁊ audiemus. Nõ loquaṫ nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad ppl'm. Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit Deꝰ: ⁊ vt terror illius esset in vobis, ⁊ non peccaretis. Stetitq́ populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginẽ, in qua erat Deus. Dixitq́ pręterea dominus ad Moysen. Hęc dices filijs Israel. Vos vidistis, qđ de cęlo locutus sũ vobis. Nõ facietis deos argẽteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis super illud holocausta, ⁊ pacifica vestra: oues vestras, ⁊ boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.

ps. 67. Graduale. Miserere mei domine, quoniã infirmus sum: sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: ⁊ anima mea turbata est valde. Tractus.

ps 102 Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣.

ps. 87. Adiuua nos Deus salutaris noster: ⁊ propter gloriã nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

In illo tpe: Accesserunt ad Jesum ab Jerosolymis, Scribę, ⁊ Pharisęi, dicentes. Quare discipuli tui transgrediunṫ traditiones senioꝝ? Non enim lauant manus suas, cum panẽ manducant. Ipse autem respõdens, ait illis. Quare ⁊ vos transgredimini mandatum Dei ꝓpter traditionem vestram? Nam Deus dixit. Honora patrem, ⁊ matrem: ⁊ qui ma ledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq́ dixerit patri, vel matri: munus quodcũq́ est ex me tibi proderit: ⁊ nõ honorificabit patrem suum, aut matrem suam: ⁊ irritum fecistis mandatũ Dei propter traditionẽ vestram. Hypocritę, bene prophetauit de vobis Isaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autẽ colunt me docentes doctrinas, ⁊ mandata hominum. Et cõuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, ⁊ intelligite. Nõ quod intrat in os coinquinat hoiẽ: sed qđ ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hoiem. Tũc accedẽtes discipuli eiꝰ, dixerũt ei. Scis q; Pharisęi, audito hoc verbo, scãdalizati sunt? At ille rñdẽs ait. Oĩs plantatio, quã nõ plantauit pr̃ meus cęlestis, eradicabiṫ. Sinite illos. Cęci sunt, ⁊ duces cęcoꝝ. Cęcus autẽ si cęco ducatũ pręstet, ambo in foueã cadunt. Rñdens autẽ Petrus dixit ei. Edisse re nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne qđ in os intrat, in ventrem vadit, ⁊ in secessum emittiṫ? Quę autẽ procedunt de ore, de corde exeunt: ⁊ ea coinquinãt hominẽ. De corde enim exeunt cogitationes

tiones malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię. Hęc sunt quę coinquinant hominem. Non lotis autē manibus manducare, nō coinquinat hominē.

ps. 108 Offert. Domine fac mecum misericordiā tuam, propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

SUscipe, q̄s dn̄e, preces populi tui, cum oblationib⁹ hostiarū: ꝛ tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per do.

Alię secretę: vt in fer. iiij. Cine. fo. 23.

ps. 15. Communio. Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cum vultu tuo domine. Postcommunio.

SAnctificet nos dn̄e, qua pasti sumus, mensa cęlestis: ꝛ a cunctis erroribus expiatos, supernis p̄missionibus reddat acceptos. Per dn̄m.

Alię postcōm. vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

COncede, q̄s ops̄ Deus: vt, qui protectionis tuę gratiā quęrimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per dn̄m.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctos Cosmam, ꝛ Damianum. Introitus.

ps. 77. SAlus populi ego sum, dicit dn̄s: de quacunq̄ tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ꝛ ero illorum dominus in perpetuū. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛc. Oratio.

ibidem.

MAgnificet te dn̄e sanctorū tuorū Cosmę, ꝛ Damiani beata solēnitas: qua ꝛ illis gloriam sempiternā, ꝛ opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per dominum nostrum.

Alię orones, vt in feria iiij. Cine. f. 23.

Lectio Jeremię prophetę.

IN diebus illis: Factum est verbum dn̄i ad me, dicens. Sta in porta domus dn̄i: ꝛ p̄dica ibi verbum istud, ꝛ dic. Audite verbum dn̄i omnis Juda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dn̄m. Hęc dicit dn̄s exercituū, Deus Jsrael. Bonas facite vias vestras, ꝛ studia vestra: ꝛ habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicētes. Templum domini, templū dn̄i, templum dn̄i est. Qm̄ si bene direxeritis vias vestras, ꝛ studia vestra: si feceritis iudicium inter virum, ꝛ proximum eius: aduenę, ꝛ pupillo, ꝛ viduę non feceritis calumniam: nec sanguinem innocentem effuderitis in loco isto: ꝛ post deos alienos non ambulaueritis in malū vobisimetipsis: habitabo vobiscum in loco isto, in terra quā dedi patrib⁹ vestris a sęculo vsq̄ in sęculum. Ait dn̄s omp̄s. cap. 7. Gradua.

Oculi omnium in te sperant domine: ꝛ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ꝛ imples omne animal benedictione. ps. 144

Sequentia scti Euangelij s̄m Lucā.

IN illo tēpore. Surgens Jesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: ꝛ dimisit illam. Et continuo surgēs, ministrabat illis. Cum sol autē occidisset: omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dęmonia a multis, clamantia, ꝛ dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non cap. 4.

fine-

sinebat ea loqui, qa sciebāt ipsum esse Christū. Facta auté die egressus ibat in desertū locū: ⁊ turbę requirebāt eū: ⁊ venerunt vsque ad ipsum, ⁊ detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū Dei: quia ideo missus sum. Et erat prędicans in synagogis Galileę. Offerto.

ps. 137 Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meorum extendes manum tuam: ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secreta.

In tuorū domine preciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus, de quo martyriuz sumpsit omne principium. Per dominum.

Alię secretę, vt in fer. iiij. Cine. fol. 23.

ps. 118 Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vię meę, ad custodiendas iustificationes tuas.

Postcommunio.

Sit nobis dñe sacramenti tui certa saluatio: quę cum beatorum martyrum tuorum Cosmę, ⁊ Damiani meritis imploratur. Per dominū.

Alię postcóm. vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Subiectum tibi populum, quęsumus domine, propitiatio cęlestis amplificet: ⁊ tuis semper faciat seruire mandatis. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Statio ad Sanctum Laurentium in Lucina. Introitus.

ps. 85. Fac mecum domine signum in bonum, vt videant qui me oderunt, ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, ⁊ consolatus es me.

Ibidez. Ps. Inclina dñe aurem tuam, ⁊ exaudi me: quoniam inops, ⁊ pauper sum ego. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Ieiunia nostra, qs dñe, benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per do.

Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cine. f. 23.

Lectio libri Numeri.

In diebus illis. Conuenerunt filij Israel aduersus Moysen, ⁊ Aaron: ⁊ versi in seditioné, dixerunt. ca. 20.
Date nobis aquam vt bibamus. Ingressiq́ꝫ Moyses ⁊ Aaron, dimissa multitudine, in tabernaculum fęderis, corruerunt proni in terrā: clamaueruntq́ꝫ ad dñm, atq́ꝫ dixerūt. Dñe Deus exaudi clamoré populi huius: ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontem aquę viuę: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi sup eos. Locutusq́ꝫ est dñs ad Moysen, dicens. Tolle virgam: ⁊ congrega populum tu ⁊ Aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petram coram eis: ⁊ illa dabit aquas. Cumq́ꝫ eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo, ⁊ iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quę erat in conspectu dñi, sicut pręceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitq́ꝫ eis. Audite rebelles, ⁊ increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumq́ꝫ eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressę sunt aquę largissimę, ita vt populus biberet ⁊ iumenta. Dixitq́ꝫ dominus ad Moysen, ⁊ Aaron. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel: non introducetis hos populos in terram, quā dabo eis. Hęc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, ⁊ sanctificatus est in eis.

Gradu. In Deo sperauit cor meū, ⁊ adiu- ps. 27.

tus sum, & refloruit caro mea: & ex voluntate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: Deus meus ne sileas, ne discedas a
ps. 102 me. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque se-
ps. 78. cundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nĩmis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos. & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti euãg. sm Joannez.

cap. 4. In illo tpe: Venit Jesus in ciuitaté Samarie, qui dicitur Sichar: iuxta pdium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. (Discipuli eniz eius abierãt in ciuitaté, vt cibos emerent.) Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Judeus cũ sis, bibere a me poscis, que sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Judei Samaritanis. Rñdit Jesus, & dixit ei. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam. Dicit ei mulier. Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum istum: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Jesus, & dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternum: sed aqua, quaz ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã. Dicit ad euz mulier. Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus. Vade, voca virũ tuũ, & veni huc. Respondit mulier, & dixit. Nõ habeo virũ. Dicit ei Jesus. Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinq enim viros habuisti: & nunc qué habes, nõ est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe, vt video, propheta es tu. Patres nostri ĩ monte hoc adorauerũt: & vos dicitis, qa Jerosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neqz in Jerosolymis adorabitis patré. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, qđ scimus: quia salus ex Judeis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Naz & pater tales querit, qui adorent eũ. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Jesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebat. Nemo tamé dixit. Quid queris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus. Venite, & videte hominez, qui dixit mihi omnia quecunq feci. Nũquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

nescitis. Dicebant ergo discipuli ei⁹ adinuicē. Nūquid aliqs attulit ei mā ducare? Dicit eis Jesus. Me⁹ cib⁹ est, vt faciam voluntatē eius q misit me: vt perficiā opus eius. Nōne vos dicitis, quod adhuc quatuor mēses sunt, ⁊ messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, ⁊ videte regiones, qa albę sunt iam ad messem. Et q metit, mercedē accipit: ⁊ ꝯgregat fructū in vitā ęternā: vt ⁊ q seminat simul gaudeat, ⁊ q metit. In hoc enī est verbū verum: quia alius est, qui seminat, ⁊ alius est, qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, ⁊ vos in labores eoꝝ introistis. Ex ciuitate autē illa multi crediderunt in eum Samaritanoꝝ, propter verbū mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia q̄cunqꝫ feci. Cū venissēt ergo ad illū Samaritani, rogauerunt eū vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: quia non iam propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, ⁊ scimus, quia hic est vere saluator mundi. Offertoriū.

Ps. 5. Intende voci orationis meę, rex meus, ⁊ deus meus: qm̄ ad te orabo dñe. Secre.

REspice, quęsumus domine, propitius ad munera q̄ sacramus: vt tibi grata sint, ⁊ nobis salutaria semper existant. Per dñm nostrū.

Alię secretę: vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Joā. 4. Cōmu. Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, dicit dominus, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Postcōio.

HAius nos dñe perceptio sacramenti mundet a crimine: ⁊ ad celestia regna perducat. Per dñm.

Alię postcom. vt in fer. iiij. Cin. f. 23

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

PResta, quęsumus omnipotens Deus: vt qui in tua protectione cōfidimus, cūcta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per d.

SABBATHO.

Statio ad sanctam Susannam.

Introitus.

VErba mea auribus percipe dñe: intellige clamorē meū: intēde voci orationis meę, rex me⁹, ⁊ Deus meus. Ps. 5. Ps. ibidē. Qm̄ ad te orabo dñe, mane exaudies vocem meam. ℣. Glo. Oratio.

PResta, quęsumus omnipotens Deus: vt qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinēt: sectādo iustitiam, a culpa ieiunent. Per d.

Alię orōnes, vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Lectio Danielis prophetę.

IN diebus illis. Erat vir in Babylone, ⁊ nomē eius Joachim. ca. 13. Et accepit vxorem nomine Susannam, filiā Helchię, pulchrā nimis, ⁊ timentē Deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiā suam secundū legē Moysi. Erat autem Joachim diues valde: ⁊ erat ei pomerium vicinum domui suę. Et ad ipsū ꝯfluebāt Judęi, eo ꝙ esset honorabilior oīum. Et cōstituti sunt duo senes iudices in anno illo, de q̄bus locutus est dñs: Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Joachim: ⁊ veniebāt ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset post meridiem, ingrediebat̃ Susanna, ⁊ deambulabat i pomerio viri sui. Et videbāt eā senes quotidie ingredientem, ⁊ deambu-

ambulantem: et exarserunt in cõcupiscentiã eius. Et euerterũt sensuz suũ: et declinauerunt oculos suos: vt non viderent celũ, neqꝫ recordarent̃ iudicioꝝ iustoꝝ. Factum est autem, cum obseruarẽt diẽ aptũ quando eã possent inuenire solã, ingressa est aliquãdo sicut heri, et nudius terti⁹, cũ duabus solis puellis, voluitqꝫ lauari ĩ pomerio. Aestus quippe erat. Et nõ erat ibi quisquã, preter duos senes absconditos, et contẽplantes eã. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleũ, et smigmata: et ostia pomerij claudite, vt lauer. Cũ autẽ egresse essent puelle: surrexerunt duo senes, et accurrerunt ad eã, et dixerũt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt, et in ɔcupiscentia tui sumus. Quamobrẽ assentire nobis, et cõmiscere nobiscũ. Qd̃ si nolueris, dicemus testimoniũ ɔtra te, quod fuerit tecũ iuuenis: et ob hãc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna, et ait. Angustie mihi sunt vndiqꝫ. Si enĩ hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, nõ effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absqꝫ opere incidere in manus vestras, quã peccare in cõspectu dñi. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autẽ et senes aduersus eã. Et cucurrit vnus, et aperuit ostia pomerij. Cum autẽ audissent clamorẽ in pomerio famuli domus, irruerũt p posticum, vt viderẽt quidnã esset. Postq̃ autẽ senes locuti sunt, erubuerunt serui vehemẽter: quia nunquã dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumqꝫ venisset populus ad viruz eius Joachim, venerũt et duo seniores pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eã. Et dixerunt coram populo. Mittite ad Susannã filiã Helchie vxorem Joachim. Et statim miserunt. Et venit cũ parẽtibus, et filijs, et vniuersis cognatis suis. Flebãt igit̃ sui, et omnes qui nouerant eã. Consurgentes autẽ duo seniores ĩ medio populi, posuerunt man⁹ suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciã habens in dño. Et dixerunt seniores. Cũ deambularemus in pomerio soli, ingressa est hec cũ duab⁹ solis puellis: et clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitqꝫ adolescens ad eã qui erat abscõditus, et ɔcubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, et vidimus eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ neqꝫ nimus cõprehendere, quia fortior nobis erat, et aperto ostio exiliuit. Hãc autẽ cum apprehendissemus, interrogauimus quisnã esset adolescẽs: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senioribus et iudicib⁹ populi: et ɔdemnauerunt eã ad mortẽ. Exclamauit autẽ voce magna Susanna, et dixit. Deus eterne, q abscõditoꝝ es cognitor, qui nosti omnia antequam fiãt: tu scis qm̃ falsum testimonium tulerunt contra me: et ecce morior, cum nihil horũ fecerim, q̃ isti malitiose cõposuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dñs vocem eius. Cumqꝫ duceret̃ ad mortẽ: suscitauit dñs spiritũ pueri iunioris, cui nomẽ Daniel: et exclamauit voce magna et dixit. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cõuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est sermo iste, quẽ tu locutus es? Qui cũ staret in medio eorũ

ait

ait. Sic, fatui filij Israel, non iudican
tes, neqꝫ quod verũ est cognoscẽtes,
cõdemnastis filiam Israel? Reuer-
timini ad iudiciũ: qꝛ falsum testimo-
nium locuti sunt aduersus eã. Reuer
sus est ergo pp̃ls cum festinatione.
Et dixit ad eos Daniel: Separate
eos ab inuicẽ pcul: ꝛ diiudicabo eos.
Cum ergo diuisi essent alter ab alte-
ro, vocauit vnũ ex eis, ꝛ dixit ad eũ.
Inueterate dierũ malorũ, nunc vene-
runt peccata tua, quę prius operaba
ris, iudicans iudicia iniusta, innocen
tes opprimens, ꝛ dimittens noxios,
dicente dño. Innocentem ꝛ iustum
non interficies. Nunc ergo si vidisti
eã, dic sub qua arbore videris eos col
loquẽtes sibi? Qui ait. Sub schino.
Dixit autẽ Daniel. Recte mentitus
es in caput tuum. Ecce enim angel⁹
dñi, accepta sentẽtia ab eo, scindet te
mediũ. Et amoto eo, iussit venire aliũ
ꝛ dixit ei. Semẽ Chanaã, ꝛ non Iu-
da: species decepit te, ꝛ ↄcupiscentia
subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filia
bus Israel, ꝛ filię timentes loquebã
tur vobis. Sed non filia Iuda susti-
nuit iniquitatem vestram. Nũc ergo
dic mihi, sub qua arbore cõprehende
ris eos loquẽtes sibi? Qui ait. Sub
prino. Dixit autẽ ei Daniel. Recte
mentitus es ꝛ tu in caput tuũ. Ma-
net enim angelus dñi gladiũ habens
vt secet te medium: ꝛ interficiat vos.
Exclamauit itaqꝫ omnis cętus voce
magna: ꝛ benedixerunt Deum, qui
saluat sperãtes in se. Et ↄsurrexerunt
aduersus duos seniores, (Conuice-
rat enim eos Daniel ex ore suo fal-
sum dixisse testimoniuꝫ.) Fecerũtqꝫ
eis sicut male egerant aduersus pro-
ximum, ꝛ interfecerunt eos. Et sal-
uat⁹ est sanguis innoxius in die illa.

Graduale. Si ambulem in medio vm- Ps. 22.
brę mortis, non timebo mala, quoniam tu
mecum es domine. ℣. Uirga tua, ꝛ bacu-
lus tuus, ipsa me consolata sunt.
Sequentia scti Euãg. sm Joannem.

IN illo tpe: Perrexit Jesus in cap. 8.
montẽ oliueti, ꝛ diluculo iteruꝫ
venit in templum. Et omnis popul⁹
venit ad eum: ꝛ sedens docebat eos.
Adducũt autẽ scribę ꝛ pharisęi mu-
lierẽ deprehensam in adulterio: ꝛ sta-
tuerunt eam in medio, ꝛ dixerunt ei.
Magister, hęc mulier modo depre-
hensa est in adulterio. In lege auteꝫ
Moyses mãdauit nobis huiusmo-
di lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc
autẽ dicebant tentantes eum: vt pos-
sent accusare eum. Jesus autem incli
nans se deorsum, digito scribebat in
terra. Cum autẽ perseuerarent inter
rogantes eũ: erexit se, ꝛ dixit eis. Qui Isa. 29.
sine peccato est vestrũ, prim⁹ in illaꝫ
lapidẽ mittat. Et iterũ inclinãs se, scri
bebat in terra. Audientes autẽ hęc,
vnus post vnum exibant, incipiẽtes
a senioribus. Et remansit Jesus so-
lus, ꝛ mulier in medio stans. Erigẽs
autem se Jesus, dixit ei. Mulier, vbi
sunt qui te accusabant? Nemo te cõ-
dẽnauit? Quę dixit. Nemo dñe. Di-
xit aũt Jesus. Nec ego te cõdẽnabo.
Uade, ꝛ iam amplius noli peccare.
Offert. Gressus meos dirige, secundum Ps. 118.
eloquium tuum: vt non dominetur mei om
nis iniustitia, domine. Secreta.

COncede, quęsumus omnipo-
tens Deus: vt huius sacrificij
munus oblatum, fragilitatẽ nostraꝫ
ab omni malo purget semper, ꝛ mu
niat. Per dominum nostrum.
Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.
Commu. Nemo te condemnauit mu- Joã. 8.
lier? nemo dñe: nec ego te condemnabo,

iam amplius noli peccare. Postcō.

Quesumus omnipotens Deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori cōmunicamus, & sanguini. Qui tecum viuit. &c.

Alie postcom. vt in fer. iiij. Ci. fo. 23

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Pretende domine fidelibus tuis dexterā celestis auxilij: vt te toto corde perquirāt: & que digne postulant, consequi mereantur. Per d.

DOMINICA QVARTA Quadragesime.

Statio ad sanctam Crucem in Jerusalem. Introitus.

Isa. 66 LEtare Jerusalē: & conuentū facite omnes, qui diligitis eā: gaudete cū letitia, qui in tristitia fuistis: vt exultetis & satiemini ab vberibus con-

ps. 122 solationis vestre. Ps. Letatus sum in his, que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Concede, quesumus ops deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie cōsolatione respiremus. Per dominum nostrum.

Alie orōnes, vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

Lectō eplē bti Pauli Aplī ad Gal.

cap. 21 FRatres: Scriptū est, qm̄ Abraham duos filios habuit: vnū de ancilla, & vnū de libera. Sed qui de ancilla, scdm̄ carnē natus est: qui autē de libera, per repromissionem, que sunt p allegoriā dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Vnū quidē in monte Sina, in seruitutē generans, q̄ est Agar (Sina enim mōs est in Arabia, qui cōiunctus est ei, que nūc est Jerusalē) & seruit cū filijs suis. Illa autem, que sursum est Jerusalem, libera est, que est mater nostra. Scriptū est enim. Letare sterilis, que non paris: Isa. 6.
erūpe & clama, que non parturis: quia multi filij deserte, magis quā eius que habet virum. Nos autē, fratres, secūdum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundū carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritū: ita & nūc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit heres filius ancille cū filio libere. Itaque, fratres, nō sumus ancille filij, sed libere: qua libertate Christus nos liberauit.

Grad. Letatus sum in his, que dicta sunt ps. 122
mihi: in domū domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Tractus. Qui confidūt in domino, sicut ps. 124
mons Sion: non commouebitur in eternū, qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.



Sequentia scti Euāg. sm Joānem. cap. 6

IN illo tpe: Abijt Jesus trās mare Galilee, qđ est Tyberiadis: & seqbāt eum multitudo magna: quia videbāt signa, q̄ faciebat sup his, qui ifirmabant. Subijt ergo in mōtē Jesus, & ibi

τ ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt proximũ pascha, dies festus Judeoꝝ. Cum subleuasset ergo oculos Jesus, τ vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad Philippũ. Unde ememus panes, vt manducẽt hi? Hoc autẽ dicebat tentans euz. Ipse enim sciebat qd esset facturus. Rñdit ei Philippus: Ducẽtoꝝ denarioꝝ panes non sufficiunt eis: vt vnusqsq3 modicum qd accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ei⁹, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vn⁹ hic, qui habet quinque panes hordeaceos, τ duos pisces: sed hęc qd sunt inter tantos? Dicit ergo Jesus. Facite homines discũbere. Erat autem fęnũ multũ in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi qnque millia. Accepit ergo Jesus panes: τ cũ gratias egisset, distribuit discũbentibus. Similiter τ ex piscibus quantum volebant. Ut autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite quę superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, τ impleuerunt duodecim cophinos fragmentoꝝ, ex quinque panibus hordeaceis, q̃ superfuerunt his q manducauerãt. Jlli ergo homines, cũ vidissent qđ fecerat Jesus signũ, dicebãt. Quia hic est vere ꝓpheta, q vẽturus est in mundũ. Jesus ergo, cũ cognouisset qa venturi essent, vt raperent eũ, τ facerent eũ regẽ, fugit iteꝝ in montẽ ipse solus. Credo.

ps. 134 Offertorium. Laudate dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est: omnia quęcũque voluit, fecit in cęlo τ in terra. Secreta.

SAcrificijs pręsentibus dñe, q̃s, intende placatus: vt τ deuotioni nostrę ꝓficiant, τ saluti. Per dñm. Alię secretę, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Communio. Jerusalem, quę edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, ad confitendum nomini tuo, domine. ps. 121

Postcommunio.

DA nobis, quęsumus misericors Deus: vt sancta tua, quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequijs, τ fideli semper mente sumamus. Per dominum nostrũ. Alię postcom. vt in fer. iiij. Cin. f. 23.

FERIA SECVNDA. Statio ad sanctos quatuor Coronatos. Introitus.

DEus in nomine tuo saluum me fac: τ in virtute tua libera me. Psalmus ps. 53.

Deus exaudi orationẽ meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Gloria. ibidez.

Oratio.

PRęsta, q̃s omnipotens Deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, τ corpore tibi placeamus, τ mente. Per dominũ. Alię orones, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Uenerunt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem, steteruntq3 coram eo. 3. ca. 3. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe, ego τ mulier hęc habitabamus in domo vna: τ pepi apud eã in cubiculo. Tertia vero die postquam ego pepi, peperit τ hęc. Et eramus simul, nullusq3 alius in domo nobiscũ, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem fili⁹ mulieris hui⁹ nocte, Dormiens qppe oppressit eũ. Et consurgens intempestę noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillę tuę dormientis, τ collocauit in sinu suo: suũ autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumq3 surrexissem

mane, vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quez genueram. Responditq; altera mulier. Non eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus viuit, ꝛ filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum ꝯtẽdebãt coram rege. Tunc rex ait. Hęc dicit: filius meus viuit, ꝛ filius tuus mortu⁹ eſt: ꝛ iſta reſpondet: non, ſed filius tuus mortuus eſt, ꝛ filius me⁹ viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumq; attuliſſent gladium corã rege: Diuidite, inq̄t, infantem viuũ in duas partes: ꝛ date dimidiã partem vni, ꝛ dimidiã partẽ alteri. Dixit autẽ mulier, cui⁹ fili⁹ erat viuus, ad regẽ. (Cõmota ſunt q̄ppe viſcera ei⁹ ſuper filio ſuo.) Obſecro dñe, date illi infantẽ viuũ, ꝛ nolite interficere eũ. Econtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: ſed diuidatur. Reſpondit rex, ꝛ ait. Date huic infantẽ viuum, ꝛ non occidatur: hęc eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omnis Iſrael iudicium q̄d iudicaſſet rex: ꝛ timuerunt regẽ, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudiciũ.

ps. 30. ꝛ 70. Grad. Eſto mihi in Deum protectorem, ꝛ in locum refugij: vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui: Domine, non confundar in ęternum.

ps. 102 Tractus.

Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates

ps. 78. noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris nr̄: ꝛ propter gloriam nōis tui domine libera nos: ꝛ ꝓpitius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomẽ tuuz.

Sequentia ſancti euãg. ſm̄ Ioãnez.

In illo tp̄e. Prope erat paſcha Iudęoꝝ, ꝛ aſcẽdit Ieſ⁹ Ieroſolymã. Et inuenit in templo vendentes oues, ꝛ boues, ꝛ columbas, ꝛ numularios ſedentes. Et cũ feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoq;, ꝛ boues, ꝛ numulariorum effudit ęs, ꝛ menſas ſubuertit. Et his qui colũbas vendebãt, dixit. Auferte iſta hinc: ꝛ nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius: quia ſcriptum eſt: zelus domus tuę comedit me. Reſponderunt ergo Iudęi, ꝛ dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hęc facis? Reſpondit Ieſus, ꝛ dixit eis. Soluite templum hoc: ꝛ in trib⁹ diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudęi. Quadraginta ꝛ ſex annis ędificatum eſt templum hoc: ꝛ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſũt diſcipuli eius, quia hoc dicebat de corpore ſuo. Et crediderunt ſcripturę, ꝛ ſermoni quem dixit Ieſus. Cum autem eſſet Ieroſolymis in paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius ſigna quę faciebat. Ipſe autem Ieſus nõ credebat ſemetipſum eis: eo q̄ ipſe noſſet omnes: ꝛ quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. cap. 2.

Offertorium. Iubilate Deo oĩs terra: ſeruite domino in lętitia: intrate in conſpectu eius in exultatione: quia dominus ipſe eſt Deus. ps. 99.

Secreta.

Oblatũ tibi dñe ſacrificiũ viuificet nos ſemper, ꝛ muniat. Per.

Alię

Aliæ secretæ, vt i fer. iiij. Ciner. fol. 23.
ps. 18. Communio. Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. Postcommunio.

Sumptis dñe salutaribus sacramentis, ad redéptionis æternæ, q̃sumus pficiamus augmentũ. Per.
Aliæ postcõiones, vt supra. folio. 23.
Super populum. Oremus, Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Deprecationem nostram, quæsumus dñe, benignus exaudi: & quibus supplicandi præstas affectũ, tribue defensionis auxilium. Per d.

FERIA TERTIA

Statio ad sanctum Laurentium in Damaso. Introitus.

ps. 54. Exaudi Deus orationez meam, & ne despexeris deprecationem meaz: intende i me, & exaudi me. ps. Contri-
ibidez. status sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria. Oratio.

Sacræ nobis, quæsumus dñe, obseruationis ieiunia, & piæ cõuersationis augmentũ, & tuæ ppitiationis continuum præstent auxilium. Per.
Aliæ orationes, vt supra. folio. 22.
Lectio libri Exodi.

cap. 32 In diebus illis. Locutus est dñs ad Moysen, dicens. Descende de monte: qa peccauit populus tuus, qué eduxisti d̃ terra Ægypti. Recesserunt cito de via, quam ostédisti eis: feceruñtq; sibi vitulum ɔflatilé, & adorauerunt, atq; immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumq; ait dñs ad Moysen. Cerno quod populus iste, duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascat̃ furor meus ɔtra eos, & deleam eos: faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dñm Deum suũ, dicens. Cur dñe irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, q̃so, dicant Æyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruoꝝ tuoꝝ, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semé vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terrã hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro: & possidebitis eã semper. Placatusq; est dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo dominus Deus noster. Graduale.

Exurge domine, fer opem nobis: & libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. ps. 43.
Sequentia sctĩ euãg. sm Joannem. cap. 7.

In illo tpe: Jam die festo mediãte, ascendit Jesus in téplũ, & docebat. Et mirabant̃ Judæi, dicentes. Q̃uo hic literas scit, cum non didicerit? Rñdit eis Jes⁹, & dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius q misit me. Si quis voluerit voluntaté eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loqtur, gloriã propriã q̃rit. Qui auté quærit gloriã eius q misit illũ, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit. Demo-

 nium

nium habes: quis te q̄rit interficere? Rn̄dit Jesus, ⁊ dixit eis. Unū opus feci: ⁊ omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circūcisionez: nō q̄a ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbatho circūciditis hominē. Si circuncisionē accipit homo in sabbatho, vt nō soluat̄ lex Moysi: mihi indignamini, q̄a totum hominē sanū feci in sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustū iudicium iudicate. Dicebāt ergo quidam ex Jerosolymis. Nonne hic est, quē q̄runt interficere? Ecce palā loquit̄, ⁊ nihil ei dicunt. Nunq̄d vere cognouerunt principes, quia hic est Christ⁹? Sed hunc scimus vnde sit: Christus aūt cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in tēplo Jesus, ⁊ dicens. Et me scitis, ⁊ vnde siz scitis: ⁊ a me ipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eū: ⁊ si dixero q̄a nescio eū, ero similis vobis, mendax. Sed scio eū, q̄a ab ipso sum, ⁊ ipse me misit. Querebant ergo eū apphēdere: ⁊ nemo misit i illū manus: q̄a nōduz venerat hora eius. De turba aūt multi crediderūt i eū.

ps. 39. Offertorium. Expectans expectaui dominum, ⁊ respexit me, ⁊ exaudiuit deprecationem meam: ⁊ immisit in os meum canticum nouū, hymnū Deo nostro. Secreta.

Hæc hostia, quęsumus dñe, emūdet nostra d̄licta: ⁊ ad sacrificiū celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq̧ sanctificet. Per dñz.

Alię secretę, vt supra fol. 23. Comu.

ps. 19. Letabimur i salutari tuo: ⁊ i nomine Dei nostri magnificabimur. Postcommun.

Hujus nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine: ⁊ ad cęlestia regna perducat. Per do.

Alię postcom. vt in fer. iiij. L. iij. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Miserere dñe populo tuo: ⁊ continuis tribulationibus laborantem, ꝓpitius respirare concede. Per.

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Cum sanctificat⁹ fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundam super vos aquam mundam, ⁊ mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris: ⁊ dabo vobis spiritum nouum. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Ezech. 36. ps. 33.

post Kyrie eleison. dicit̄. Oremus. Flectamus genua. ℟ Leuate. Orō.

Deus, q̄ ⁊ iustis p̄mia meritorū, ⁊ pctōribus p̄ ieiuniū veniam p̄bes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nr̄i confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dñz.

Lectio Ezechielis prophetę.

ps. 36. Hæc dicit dn̄s Deus. Sanctificabo nomen meum magnum: vt sciant gentes, quia ego dn̄s: cū sanctificatus fuero in vobis coraz eis, tollā quippe vos de gentibus, ⁊ ꝯgregabo vos d̄ vniuersis terris: ⁊ adducā vos in terram vestrā. Et effundam super vos aquam mundā: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū, ⁊ spiritum nouum ponā in medio vestri. Et auferam cor lapideū de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: ⁊ faciā vt in p̄ceptis meis ambuletis, ⁊ iudicia mea custodiatis, ⁊ operemini. Et habitabitis in terra, quaz dedi patribus vestris: ⁊ eritis mihi i popu-

populum, & ego ero vobis in Deuz, dicit dominus omnipotens. Gradu.
Ps. 33. Uenite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies vestrę non confundentur. Hic dicitur. Dominus vobiscum. sine Flectamus gen. Oremus. Oro.

PResta, q̄s omnipotens Deus: vt, quos ieiunia votiua castigāt, ipsa quoq; deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per dñm. Orationes alias dicendas quere supra in feria iiij. Cinerum. fol. 23.

Lectio Isaie prophete.

cap. 1. HÆc dicit dñs. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Quęrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me: bona terrę comedetis. Dicit dominus omnipotens.

Ps. 32. Grad. Beata gẽs, cuius est domin⁹ De⁹ eorũ: populus, quẽ elegit dñs in hęreditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Ps. 102. Tractus. Dñe, non secundũ peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Do
Ps. 78. mine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris nr̄: & propter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequẽtia S. euāg. s̃m Ioanẽ.
9. ca. IN illo tp̄e. Pręteriẽs Jesus, vidit hominem cęcum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? Respondit Jesus. Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Uenit nox, quādo nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Hęc cum dixisset, expuit in terrā, & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei. Uade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit: & venit vidẽs. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant. Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autem, nequaquam, sed similis eius est. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur Jesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Uade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad pharisęos qui cęcus fuerat. Erat autem sabbathũ, quando lutũ fecit Jesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eum pharisęi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos: & laui, & video. Dicebant ergo ex pharisęis quidam. Non est hic homo a Deo, qui sabbathuz non custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cęco iterum. Tu, quid dicis

cis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Judei de illo, quia cecus fuisset, et vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat: et interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, et quia cecus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: etatē habet, ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius, quia timebant Judeos. Jam enim conspirauerant Judei: vt si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet, ipsum interrogate. Uocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cecus, et dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cum cecus essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, et audistis: quid
ps. 83. iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Male dixerunt ergo ei, et dixerunt. Tu discipulus eius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, et dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed, si quis cultor Dei est, et voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, et dixerunt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem Jesus, quia eiecerunt eum foras: et cū inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, et dixit. Quis est domine, vt credam in eum? Dixit ei Jesus. Et vidisti eum, et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine.

Et procidēs adorauit eū. Hic genu flectit.

Offertorium. Benedicite gentes dominum Deum nostrum, et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, et misericordiam suam a me. ps. 65.

Secreta.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: vt his sacrificiis peccata nostra mundentur: quia tunc verax nobis tribuis et mentis, et corporis sanitatem. Per dominum.

Alie secrete, vt in fer. iiij. C. in. fol. 23.

Communio. Lutum fecit ex sputo dominus, et liniuit oculos meos: et abii, et laui, et vidi, et credidi Deo. Jo. 9.

Postcommunio.

Sacramenta, que sumpsimus dñe Deus noster, et spiritualibus nos repleant alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis. Per dñm.

Alie postcom. vt in fer. iiij. C. in. f. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Pateant aures misericordie tue, domine, precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas: fac eos, que tibi sunt placita, postulare. Per dominum nostrum.

FERIA QVINTA.
Statio ad sanctum Syluestrum, & Martinum. Introitus.

Ps. 104 Letetur cor querentium dominum: querite dominum, & cõfirmamini, querite faciem eius semper. Psalmus.
Ibidem. Cõfitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Glor. Oro.

Presta, q̃s oĩpotens Deus: vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius celestia capiamus. Per dominum. Alie orones, vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.

Lectio libri Regum.

4. ca. 4. In dieb⁹ illis. Venit mulier Sunamitis ad Eliseũ i monté Carmeli. Cũq; vidisset eã vir Dei de contra, ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei. Recte ne agit circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuũ? Que Rñdit. Recte. Cũq; venisset ad viruz Dei in monté, apprehendit pedes ei⁹: & accessit Giezi vt amoueret eã. Et ait homo Dei. Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est: & dñs celauit a me, & nõ indicauit mihi. Que dixit illi. Nunqd petiui filium a dño meo? Nunqd non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lũbos tuos: & tolle baculũ meũ in manu tua: & vade. Si ocurrerit tibi homo, non salutes eũ: & si salutauerit te quispiam, nõ rñdeas illi: & pones baculũ meum sup faciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs, & viuit anima tua: non dimittã te. Surrexit ergo, & secutus est eã. Giezi autẽ pcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & non erat vox neq; sensus. Reuersusq; est Giezi in occursum eius: & nunciauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domũ. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostium super se, & super puerũ: & orauit ad dñm. Et ascendit, & incubuit sup puerum: posuitq; os suum sup os eius, & oculos suos sup oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se sup eũ: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atq; illuc: & ascendit, & incubuit super eũ: & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei. Voca sunamitidẽ hãc. Que vocata, ingressa est ad eũ. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit autẽ illa, & corruit ad pedes eius: & adorauit sup terram. Tulitq; filiũ suũ, & egressa est. Eliseus vero reuersus est in Galgala. Gradu.

Respice domine in testamentum tuũ: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ps. 73. ℣. Exurge domine, & iudica causam meaz: memor esto opprobrij seruo♃ tuorũ.

Sequentia scti euangelij sm Lucam.

In illo tpe: Ibat Jesus in ciuitatẽ, q̃ vocat Naim: & ibãt cũ illo discipuli eius, & turba copiosa. 7. cap. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat filius vnicus matri sue. Et hec vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset dñs, mĩa motus super eã dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculũ: hi aũt q portabãt, steterũt. Et ait. Adolescens, tibi dico: surge. Et resedit q erat mortu⁹, & cepit loq. Et dedit illũ matri sue. Accepit aũt oẽs timor: & magnificabant Deũ dicẽtes. Quia ppheta magnus surrexit in nobis: & qa De⁹ visitauit plebez suam.

ps. 69. Offertorium. Domine, ad adiuuandum me festina: confundantur omnes aduersum me, qui cogitant seruis tuis mala. Secre.

Purifica nos misericors Deus: vt ecclesię tuę preces, quę tibi gratę sũt, pia munera deferẽtes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per d.
Alię secretę, vt sup folio. 23. Cõmu.

ps. 70. Domine, memorabor iustitię tuę solius: Deus docuisti me a iuuentute mea: & vsq; in senectam, & seniu; Deus ne derelinquas me. Postcommunio.

Cælestia dona capientibus, q̃s domine, non ad iudicium prouenire patiaris, quę fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dominũ.
Alię postcõ. vt in fer. iiij. Cine. fo. 23.
Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Populi tui Deus institutor & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placita, & tuo munimine sit securus. Per dñm.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Eusebium. Introitus.

ps. 18. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: domine adiutor meus, & redemptor
ibidẽ. meus. ps. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui ineffabilibus mundu; renouas sacramentis: pręsta quęsumus: vt ecclesia tua & ęternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per dñm.
Alię orones, vt in fer. iiij. Ci. sol. 23.

Lectio libri Regum.

3. r. 17. In diebus illis. Ægrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, vt rememorarẽtur iniquitates meę: & interficeres filium meum? & ait ad eam Elias. Da mihi filium tuũ. Tulitq; eum de sinu illius: & portauit in cęnaculũ, vbi ipse manebat: & posuit sup lectulũ suum: & clamauit ad dñm, & dixit. Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego vtcũq; sustentor, afflixisti: vt interficeres filium eius? Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq; ad dñm, & dixit. Dñe Deus meus: reuertatur (obsecro) anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem domin⁹ vocem Elię: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Elias puerum, & deposuit eum de cęnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suę: Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliã. Nunc in isto cognoui, quoniã vir Dei es tu: & verbum dñi in ore tuo verum est. Grad.
Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. ps. 117
Tract. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & ppter gloriã nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris ppter nomen tuum. ps. 102 ps. 78
Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

In illo tpe: Erat quida; lãguens Lazarus a Bethania, de castello Marię & Marthę sororum eius. Maria autem erat, quę vnxit dñm vnguento, & extersit pedes eius capillis ca. 11.

pillis suis: cuius frater Lazar⁹ infir-
mabat.) Miserũt ergo sorores eius
ad eũ dicentes. Dñe, ecce quẽ amas,
infirmat. audiẽs aũt Jesus dixit eis.
Infirmitas hęc nõ est ad mortẽ, sed
p gloria Dei: vt glorificet filius Dei
per eã. Diligebat autẽ Jesus Mar
thaz ⁊ sororẽ ei⁹ Mariaz, ⁊ Lazarũ.
Ut ergo audiuit qr infirmabat, tunc
qdem mãsit in eodẽ loco duob⁹ die-
bus. Deinde post hęc dixit discipl'is
suis. Eam⁹ in Judęã iterũ. Dicunt ei
discipuli. Rabbi, nũc qrebãt te Ju-
dęi lapidare: ⁊ iterũ vadis illuc? Re-
spõdit Jesus. Nõne duodecim horę
sunt diei? Siqs ambulauerit i die, nõ
offẽdit: qr lucem hui⁹ mũdi videt. Si
autẽ ambulauerit i nocte, offẽdit: qr
lux non est in eo. Hęc ait. Et post hęc
dicit eis. Lazarus amicus nr̃ dormit:
sed vado, vt a somno excitem eũ. Di-
xerunt ergo discipuli ei⁹. Dñe, si dor
mit saluus erit. Dixerat autẽ Jesus
de morte eius: illi autẽ putauerunt, qr
de dormitione somni diceret. Tunc
ergo dixit eis Jesus manifeste. La-
zarus mortuus est: ⁊ gaudeo ppter
vos, vt credatis, qm̃ nõ eraz ibi. Sed
eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas,
qui dicit Dydimus, ad cõdiscipulos.
Eamus ⁊ nos, ⁊ moriamur cum eo.
Uenit itaqz Jesus: ⁊ inuenit eũ qua-
tuor dies iã in monumento habentẽ.
(Erat autẽ Bethania iuxta Jeroso-
lymã quasi stadijs qndeciz.) Multi
autẽ ex Judęis venerãt ad Marthã
⁊ Mariaz, vt cõsolarent eas de fratre
suo. Martha ergo vt audiuit qr Je-
sus venit, occurrit illi: Maria autez
domi sedebat. Dixit ergo Martha
ad Jesum. Dñe, si fuisses hic, frater
meus nõ fuisset mortuus. Sed ⁊ nũc
scio: qr qcũqz poposceris a Deo, da-
bit tibi Deus. Dicit illi Jesus. Re-
surget frater tu⁹. Dicit ei Martha:
Scio qr resurget in resurrectione, in
nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego
sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in
me: etiaz si mortuus fuerit, viuet. Et
oĩs q viuit, ⁊ credit in me: nõ moriet
in ęternuz. Credis hoc? Ait illi. Uti
qz dñe: ego credidi, qr tu es Chr̃s fi-
li⁹ Dei viui, q i hũc mũdũ venisti. Et
cum hęc dixisset, abijt, ⁊ vocauit Ma
riã sororẽ suã silentio, dicens. Magi
ster adest, ⁊ vocat te. Illa aũt vt audi
uit, surrexit cito, ⁊ venit ad eũ. Nõdũ
eñi venerat Jesus in castellũ: sed erat
adhuc in loco illo, vbi occurrerat ei
Martha. Judęi ergo, q erant cũ ea
in domo, ⁊ ɔsolabant eaz, cũ vidissẽt
Mariaz qr cito surrexit, ⁊ exijt, secuti
sunt eaz dicentes. Qr vadit ad monu
mentũ, vt ploret ibi. Maria ergo cũ
venisset vbi erat Jesus: vidẽs eũ, ce-
cidit ad pedes ei⁹, ⁊ dixit ei. Dñe, si
fuisses hic, nõ esset mortu⁹ frater me⁹.
Jesus ergo vt vidit eaz plorantem, ⁊
Judęos q venerant cũ ea, plorantes:
infremuit spũ, ⁊ turbauit semetipsũ,
⁊ dixit. Ubi posuistis euz? Dicũt ei.
Dñe, veni ⁊ vide. Et lachrymat⁹ est
Jesus. Dixerunt ergo Judęi. Ecce
qũo amabat eũ. Quidam autẽ ex ip
sis dixerunt. Non poterat hic, q ape-
ruit oculos cęci nati facere, vt ⁊ hic
nõ moreret? Jesus ergo rursum fre-
mens in semetipso, venit ad monu-
mẽtũ. Erat aũt spelunca: ⁊ lapis sup
posit⁹ erat ei. Ait Jesus. Tollite lapi
dẽ. Dicit ei Martha soror ei⁹ q mor
tuus fuerat: Dñe, iam fętet: quatri-
duanus enim est. Dicit ei Jesus. Nõ
ne dixi tibi, qm̃ si credideris, videbis
gloriam Dei? Tulerunt ergo lapi-
dem. Jesus autem eleuatis oculis
sursum

ſurſuz dixit: Pr̄, grãs ago tibi: qm̄ au
diſti me. Ego aũt ſciebã qꝛ ſemꝑ me
audis: ſed ꝑꝑ ppl'm q circunſtat, dixi:
vt credãt qꝛ tu me miſiſti. Hęc cum
dixiſſet, voce magna clamauit. Laza
re veni foras. Et ſtatim prodijt, qui
fuerat mortuus, ligatus manus ⁊ pe
des inſtitis: ⁊ facies illius ſudario
erat ligata. Dixit eis Jeſus. Soluite
euz, ⁊ ſinite abire. Multi ergo ex Ju
dęis, qui venerãt ad Mariã ⁊ Mar
tham, ⁊ viderant quę fecit Jeſus, cre
diderunt in eum. Offertorium.
ps. 17. Populum humilem ſaluum facies domi
ne, ⁊ oculos ſuperborum humiliabis: quo
niam quis Deus pręter te domine? Sec.
Muneranos dñe, quęſumus, ob
lata purificent: ⁊ te nobis iugi
ter faciant eſſe placatum. Per dom.
Alię ſecretę: vt in fer. iiij. Cin. fol. 23.
Jo. 11 Commu. Uidens dñs flentes ſorores
Lazari ad monumentũ, lachrymat⁹ eſt co
ram Judęis: ⁊ exclamauit. Lazare veni fo
ras: ⁊ prodijt ligatis manib⁹, ⁊ pedibus, q
fuerat quatriduanus mortuus. Poſtcõ.
Hæc nos, q̃ſumus dñe, participa
tio ſacramenti, ⁊ a proprijs rea
tibus indeſinenter expediat, ⁊ ab om
nibus tueatur aduerſis. Per dñm.
Alię poſtcõm. vt in fer. iiij. Cin. f. 23
Super populum. Oremus. Humilia
te capita veſtra Deo. Oratio.
Da nobis, q̃s oĩs Deus: vt qui
infirmitatis noſtrę conſcij, de
tua virtute cõfidimus, ſub tua ſem
per pietate gaudeamus. Per dñm.
S A B B A T H O.
Statio ad S. Nicolaũ i carcere. Int.
ps. 55. 
Sitiẽtes venite ad aquas, di
cit dñs: ⁊ qui non habetis
preciũ, venite, ⁊ bibite cum
ps. 77. lętitia. Ps. Attẽdite ppl'e
meus legẽ meã: inclinate au
rez veſtrã in verba oris mei. V. Glo. Oro.
Fiat, q̃s dñe, ꝑ grãz tuã fructuo
ſus nrę deuotionis affectus: q
tunc nobis ꝓderunt ſuſcepta ieiunia,
ſi tuę ſint placita pietati. Per dñm.
Alię orones, vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.
Lectio Jſaię prophetę.
Hæc dicit Dñs. Jn tpe placito cap. 49
exaudiui te: ⁊ in die ſalutis auxi
liat⁹ ſuz tibi. Et ſeruaui te: ⁊ dedi te i
fędus populi: vt ſuſcitares terram: ⁊
poſſideres hęreditates diſſipatas: vt
diceres his q vincti ſunt, exite: ⁊ his
q in tenebris ſunt, reuelamini. Sup
vias paſcentur: ⁊ in omnibus planis
paſcua eorũ. Non eſurient, neque ſi
tient: ⁊ nõ percutiet eos ęſtus ⁊ ſol: qꝛ
miſerator eorum reget eos: ⁊ ad fon
tes aquarum potabit eos. Et ponã
omnes montes meos in viã: ⁊ ſemi
tę meę exaltabuntur. Ecce iſti de lon
ge venient: ⁊ ecce illi ab aquilone, ⁊
mari, ⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate
cęli, ⁊ exulta terra: iubilate mõtes lau
dem: qꝛ conſolatus eſt dñs populuz
ſuũ, ⁊ pauperũ ſuorũ miſerebit. Et
Dixit Sion. Dereliqt me dñs: ⁊ dñs
oblit⁹ eſt mei. Nunquid obliuiſci po
teſt mulier infantẽ ſuum: vt non mi
ſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita
fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui,
dicit Dominus omnipotens. Grad.
Tibi dñe derelictus eſt pauper: pupillo tu ps. 9.
eris adiutor. V. Ut quid dñe receſſiſti lon
ge, deſpicis in opportunitatibus in tribu
latione: dũ ſuperbit impius, incendit paup.
Sequentia ſancti Euangelij ſecun
dum Joannem.
Jn illo tpe. Dicebat Jeſus tur cap. 8.
bis Judęorum. Ego ſum lux mũ
di. Qui ſequit me, nõ ambulat in te
nebris: ſed habebit lumẽ vitę. Dixe
rũt ergo ei phariſęi. Tu de te ipſo te
ſtimo-

stimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus, et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, et quo vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Et si ego iudico, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quod duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso: et testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit Jesus. Neque me scitis: neque patrem meum. Si me sciretis: forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est Jesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.

Offertorium.

ps. 17 Factus est dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus: sperabo in eum.

Secreta.

Oblationibus nostris, quesumus domine: placare susceptis: et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per dominum nostrum Jesum Christum, etc.

Alie secrete, vt in fer. iiii. Cin. f. 23.

ps. 22 Commu. Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me.

Postcommunio.

Tua nos, quesumus domine, sancta purificent: et operationis sue remedio tibi faciant esse placatos. Per dom.

Alie postcō. vt in fer. iiij. Cin. fo. 23.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala, que fecimus: vt tue consolationis gratiam inuenire mereamur. Per dominum.

DOMINICA Passionis.

Statio ad sanctum Petrum.

Ab hac Dominica Passionis, vsque ad sabbathum sanctum exclusiue in missis de tempore omittitur, ps. Judica me deus. cum Gloria pat. sed dicto In nomine patris. Introi. Adiutorium. fit Confessio. Introitus.

Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, et doloso eripe me: quia tu es Deus meus, et fortitudo mea. ps. 42 Ps. Emitte lucē tuā, et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. ibidem. Iudica. Non dicitur Gloria pa. Ad introitum vsque ad Pascha, nisi in missa de festo, si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur Introitus.

Oratio.

Quesumus, omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore: et te seruante custodiatur in mente. Per.

Ab hac die, visque ad feriam quintam cene domini, post Orationem diei dicitur, vel contra persecutores Ecclesie.

Oratio.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum, etc.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor et rector: famulum tuum N. quem pasto-

pastorem ecclesie tue preesse voluisti, ppitius respice: da ei q̃sumus, verbo & exẽplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Jesum, &c.

Tertia Oratio non dicitur.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

cap. 9. FRatres: Christus assistens põtifex futurorum bonorum, per amplius, & pfectius, tabernaculũ nõ manufactũ, idest non huius creationis: neq3 per sanguinẽ hircorũ, aut vitulorũ: sed per ppriũ sanguinẽ introiuit semel i sancta, eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitule aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit imaculatũ Deo, emundabit conscientiã nostrã ab operibus mortuis, ad seruiẽdũ Deo viuenti? Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte intercedẽte, in redẽptionez earuz preuaricationũ, que erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, eterne hereditatis. In Christo Jesu domino nostro. Graduale.

ps 142 Eripe me domine de inimicis meis: doce

ps. 17. me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gentibus iracundis, & ab insurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me. Tractus.

ps. 128 Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nunc Jsrael, sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates suas: dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Sequentia sancti Euangelii, secundum Joannem.



IN illo tpe. Dicebat Jes⁹ turbis iudeoꝝ, & principib⁹ sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico: quare nõ creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, q2 ex Deo nõ estis. Respõderũt igit Judei, & dixerunt ei. Nõne bene dicim⁹ nos, q2 Samaritanus es tu, & demoniũ habes? Respõdit Jesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ: & vos inhonorastis me. Ego aũt nõ quero gloriã meã: est qui querat, & iudicet. Amẽ, amẽ dico vobis: siquis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ videbit in eternũ. Dixerũt ergo Judei. Nũc cognouimus, qa demoniũ habes. Abrahã mortuus est, & pphete: & tu dicis: siquis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ gustabit in eternũ. Nunquid tu maior es patre nr̃o Abrahã, q mortu⁹ est? Et pphete mortui sunt? Quẽ teipsũ facis. Respõdit Jes⁹. Si ego glĩfico meipsũ: gloria mea nihil est. Est pr̃ meus, qui glorificat me, quẽ vos dicitis q2 de⁹

vester

vester est: & non cognouistis eũ: ego autem noui eum. Et si dixero q non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermoné eius seruo. Abrahã pater vester exultauit, vt videret dié meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudei ad eũ. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus. Amé amé dico vobis: antequã Abraham fieret, ego sum. Tulerũt ergo lapides, vt iacerét in eũ. Iesus aũt abscondit se, & exiuit de téplo. Credo.

Ps. 110 & 118. Offert. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo, vt viuam, & custodiam sermones tuos: viuifica me secundum verbum tuum domine. Secreta.

HÆc munera, q̃s dñe, & vincula nr̃ę prauitatis absoluant: & tuę nobis mĩsericordię dona cõciliẽt. Per.

Altera sec. vel cõtra psecutores Eccle.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrẽtes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostrum.

Vel pro Papa.

OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus: & famulum tuuz N. qué pastoré ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua ptectione guberna. Per dñm.

Prefatio de Cruce. Qui salutem. vsq3 ad feriã. v. in Cena dñi inclusiue.

1. Cor. 11. Cõm. Hoc corpus qd pro vobis tradet, hic calix noui testaméti est in meo sanguine, dicit dñs: hoc facite, quotiescunq3 sumitis, in meam commemorationez. Postcõmu.

ADesto nobis Domine Deus noster: & quos tuis mysterijs recreasti: ppetuis defende subsidijs. Per dñm. Altera Postcõmunio. Vel contra persecutores Ecclesię.

QUęsumus dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dñm.

Vel pro Papa.

HÆ nos, q̃s dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulũ tuũ N. quez pastoré ecclesię tuę pręesse voluisti: vna cũ cõmisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per do.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Chrysogonum.

Nõ di Iudica me De⁹. Introitus.

MIserere mihi dñe, qm̃ cõculcauit me hõ: tota die bellans tribulauit me. Ps. Cõculcauerunt me inimici mei tota die: quoniaz multi bellantes aduersum me. Miserere. Oratio. Ps. 55 ibidez.

SAnctifica, q̃s dñe, nr̃a ieiunia: & cunctarũ nobis indulgétiã ppiti⁹ largire culpaz. Per do. Postea Ecclesię tuę. vel Deus oĩum. f. 48.

Lectio Ionę prophetę.

IN diebus illis. Factũ est verbũ dñi ad Ionã prophetã secũdo, dicés. Surge, & vade in Niniué ciuitaté magnã: & pdica i ea pdicationé, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Niniué iuxta verbũ dñi: & Niniue erat ciuitas magna itinere dierũ triũ. Et cępit Ionas itroire ciuitaté itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Et crediderũt viri Niniuitę in dñz: & pdicauerunt ieiunium: & vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo: & abiecit vestimentum suum a se: & indutus est sacco: & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquaz: nec cap. 3.

nec pascantur, ⁊ aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, ⁊ iumenta, ⁊ clament ad dominũ in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala, ⁊ ab iniqtate, quę est in manibus eorum. Quis scit, si cõuertatur, ⁊ ignoscat Deus: ⁊ reuertatur a furore irę suę, ⁊ non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est populo suo dominus Deus noster.
ps. 53. Gradua. Deus exaudi orationem meã, auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me. Tractus.
ps. 102 Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordię tuę,
ps. 78. quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: ⁊ ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannẽ.

cap. 7. In illo tpe. Miserunt principes ⁊ Pharisęi ministros, vt apprehenderẽt Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum: ⁊ vado ad eũ q misit me. Quęretis me, ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerũt ergo Judei ad semetipsos. Quo hic iturus est, q̃ nõ inueniemus eũ? Nunqd in dispersionẽ gentiũ iturus est, ⁊ docturus gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit: quęretis me, ⁊ nõ inuenietis: ⁊ vbi ego sum, vos non potestis venire? In nouissimo autẽ die magno festiuitatis, stabat Jesus, ⁊ cla-
Deu. 8 mabat, dicẽs. Siquis sitit, veniat ad me, ⁊ bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de vẽtre eius fluẽt aquę viuę. Hoc aũt dixit de spũ, quẽ accepturi erant credẽtes in eũ.

Offertorium. Domine conuertere, ⁊ eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. ps. 6.

Secreta.

Concede nobis dñe Deus noster: vt hęc hostia salutaris ⁊ nostrorum fiat purgatio delictorũ, ⁊ tuę propitiatio maiestatis. Per D.

Deinde. Protege. vel Oblatis. 49.

Communio. Dominus virtutum ipse est Rex glorię. ps. 23

Postcommunio.

Sacramenti tui, quęsumus dñe, participatio salutaris ⁊ purificationẽ nobis tribuat, ⁊ medelã. Per.

Deinde Quęsumus domine. vel Hęc nos. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Da, quęsumus Domine, populo tuo salutem mẽtis, ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per dominum nostrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Cyriacũ. Intro.

Expecta dominum, viriliter age, ⁊ confortetur cor tuum, ⁊ sustine dominum.
ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ salus mea: quem timebo? Expecta dominum. ps. 26.

Oratio.

Nostra tibi, quęsumus dñe, sint accepta ieiunia: quę nos ⁊ expiãdo, gratia tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducant ęterna. Per.

Deinde Ecclesię. vel Deus oĩum.

Lectio Danielis prophetę.

In diebus illis: Cõgregati sunt Babylonij ad regem, ⁊ dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, ⁊ dracone interfecit: alioquin interficiemus te, ⁊ domum ca. 14.
tuam,

tuam. Uidit ergo rex qđ irruerent in eum vehementer, ⁊ necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eũ in lacum leonum: ⁊ erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: ⁊ dabantur eis quotidie duo corpora, ⁊ duę oues: ⁊ tũc non data sunt eis, vt deuorarent Danielẽ. Erat autẽ Habacuc propheta in Judea, ⁊ ipse coxerat pulmẽtũ, ⁊ intriuerat panes in alueolo: ⁊ ibat in campũ, vt ferret messorib⁹. Dixitq́ angelus dñi ad Habacuc. Fer prandium quod habes, Danieli in Babylonem, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc. Dñe, Babylonem non vidi, ⁊ lacum nescio. Et apprehendit eum angelus dñi in vertice eius, ⁊ portauit eum capillo capitis sui: posuitq́ eum in Babylonem super lacũ in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue Dei, tolle prandiũ, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordat⁹ es mei, dñe Deus meus: ⁊ non dereliquisti diligentes te. Surgensq́ Daniel comedit. Porro angelus domini restituit Habacuc confestim in locum suum. Uenit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: ⁊ venit ad lacum, ⁊ introspexit. Et ecce Daniel sedens in medio leonuꝫ. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magn⁹ es dñe Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos auteꝫ qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: ⁊ deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa, ⁊ mirabilia in cęlo, ⁊ in terra, qui liberauit Danieleꝫ de lacu leonum. Graduale.

Discerne causaꝫ meã dñe: ab homine iniquo, ⁊ doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuã, ⁊ veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuum. ps. 42.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

In illo tpe: Ambulabat Jesus in Galilęã. Non enim volebat in Judęã ambulare: quia q̃rebãt euꝫ Judęi interficere. cap. 7. Erat autẽ in proximo dies festus Judęorũ, Scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Trãsi hinc, ⁊ vade in Judęã: vt ⁊ discipuli tui videãt opera tua quę facis. Nemo q̄ppe in occulto q̄cquã facit, ⁊ quęrit ipse in palã esse. Si hęc facis, manifesta teipsuꝫ mũdo. Neq̄ enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Jesus. Tẽpus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mũd⁹ odisse vos. Me autẽ odit: quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Uos ascendite ad diẽ festum hunc. Ego autẽ non ascendam ad diẽ festum istuꝫ: quia tẽpus meum nondũ impletum est. Hęc cũ dixisset, ipse mãsit in Galilęa. Ut autẽ ascẽderunt fratres eius, tunc ⁊ ipse ascẽdit ad diẽ festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Judęi ergo quęrebant eũ in die festo, ⁊ dicebãt. Ubi est ille? Et murmur multuꝫ erat de eo in turba. Quidã enim dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, non: sed seducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo, propter metum Judęorum.

Offertorium. Sperent in te omnes, qui ps. 9. nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quęrentes te: psallite domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. Secreta.

HOstias tibi dñe, deferimus immolandas, quę temporalé consolationem significent: vt promissa non desperemus ęterna. Per dñm. Deinde. Protege. vel Oblatis. 49.

p̄s. 24. Commu. Redime me, Deus Israel, ex omnibus angustijs meis. Postcommu.

QVa, q̄s oēs Deus: vt, quę diuina sunt, iugiter exequentes, donis mereamur cęlestibus ppiquare. Per. Deinde. Quęsumus Domine. vel Hęc nos, quęsumus domine. fo. 49. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA nobis, q̄s dñe, perseuerantē in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris, & merito, & numero, populus tibi seruiens augeatur. Per.

FERIA QVARTA.

Statio ad Sanctum Marcellum.

Non dr̄ Iudica me Deus. Introitus.

p̄s. 17. LIberator meus de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro ini-
ibidez. quo eripies me domine. p̄s. Diligā te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meū, & liberator meus. ℣. Glo. Oro.

SAnctificato hoc ieiunio, Deus tuorum corda fidelium miserator illustra: & quibus deuotionis pręstas affectum, prębe supplicantibus pium benignus auditum. Per do. Deinde. Ecclesię. vel Deus omnium. vt supra. folio. 48.

Lectio Libri Leuitici.

cap. 19 IN diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicēs. Loquere ad vniuersum cętum filiorum Israel, & dices ad eos. Ego Dominus Deus vester. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec polłues nomen Dei tui. Ego dñs. Non facies calumniā proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te, vsque mane. Non maledices surdo, nec corā cęco pones offendiculum: sed timebis dominum Deum tuum, quia ego sum dñs. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Non cōsideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatū. Nō quęras vltionem: nec memor eris iniurię ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus Deus vester.

Graduale. Exaltabo te dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos p̄s. 29.
super me. ℣. Dñe Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me: dñe abstraxisti me ab inferis aiam meā: saluasti me a descēdentibus i lacū.

Tractus. Dñe, non secundum peccata p̄s. 102
nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordię tuę, qa pauperes facti sumus nimis. ℣. Ad- p̄s. 78.
iuua nos Deus salutaris nr̄, & propter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannez.

IN illo tempore: Facta sunt En- cap. 10
cęnia in Ierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt

runt ergo eum Judęi, ꝛ dicebant ei. Quousqꝫ animam nostrã tollis? Si tu es Christus, dic nobis palã. Rñdit eis Jesus. Loquor vobis, ꝛ non creditis: Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt: ꝛ ego cognosco eas, ꝛ sequũtur me: ꝛ ego vitam ęternam do eis: ꝛ non peribunt in ęternũ: ꝛ non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, qđ dedit mihi, maius omnib⁹ est: ꝛ nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ꝛ pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Judęi, vt lapidarẽt euꝫ. Rñdit eis Jesus. Multa bona opera ostẽdi vobis ex patre meo: ꝑpter quod eorũ opus me lapidatis? Responderunt ei Judęi. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: ꝛ quia tu, homo cuꝫ sis, facis teipsum Deum. Respõdit eis Jesus. Nonne scriptũ est in lege vestra: ego
Ps. 81. dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei fact⁹ est, ꝛ non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit ꝛ misit in mundum: vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum? Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autẽ facio: ꝛ si mihi nõ vultis credere, operib⁹ credite: vt cognoscatis, ꝛ credatis, quia in me est pater, ꝛ ego in pr̃e.
Ps. 58. Offertorium. Eripe me de inimicis meis Deus meus: ꝛ ab insurgentibus in me libera me domine. Secreta.

Annue nobis misericors De⁹: vt hostias placationis ꝛ laudis sincero tibi deferamus obsequio. Per. Deinde Protege. vel Oblatis. 49.
Ps. 25. Cõmu. Lauabo inter innocentes manus meas, ꝛ circundabo altare tuum dñe: vt audiam vocem laudis tuę, ꝛ enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Postcommunio.

Cęlestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis ꝛ sacramẽti causa sit, ꝛ salutis. Per dominũ. Deinde Quęsumus dñe. vel Hęc nos, quesumus. fol. 49. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Adesto supplicationibus nr̃is oṗs De⁹: ꝛ qb⁹ fiduciã sperandę pietatis indulges, cõsuetę misericordię tribue benign⁹ effectũ. Per.

FERIA QVINTA.

Statio ad Sanctum Apollinarem: Non dr̃ Judica me Deus. Intro.



Omnia quę fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, ꝛ mãdatis tuis nõ obediuimus: sed da gloriam nomini tuo: ꝛ fac nobiscum secundum multitudinem misericordię tuę. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Omnia quę fecisti. Oratio. Dan. 3 Ps. 118

Presta, q̃s oṗs Deus: vt dignitas ꝯditionis humanę p̃ immoderantiã sauciata, medicinalis parsimonię studio reformetur. Per dñm. Deinde Ecclesię. vel Deus om. 48.

Lectio Danielis prophete.

In diebus illis. Orauit Daniel dñm dicens. Dñe Deus nr̃, ne quęsumus, tradas nos in perpetuuꝫ propter nomen tuuꝫ: ꝛ ne dissipes testamentum tuũ: neqꝫ auferas misericordiã tuã a nobis, propter Abrahaꝫ dilectum tuum, ꝛ Isaac seruum tuũ, ꝛ Israel sanctum tuuꝫ: quibus locutus es: pollicens, ꝙ multiplicares semen eorũ sicut stellas cęli, ꝛ sicut arenam, cap. 3.

nã quę est in littore maris. Quia dñe immінuti sumus plus quam omnes gentes: sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tẽpore hoc princeps, ⁊ propheta, ⁊ dux, neq; holocaustum, neq; sacrificiũ, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarũ coraз te, vt possimus inuenire misericordiã tuã: sed in animo cõtrito, ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietũ, ⁊ taurorũ, ⁊ sicut in millibus agnorũ pinguium: sic fiat sacrificium nostrũ in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est ꝯfusio ꝯfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: ⁊ timemus te: ⁊ quęrimus faciem tuam. Ne ꝯfundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinẽ tuam, ⁊ secundum multitudinem misericordię tuę. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis: ⁊ da gloriam nomini tuo, dñe. Et cõfundantur omnes qui ostendũt seruis tuis mala: cõfundantur in omnipotentia tua, ⁊ robur eoruз cõterať. Et sciant, quia tu es dñs Deus solus, ⁊ gloriosus super omnem terram, domine Deus noster.

ps. 95. Graduale. Tollite hostias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta

ps. 28. eius. ℣. Reuelabit dominus cõdensa: ⁊ in templo eius omnes dicent gloriam.

Sequentia scti euãgelij ßm Lucam.

cap. 7. In illo tpe: Rogabat Jesuз quidam Pharisęus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisęi, discubuit. Et ecce mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod Jesus accubuit in domo pharisęi, attulit alabastrum vnguẽti: ⁊ stans retro secus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Uidens autem Pharisęus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique, quę ⁊ qualis esset mulier, quę tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fęneratori, vnus debebat denarios quingentos, ⁊ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit. Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierez, dixit Simoni. Uides hanc mulierẽ? Intraui in domũ tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hęc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autẽ ex quo intraui, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hęc autez vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multuз. Cui autez minus dimittiť, minus diligit. Dixit autẽ ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus, ⁊ fleuimus: dum recordaremur tui Sion. ps.

Secreta.

Domine Deus noster, qui ĩ his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidium condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda cõstitui: tribue quęsum⁹: vt ⁊

vitę nobis præsentis auxiliuz, ⁊ ęter-
nitatis efficiant sacramentum. Per.
Protege. vel Oblatis. f.49. Cõmu.
ps.118 Memento verbi tui seruo tuo domine, in
quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est
in humilitate mea. Postcommunio.

Quod ore sumpsimus dñe, pu-
ra mente capiamus: ⁊ de mu-
nere temporali, fiat nobis remedium
sempiternum. Per dominum nost.
Deide O. uęsum⁹. vel Hęc nos.48.
Super populum. Oremus. Humiliate
capita vestra Deo. Oratio.

Esto, q̃s dñe, propitius plebi
tuę: vt, quę tibi non placent
respuentes, tuorum repleantur dele-
ctationibus mandatorum. Per do.

FERIA SEXTA.
Statio ad Sanctum Stephanum in
Celio monte.

Non di: Judica me De⁹. Introit⁹.
ps. 30. Miserere mei Domine, quo-
niam tribulor: libera me, ⁊
eripe me de manibus ini-
micorum meorum, ⁊ a per-
sequentibus me: domine
non confundar, quoniam inuocaui te. ps.
ibidez. In te domine speraui, nõ confundar in ęter
num: in iustitia tua libera me. Miserere
mei domine. Oratio.

Cordibus nostris, quęsumus
dñe, gratiam tuam benignus
infunde: vt peccata nostra castigatio
ne volũtaria cohibentes, tẽporaliter
potius maceremur, quam supplicijs
deputemur ęternis. Per dominuz.
Deinde Ecclesię. vel Deus om-
nium fidelium pastor. folio.48.

Lectio Jeremię prophetę.
ca. 17. In dieb⁹ illis: Dixit Jeremias.
Dñe, omnes q te derelinquũt,
confundentur: recedentes a te, in ter-
ra scribentur: qm̃ dereliquerunt ve-
nam aquarũ viuẽtiũ dñm. Sana me
dñe, ⁊ sanabor: saluũ me fac, ⁊ saluus
ero: quoniã laus mea tu es. Ecce ipsi
dicunt ad me, vbi est verbum Dñi?
Veniat. Et ego non sum turbatus, te
pastorez sequens: ⁊ diẽ hominis non
desideraui, tu scis. Quod egressum
est de labijs meis, rectũ in conspectu
tuo fuit. Non sis mihi tu formidini:
spes mea tu in die afflictionis. Con-
fundant qui me persequuntur, ⁊ nõ
confundar ego: paueant illi, ⁊ non
paueam ego. Induc super eos diem
afflictionis: ⁊ duplici contritione cõ-
tere eos, domine Deus noster.

Gradua. Pacifice loquebantur mihi ini- ps. 34.
mici mei: ⁊ in ira molesti erant mihi. ℣. Vi-
disti domine: ne sileas, ne discedas a me.
Tractus. Dñe, non secundũ peccata no- ps.102
stra, quę fecimus nos: neque secundum ini-
quitates nostras retribuas nobis. ℣. Do
mine, ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarũ: cito anticipent nos misericordię
tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. ps.78.
Adiuua nos Deus salutaris nr̃: ⁊ propter
gloriã nominis tui dñe libera nos: ⁊ propiti⁹
esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Joannem.

In illo tpe. Collegerunt ponti- ca. 11.
fices, ⁊ pharisęi conciliũ aduer-
sus Jesum: ⁊ dicebãt. Quid facim⁹?
quia hic homo multa signa facit? Si
dimittimus eum sic: omnes credent
in euz. Et venient Romani, ⁊ tollent
nostrum locum, ⁊ gentẽ. Unus autẽ
ex ipsis, Cayphas nomine, cum esset
põtifex anni illius, dixit eis. Vos ne-
scitis quicquam, nec cogitatis: quia
expedit vobis, vt vn⁹ moriat̃ homo
pro pplo, ⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc
autẽ a semetipso nõ dixit: sed cũ esset
pontifex anni illius, prophetauit, q̃a

Jesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, q erant dispersi, congregaret in vnuz. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud Judeos: sed abijt in regionem iuxta desertũ, in ciuitaté quę dicitur Ephré: & ibi morabatur cum discipulis suis.

ps. 118 Offert. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: & non tradas calumniantibus me superbis: & respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

Presta nobis misericors Deus: vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: & eorum perpetua participatione saluari. Per do.

Deinde Protege. vel Oblatis. 49.

ps. 26. Cõmu. Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Sumpti sacrificij dñe perpetua nos tuitio nõ derelinquat: & noxia sẽp a nobis cũcta depellat. Per.

Deide Quęsum⁹. vel Hęc nos. 49.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Concede, q̃s omps Deus: vt, qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per d.

S A B B A T O.

Statio ad Sanctum Joannem ante portam Latinam.

Nõ dr Judica me Deus. Introit⁹.

ps. 30. Miserere mihi domine, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a persequentibus me: domine non confundar, quoniam inuocaui te. ps.

ibidez. Jn te domine speraui, nõ confundar in ęternum: in iustitia tua libera me. Miserere mihi domine. Oratio.

Proficiat, q̃s dñe, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quãto maiestati tuę fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per dominum.

Deinde Ecclesię. vel De⁹ oĩuz. 48.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis. Dixerunt impij Judęi adinuicẽ. Uenite, cogitemus cõtra iustum cogitationes. Nõ enim peribit lex a sacerdote, nec cõsilium a sapiẽte, nec sermo a propheta. Uenite, pcutiamus eũ lingua: & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attẽde dñe ad me: & audi vocez aduersariorũ meorũ. Nũquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueã animę meę? Recordare, q steterim in ɔspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum: & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eoruz in famẽ: & deduc eos i manus gladij. Fiant vxores eoruz absqz liberis, & viduę: & viri earũ interficiãtur morte: iuuenes eorũ confodiãtur gladio in prelio: Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim sup eos latronem repente: quia foderũt foueam vt caperẽt me, & laqueos abscõderunt pedibus meis. Tu autem dñe scis omne cõsilium eo⁊ aduersũz me in mortẽ. Ne ppitieris iniquitati eorum: & peccatum eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruẽtes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, domine Deus noster. cap. 18

Gradua. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti domine, ne sileas: ne discedas a me. ps. 34

Seq. scti euang. sm Joannem.

In illo tpe, Cogitauerunt principes cap. 11

cipes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Judęis, & credebãt in Jesum. In crastinũ autem turba multa, quę venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Jerosolymã: acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiaz ei, & clamabant: Hosanna, bñdictus qui venit in nomine dñi, rex Jsrael. Et inuenit Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinę. Hęc non cognouerunt discipuli eius primũ: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hęc scripta erant de eo, & hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quę erat cum eo, quãdo Lazarũ vocauit de monumẽto, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiaz venit ei turba: quia audierunt euz fecisse hoc signum. Pharisęi ergo dixerunt ad semetipsos. Uidetis, quia nihil pficimus? Ecce mundus totus post ipsum abit. Erant autem quidã Gẽtiles ex his q ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilęę: & rogabant eum dicentes. Dñe, volumus Jesum videre. Uenit Philiphus, & dicit Andreę. Andreas rursuz & Philippus dixerunt Jesu. Jesus autem respondit eis, dicens. Uenit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granũ frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit: ipsum soluz manet. Si autem mortuũ fuerit, multum fructũ affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam ęternã custodit eã. Si qs mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et qd dicam? Pr̃ clarifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Uenit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: & iterum clarificabo. Turba ergo q̃ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respondit Jesus, & dixit. Non propter me venit hęc vox, sed propter vos. Nũc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahaz ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significãs qua morte esset moritur⁹.) Rñdit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in ęternũ: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis est: Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat ĩ tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Jesus: & abijt, & abscondit se ab eis.

Offerto. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: & non tradas calũniantibus me superbis, & respondebo exprobrantibus mihi verbum. ps. 118

Secreta.

A Cunctis nos, quęsumus dñe, reatib⁹, & periculis propitiat⁹ absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dñm. Deinde Protege nos. vel Oblatis. folio. 49.

Communio. Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est ps. 26.

est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̄s dñe Deus nr̄: vt huius semper participatiõe viuamus. Per. Deĩde O. uęsum⁹. vel H ęc nos. 48. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tueat̃, q̄s dñe, dextera tua populum deprecanté, ⁊ purificatum dignãter erudiat: vt cõsolatione p̄senti ad futura bona proficiat. Per do.

IN DIE PALMARVM.



Completa tertia, ⁊ facta aspsione aquę more solito: sacerdos pcedit indut⁹ pluuiali violaceo, cum ministris indutis eiusdé coloris: ⁊ ramis ĩ medio ante altare, vel ad cornu Epistolę positis, a choro cantat̃ Añ.

Matt. 11. Hosanna filio Dauid: bñdictus q venit in noie dñi. O rex Isrl̃: Hosanna in excelsis. Deinde dicit sacerdos. Dñs vobisc. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oratio.

Deus, quem diligere, ⁊ amare iustitia est: ineffabilis gratię tuę ĩ nobis dona multiplica: ⁊ qui fecisti nos in morte filij tuis sperare quę credimus: fac nos eodé resurgente peruenire quo tédimus. Qui tec. Postea Subdiacon⁹ in loco solito cãtat sequété lcõ. ĩ tono Eplę, ⁊ in fine osculat̃ manũ sacerdo.

Lectio Libri Exodi.

In dieb⁹ illis. Venerunt filij Israel in Elim, vbi erãt duodecĩ fontes aquarũ, ⁊ septuaginta palmę: ⁊ castrametati sũt iuxta aquas. Profectiq; sunt de Elim: ⁊ venit omnis multitudo filiorũ Israel in desertum Sin, qđ est inter Elim, ⁊ Sinai, qnto decimo die mẽsis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit oĩs ꝯgregatio filioꝝ Israel cõtra Moysen ⁊ Aarõ in solitudine. Dixerũtq; ad eos filij Israel. Utinã mortui essem⁹ p manũ dñi ĩ terra Ægypti, qñ sedebamus super ollas carniũ, ⁊ comedebam⁹ pané ĩ saturitate. Cur induxistis nos ĩ desertũ istud, vt occideretis oém multitudiné fame? Dixit aũt dñs ad Moysé. Ecce ego pluã vobis pané de cęlo. Egrediatur ppls, ⁊ colligat q̄ sufficiũt p singulos dies: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an nõ. Die auté sexto parent quod inferant: ⁊ sit duplũ quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq; Moyses ⁊ Aaron ad omnes filios Israel. Vespere scietis q̄ dñs eduxerit vos de terra Ægypti: ⁊ mane videbitis gloriam eius. Deinde cantatur pro Graduali. ℟. Collegerunt pontifices, ⁊ pharisęi concilium, ⁊ dixerunt: quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, ⁊ tollent nostrum locum ⁊ gentem. ℣. Unus autem ex illis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, prophetauit dicens. Expedit vobis, vt vnus moriat̃ homo pro populo, ⁊ nõ tota gẽs pereat. Ab illo

ca. 15. ca. 16. Jo. 11.

Ab ergo die cogitauerunt interficere eum: dicentes. Et venient. Uel aliud ℟.

Matt. 26. In monte Oliueti orauit ad patrem: pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma: fiat voluntas tua.

℣. Uigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Postea legitur euangelium.


Sequētia scti euang. sm Mattheū.

ca. 21. In illo tpe. Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, ⁊ venisset Bethphage ad montē Oliueti: tūc misit duos discipulos suos, dicēs eis. Jte in castellū qd cōtra vos est: ⁊ statim inuenietis asinam alligatā, ⁊ pullum cum ea. Soluite, ⁊ adducite mihi. Et si qs vobis aliqd dixerit: dicite, quia dñs his opus habet: ⁊ confestim dimittet eos. Hoc autem totum factū est: vt adimpleret quod dictū est per prophetā, dicētē. Dicite filię

Zacch. 9. Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinā, ⁊ pullum, filiū subiugalis. Eūtes autē discipuli, fecerunt sicut pceperat illis Jesus. Et adduxerūt asinā, ⁊ pullū: ⁊ iposuerūt sup eos vestimēta sua, ⁊ eū desup sedere fecerunt. Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua i via. Alij aūt cędebāt ramos de arboribus, ⁊ sternebant in via. Turbę autē quę pręcedebant, ⁊ quę sequebantur, clamabant, dicētes: Hosanna filio David: benedictus qui venit in noie Dñi.

Post hec benedicuntur rami: ⁊ tūc dicit sacerdos. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Auge fidē in te sperātiū Deus, ⁊ supplicum preces clementer exaudi: ⁊ veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur, ⁊ hi palmites palmarū seu oliuarū: ⁊ sicut i figura Ecclię multiplicasti Noe egrediētē de arca, ⁊ Moysen exeuntē de Ægypto cū filijs Jsrael: ita nos portātes palmas ⁊ ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Chro, ⁊ p ipsum in gaudiū introeamus ęternum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus






vobiscum. ℟. Et cum spiritu



tuo. ℣. Sursum corda. ℟.





Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamus dño Deo nostro.


℟. Dignum ⁊ iustum est.


V e-


Uere dignum τ iustum est, ęquū



τ salutare: nos tibi semp τ vbique



gratias agere, dñe sancte, pa-


ter omnipotens, ęterne Deus.



Qui gloriaris in con silio san-



ctorū tuo℞. Tibi enim seruiunt



creaturę tuę: quia te solum au-


torē τ Deum cognoscunt: τ om


nis factura tua te collaudat:



τ bene di cunt te sancti tui.


Quia illud magnū vni ge niti



tui nomen corā regibus, τ po-



testatibus huius sęculi li be ra


voce confitentur. Cui assistunt


Angeli, et Archāgeli, Throni


et Dominationes: cumqз om-


ni mi li tia cęlestis exercitus,



hymnum glorię tuę cōcinunt

sine





Cantat̃ Sanctus. a choro vt sequit̃.














Sequitur Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oȓo.

Petimus, dñe sancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus: vt hanc creaturam oliuę, quam ex ligni materia pꝛodire iussisti, quamqꝫ columba rediens ad arcam pꝛopꝛio pertulit oꝛe: bene✠dicere, ꝛ sancti✠ficare digneris: vt quicunqꝫ ex ea acceperint, accipiant sibi pꝛotectionem animę ꝛ coꝛpoꝛis, fiatq́ꝫ domine, nostrę salutis remedium, tuęq́ꝫ gratię sacramentum. Per Chꝛistum dñm nrm. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, qui dispersa congregas, ꝛ congregata ꝯseruas: qui populis obuiam Jesu ramos poꝛtantibus benedixisti: bñ✠dic etiaꝫ ꝛ hos ramos palmę ꝛ oliuę, quos tui famuli ad honoꝛem nominis tui fideliter suscipiunt: vt in quemcunq́ꝫ locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatoꝛes loci illius cõsequantur: ꝛ omni aduersitate effugata, dextera tua pꝛotegat quos redemit Jesus Chꝛistus filius tuus domin⁹ noster. Qui tecum viuit, ꝛ regnat in secula seculoꝛum. Oremus. Oratio.

Deus, qui miro dispositionis oꝛdine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostrę salutis ostendere voluisti: da quęsumus: vt deuota tuoꝛum turba fidelium, salubꝛiter intelligat, quicqd mystice designat̃ in facto: q̃ hodie cęlesti lumine afflata, redẽptoꝛi obuiã ꝓcedẽs, palmarum, atq́ꝫ oliuarũ ramos vestigijs eius substrauit. Palmaruꝫ igit̃ rami de moꝛtis pꝛincipe triumphos expectant: surculi vero oliuarum spiritalem vnctionẽ aduenisse quodammodo clamant. Intellexit enim iaꝫ tunc illa hominuꝫ beata multitudo pręfigurari: quia redẽptoꝛ noster humanis condolẽs miserijs, ꝑ totius mũdi vita cũ moꝛtis pꝛincipe esset pugnaturus, ac moꝛiendo triumphaturus. Et ideo talia obsequens administrauit, quę in illo ꝛ triũphos victoꝛię, ꝛ misericoꝛdię pinguedinem declararent. Quod nos quoqꝫ plena fide, ꝛ

factum

factum & significatum retinentes, te dñe sancte, pater omnipotens, eterne Deus, per eundem dñm nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus: vt in ipso atq; per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriã reportantes, ipsius gloriose resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecũ vi. Oremus.

Deus, qui per oliue ramũ pacẽ terris colũbam nũciare voluisti: p̃sta q̃s: vt hos oliue, ceterarũq; arborum ramos, celesti bene ✠ dictione sanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Christũ dominum nostrum. Oremus.

Bene ✠ dic, quesumus domine, hos palmarum seu oliuarũ ramos: & presta: vt, quod populus tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione p̃ficiat, de hoste victoriã reportando, & opus misericordie summopere diligẽdo. Per Chr̃m d.

Hic rami asperguntur aqua benedicta, dicendo añam, Asperges me, sine cantu, & sine psalmo: & incensantur oliue. Deinde dicit sacerdos.

Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus, qui filium tuum Jesum Christum dñm nostrum pro salute nostra in hunc mũdum misisti: vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiaz dum Jerusalem veniret, vt adimpleret scripturas, credentium populorum turba, fidelissima deuotione vestimẽta sua cum ramis palmarum in via sternebant: p̃sta quesumus: vt illi fidei viam preparemus: de qua remoto lapide offensionis & petra scandali, frõdeãt apud te opera nostra iustitie ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecũ.

Postea sacerdos stans ante altare versus ad populuz distribuit ramos, primo clericis, deinde laicis: & interim a choro cantantur Antiphone.

Pueri Hebreorum portantes ramos oliuarum, obuiauerunt domino, clamantes, & dicẽtes: Hosanna in excelsis. Alia Aña.

Pueri Hebreorum vestimenta prosternebant in via: & clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Que si nõ sufficiãt, repetant quousque ramorum distributio finiat. Deinde dicit Sacerdos. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

Omñps sempiterne Deus, q dominuz nostrũ Jesuz Christuz, super pulluz asine sedere fecisti: & turbas populorũ vestimenta vel ramos arborum in via sternere, & hosanna decãtare in laudẽ ipsius docuisti: da quesumus: vt illorũ innocentiaz imitari possimus, & eorum meritum consequi mereamur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea fit processio: & cantantur sequentes añe, vel omnes, vel aliqua, quousq; durat p̃cessio. Antiphona.

Cum appropinquaret dominus Jerosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicẽs: Ite in castellum, quod est contra vos: & inuenietis pullum asine alligatum, super quez nullus hominum sedit: soluite, & adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dicite: opus domino est. Soluẽtes adduxerũt ad Jesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebant vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: Et qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis: miserere nobis

bis fili David. Alia Antiphona.

Cum audisset populus, quia Jesus venit Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum: & exierunt ei obuiam, & clamabant pueri dicentes: Hic est qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, & redemptio Israel. Quantus est iste, cui throni, & dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinę, sicut scriptum est. Salue rex fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

Alia Antiphona.

Ante sex dies solēnis paschę, quando venit dominus in ciuitatem Jerusalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum: & clamabant voce magna, dicentes. Hosanna in excelsis: benedictus qui venisti in multitudine misericordię tuę, Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona.

Occurrunt turbę cum floribus, & palmis redemptori obuiam: & victori triumphanti digna dant obsequia. Filium Dei ore gentes prędicant: & in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona.

Cum angelis & pueris, fideles inueniamur triumphatori mortis clamantes: Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona.

Turba multa, quę conuenerat ad diem festum clamabat domino: benedictus qui venit in nomine Dñi: Hosanna in excelsis.

¶ In reuersione Processionis ad Ecclesiā, duo vel quatuor ad plus intrāt, & clauso ostio stātes ꝟsa facie ad pressionē incipiunt ℣. Gloria laus. Et totū decantant vsq; ad Israel es tu rex. Sacerdos vero cū alijs stantibus extra ecclesiā, repetit illud idē. Deinde stantes intus, cantant ꝟsus sequentes: vel omnes, vel partē: pro dispositione cātoꝝ. Et stantes extra, ad quoslibet duos versus respōdent. Gloria laus. sicut a principio. ℣.

Gloria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor.
Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.
Israel es tu rex, Dauidis & inclyta proles.
Nomine qui in domini, rex benedicte, venis. ℟. Gloria, laus.
Cętus in excelsis te laudat celicus oīs,
Et mortalis homo, cuncta creata simul. ℟. Gloria, laus.
Plebs Hebręa tibi cum palmis obuia venit.
Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus.
Hi tibi passuro soluebant munia laudis.
Nos tibi regnanti panginus ecce melos. ℟. Gloria, laus.
Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra.
Rex bone, rex clemēs, cui bona cūcta placent. ℟. Gloria, laus.
Fecerat Hebręos hos gloria sanguinis almi.
Nos facit Hebręos transitus ecce pius. ℟. Gloria, laus.
Sis pius ascensor tu, & nos simus asellus.
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei. ℟. Gloria, laus.
Vestis aplīcę rutilo fulgore tegamur.
Te bene docta, vt ea, nostra caterua vehat. ℟. Gloria, laus.
Tegmine sic animę sternamus corpora nostra.
Quo per nos semper sit via tuta tibi. ℟. Gloria, laus, & honor.
Sit pia pro palmę nobis victoria ramis.

Ut tibi victrici sorte canamus ita.
℣. Gloria, laus, & honor.
Postea intrat processio ecclesiam cantando. ℟. Ingrediente Domino in sanctam ciuitatem, Hebręorum pueri resurrectionem vitę prenunciantes, Cum ramis Palmarum Hosanna clamabant in excelsis. ℣. Cum audisset populus, quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt obuiam ei. Cum ramis palmarum Hosanna.
Et non dicitur Gloria patri.

DOMINICA IN PALMIS.



Statio ad sanctum Joannem in Laterano.

Non dr̄ Judica me Deus. Introitus.

ps. 21. Domine, ne lōge facias auxilium tuū a me, ad defensionem meā aspice: libera me de ore leonis, & a cornibus vnicorniū humilitatē meā.
ibidē. ps. Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. Dn̄e ne. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus: q humano generi ad imitandū humilitatis exemplum Saluatorē nr̄m carnem sumere, & crucē subire fecisti: cōcede propitius: vt & patiētię ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem.
Et hęc oratio tantum dicitur.
Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Fratres: Hoc eniz sentite in vobis, quod & in Christo Jesu. cap. 2
Qui cum in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsū, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomē: vt in nomine Jesu, omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. Graduale. (Hic genuflectitur.)

Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cū gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus Jsrael Deus rectis corde: mei autē pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Ps. 72.
Tractus. Deus, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? ℣. Longe a salute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, & non ad insipientiam mihi. Ps. 21.
℣. Tu autem in sancto habitas, laus Jsrael. ℣. Jn te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.
℣. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.
℣. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. ℣. Omnes, qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labiis, & mouerunt

nerunt caput. ℟. Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. ℟. Ipsi vero considerauerunt ⁊ conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meam miserunt sortez. ℟. Libera me de ore leonis: ⁊ a cornibus vnicornium humilitatem meam. ℟. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Jacob magnificate eum. ℟. Annunciabitur domino generatio ventura: ⁊ annunciabunt celi iustitiam eius. ℟. Populo qui nascetur, quem fecit dominus.

¶ Passio Dñi incipit absolute: non dr Munda cor meum. non petit benedictio, non deferuntur luminaria, nec incensum: non dr Dñs vobiscū, nec respondet Gloria tibi dñe. Peruento tñ ad partem illaz que in tono euangelij legitur, dr Mūda cor meū. petitur benedictio, ⁊ incensatur liber. Quod ⁊ in alijs diebus seruatur, qñ legit Passio. In paraseue autē nec petitur bñdictio, nec incēsatur liber.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Mattheum.

Ps. 26.



In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis. ✠ Scitis quia post biduuz pascha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C Tunc congregati sunt principes sacerdotum, ⁊ seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ⁊ concilium fecerunt, vt Jesuz dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebāt autē. S Non in die festo. C Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, ⁊ effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes. S Ut quid perditio hec? potuit enim vnguentum istud venundari multo, ⁊ dari pauperibus. C Sciens autem Jesus, ait illis. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonū operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscū: me autem nō semper habebitis. Mittens eniz hec vnguētū hoc in corpus meum: ad sepeliendū me fecit. Amē dico vobis: vbicūq predicatum fuerit hoc euangelium ī toto mundo, dicetur ⁊ quod hec fecit in memoriaz eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ⁊ ait illis. S Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? C At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. S Ubi vis paremus tibi comedere pascha? C At Jesus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quēdam: ⁊ dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. C Et fecerunt discipuli, sicut cōstituit illis Jesus: ⁊ parauerunt pascha. Uespere autem facto, discumbebat cum duodecim Discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus vestrū me traditurus est. C Et cōtristati valde, ceperunt singuli dicere. S Nunqd ego sum dñe? C At ipse respondens, ait. ✠ Qui intingit mecuz manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est dē illo. Ue autem homini illi, per quē filius hominis

nis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. ℂ Rñdens autem Judas qui tradidit eum, dixit. S Nunquid ego sum rabbi? ℂ Ait illi. ✠ Tu dixisti. ℂ Cenátibus autē eis, accepit Jesus panem, ꝛ benedixit, ac fregit, deditq́ꝫ discipulis suis: ꝛ ait. ✠ Accipite, ꝛ comedite. Hoc est corpus meum. ℂ Et accipiens calicem, gratias egit: ꝛ dedit illis, dicens. ✠ Bibite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis meꝰ noui testamēti, q̄ ꝓ multis effundetur in remissionē pctóꝝ. Dico aūt vobis: non bibā amodo de hoc genimine vitis, vsq́ꝫ in diē illuꝫ, cum illud bibā vobiscū nouū, in regno patris mei. ℂ Et hymno dicto, exierunt in montē Oliueti. Tūc dicit illis Jesus. ✠ Omnes vos scādalū patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiā pastorē, ꝛ dispgent oues gregis. Postquā autem resurrexero, pręcedam vos in Galileam. ℂ Rñdēs autē Petrus, ait illi. S Et si omnes scādalizati fuerint in te, ego nunquā scandalizabor. ℂ Ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequā gallus cantet, ter me negabis. ℂ Ait illi Petrus. S Etiam si oportuerit me mori tecuꝫ, non te negabo. ℂ Similiter ꝛ omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quę dicit Gethsemani, ꝛ dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic, donec vadā illuc, ꝛ orem. ℂ Et assūpto Petro, ꝛ duobus filijs Zebedei, cępit ꝯtristari ꝛ męstus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq́ꝫ ad mortem. Sustinete hic, ꝛ vigilate mecum. ℂ Et pgressus pusillum, pcidit in faciē suā, orans, ꝛ dicens. ✠ Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. ℂ Et venit ad discipulos suos, ꝛ inuenit eos dormientes: ꝛ dicit Petro. ✠ Sic? Nō potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, ꝛ orate: vt non itretis i tētationē. Spūs qdē ꝓmptꝰ est, caro autē infirma. ℂ Iterū secundo abijt, ꝛ orauit, dicens. ✠ Pr̄ mi, si non potest hic calix transire, nisi bibā illū: fiat voluntas tua. ℂ Et venit iterꝝ, ꝛ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis, iterꝝ abijt, ꝛ orauit tertio, eundē sermonē dicens. Tūc venit ad discipulos suos, ꝛ dicit illis. ✠ Dormite iam ꝛ reqescite: Ecce appropinquauit hora: ꝛ filius hoīs tradetur in manus pctóꝝ. Surgite, eamus: ecce appropinquauit q̄ me tradet. ℂ Adhuc eo loquēte, ecce Judas, vnus de duodecim venit, ꝛ cū eo turba multa cū gladijs, ꝛ fustibus, missi a principibus sacerdotū, ꝛ senioribus pplī. Qui aūt tradidit eū, dedit illis signū, dicens. S Quēcūq́ꝫ osculatꝰ fuero, ipse est, tenete eū. ℂ Et ꝯfestim accendēs ad Jesū, dixit. S Aue rabbi. ℂ Et osculatus est eum. Dixitq́ꝫ illi Jesus. ✠ Amice, ad qd venisti? ℂ Tūc accesserunt, ꝛ manꝰ iniecerunt in Jesum: ꝛ tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his qui erant cum Jesu, extēdens manū exemit gladiū suū, ꝛ pcutiens seruum principis sacerdotū, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrē meū: et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angeloꝝ? Quomodo ergo implebuntur scripturę? quia sic oportet fieri. ℂ In illa hora dixit Jesus turbis. ✠ Tanquam ad latro-

latronez exiſtis cũ gladijs ⁊ fuſtibus cōprehendere me? Quotidie apud vos ſedebam docēs in templo: ⁊ nō me tenuiſtis. ℂ Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerētur ſcripturę pphetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jeſum, duxerunt ad Caipham prin pem ſacerdotum, vbi ſcribę ⁊ ſeniores conuenerant. Petrus autē ſequebatur eum a longe, vſq; in atriū prin pis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cū miniſtris, vt videret finē. Principes aūt ſacerdotum, ⁊ omne concilium, quęrebant falſum teſtimonium ꝯtra Jeſum, vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes, ⁊ dixerunt. S Hic dixit. Poſſūz deſtruere templum Dei, ⁊ poſt triduūz reędificare illud. ℂ Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi. S Nihil reſpondes ad ea, q̄ iſti aduerſum te teſtificātur? ℂ Jeſus autē tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. S Adiuro te per Deum viuūz, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. ℂ Dicit illi Jeſus. ✠ Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hoīs ſedentem a dextris virtutis Dei, ⁊ veniētem in nubib⁹ cęli. ℂ Tunc princeps ſacerdotū ſcidit veſtimenta ſua, dicēs. S Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtib⁹? Ecce nunc audiſtis plaſphemiam. Quid vobis videtur? ℂ At illi rñdentes dixerunt. S Reus eſt mortis. ℂ Tūc expuerunt in faciem eius, ⁊ colaphis eū cęciderunt. Alij autē palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt qui te pcuſſit? ℂ Petrus vero ſedebat foris, in atrio. Et acceſſit ad eum vna ancilla, dicens. S Et tu cum Jeſu Galilęo eras. ℂ At ille negauit coram omnibus dicens. S Neſcio quid dicis. ℂ Exeunte autem illo ianuam, vidit eū alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. S Et hic erat cum Jeſu Nazareno. ℂ Et iterum negauit cum iuramento, quia nō noui hominē. Et poſt puſillū acceſſerunt qui ſtabant: ⁊ dixerunt Petro. S Vere ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifeſtum te facit. ℂ Tunc cępit deteſtari ⁊ iurare: qa nō nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus ỽbi Jeſu quod dixerat: Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare. Mane autem facto, ꝯſilium inierunt oēs principes ſacerdotum, ⁊ ſeniores populi aduerſum Jeſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, ⁊ tradiderunt Pontio Pilato pſidi. Tunc vidēs Judas q tradidit eum, quod damnatus eſſet: pęnitētia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū, ⁊ ſenioribus, dicens. S Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. ℂ At illi dixerunt. S Quid ad nos. Tu videris. ℂ Et proiectis argenteis in templo, receſſit: ⁊ abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt. S Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. ℂ Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt qđ dictum eſt per Jeremiam pphetam, dicentem. Et acceperunt tri

ginta argēteos p̄ciuz appreciati, quē appciauerunt a filiis Israel: ⁊ dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dñs. Jesus autem stetit ante p̄sidē. Et interrogauit eum Preses, dicēs. S Tu es rex Judeoꝝ? C Dicit ei Jesus. ✝ Tu dicis. C Et cum accusaret̄ a principibus Sacerdotū ⁊ Senioribus, nihil rñdit. Tūc dicit illi Pilat⁹. S Non audis quanta aduersum te dicūt testimonia? C Et non rñdit ei ad vllum verbum: ita vt miraret̄ preses vehementer. Per diem autē solēnem consueuerat p̄ses dimittere populo vnū vinctum, quē voluissent. Habebat autem tunc vinctū insignē, qui dicebat̄ Barabbas. Congregatis autē illis, dixit Pilat⁹. S Quē vultis dimittam vobis: Barabbā, an Jesum qui dicitur Chr̄s? C Sciebat enim q̄ per inuidiaz tradidissent eum. Sedente autem illo p̄ tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens. S Nihil tibi ⁊ iusto illi: multa enim passa sum per visum hodie propter eum. C Principes autē sacerdotum, ⁊ seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbaz, Jesum vero perderent. Rñdens autem preses, ait illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt. S Barabbam. C Dicit illis Pilatus. S Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? C Dicūt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis preses. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicentes. S Crucifigatur. C Uidens autez Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. S Innocens ego sum a sanguine iusti huius, Uos videritis. C Et respondens vniuersus populus, dixit. S Sanguis eius super nos, ⁊ super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Jesum in pretorio, ꝯgregauerunt ad eū vniuersam cohortē. Et exuentes eū, clamydē coccineā circundederunt ei. Et plectentes, coronam de spinis posuerunt sup̄ caput eius: ⁊ arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eū, illudebāt ei, dicētes. S Aue rex Judeoꝝ. C Et expuentes in eū, acceperunt arundinem, ⁊ p̄cutiebant caput eius. Et postquā illuserunt ei, exuerunt eum clamydē: ⁊ induerūt eū vestimentis eius, ⁊ duxerūt euz, vt crucifigerent. Euntes autem, inuenerunt hominē Cireneum, nomine Simonē. Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucē eius. Et venerunt in locū, qui dicitur Golgotha: qđ est, Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtū. Et cū gustasset, noluit bibere. Postquā autē crucifixerunt eum, diuiserunt vestimēta eius, sortē mittētes: vt adimpleretur qđ dictū est p̄ pp̄hetā, dicentez. Diuiserūt sibi vestimēta mea: ⁊ sup̄ vestē meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, ⁊ dicentes. S Uah qui destruis templum Dei, ⁊ ī triduo reedificas illud: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter ⁊ principes Sacerdotum illudentes cum Scribis

⁊ se-

⁊ seniorib⁹, dicebãt. S Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est, descendat nunc de Cruce, ⁊ credim⁹ ei. Cōfidit ĩ Deo: liberet eum nunc si vult: dixit enim, quia filius Dei sum. C Idipsū autem ⁊ latrones, qui crucifixi erant cū eo, improperabant ei. A sexta autem hora, tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq; ad horā nonam. Et circa horā nonā clamauit Iesus voce magna, dicens. ✠ Eli, Eli, lámasabactani? C Hoc est. ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliqsti me? C Quidam autem illic stantes, ⁊ audientes dicebant. S Eliaz vocat iste. C Et ɔtinuo currēs vn⁹ ex eis, acceptam spōgiā impleuit aceto: ⁊ imposuit arūdini, ⁊ dabat ei biber̄. Ceteri vero dicebãt. S Sine, videam⁹ an veniat Elias liberans eū. C Jesus aūt iterũ clamās voce magna, emisit spm̄. Hic pausat̃ aliquãtulū, ⁊ genuflectit̃. Et ecce velū tēpli scissum est in duas partes, a sūmo vsq; deorsum. Et terra mota est, ⁊ petre scisse sunt, ⁊ monumenta aperta sunt, ⁊ multa corpora sctōꝝ qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionē eius, venerunt in sanctam ciuitatē: ⁊ apparuerunt multis. Centurio autē, ⁊ qui cū eo erant custodiētes Jesum, viso terremotu, ⁊ his q̄ fiebant, timuerunt valde dicentes. S Vere filius Dei erat iste. C Erant autē ibi mulieres multe a lōge, q̄ secute erãt Jesum a Galilea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ maria Jacobi, ⁊ Joseph mater: ⁊ mr̄ filioꝝ Zebedei. Cū sero aūt factū esset, venit quidā hō diues ab Arimathia, nomine Joseph: qui ⁊ ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, ⁊ petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph inuoluit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo, qd̄ exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumēti, ⁊ abijt. Erãt aūt ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria sedentes contra sepulchrum.

C Hic dat̃ ɓndictio, ⁊ defert̃ incensū sine luminaribus, non tñ d Dñs vobiscū. ⁊ cãtat̃ in tono euãgelij. Que omnia in alijs passionib⁹ seruantur.

Altera autē die, que est post parasceuē, ɔuenerūt principes sacerdotū, ⁊ Pharisei ad Pilatum, dicentes: Dñe, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens. Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrū vsq; in diē tertiū: ne forte veniãt discipuli eius, ⁊ furētur eū: ⁊ dicant plebi, surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiā: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem, cum custodibus.

Et dicitur Credo. Offertorium.

Improperium expectauit cor meum, ⁊ miseriam: ⁊ sustinui qui simul mecum contristaretur, ⁊ non fuit: consolantem me quesiui, ⁊ non inueni: ⁊ dederunt in escam meam fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Secreta. Ps. 68.

Concede, q̄s dñe: vt oculis tue maiestatis mun⁹ oblatū, ⁊ gratiā nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectū bt̄e perēnitatis acqrat. Per do. Matt. 26.

Communio. Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Postcommunio.

Per huius dñe operationem misterij, ⁊ vitia nostra purgentur: ⁊ iusta desideria compleantur. Per.

FERIA SECVNDA
Maioris hebdomadę.
Statio ad sanctam Praxedem.
Nō dr Iudica me Introitus.
ps. 34. IUdica domine nocētes me: expugna impugnantes me: apprehende arma, & scutū, & exurge in adiutoriū meū, domine virtus salutis meę.
ibidē. ps. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequūtur me: dic animę meę, salus tua ego sum. Iudica domine nocentes me. Orō.
OA, quęsumus oīpotens Deus: vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedēte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem. Deinde Ecclesię. vel Deus omnium. f. 48.
Lectio Isaię prophetę.
ca. 50. IN diebus illis. Dixit Isaias. Dn̄s Deus aperuit mihi aurē: ego aūt non ɔtradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dn̄s Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam: & scio quoniā non confundar. Iuxta est q̄ iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul: quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiens vocem serui sui? Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur super dominum Deum suum.
ps. 34. Graduale. Exurge domine, & intēde iudicio meo Deus meus, & dominus meus in causam meam. ℣. Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui me persequuntur.
Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. ps. 102.
Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ps. 78.
Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.
ANte sex dies Paschę venit Iesus Bethaniam, vbi Lazarus cap. 12.
fuerat mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cęnā ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discūbentibus cum eo. Maria ergo accepit librā vnguenti nardi pistici p̄ciosi: & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius: & dom⁹ impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum nō venijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed q̄a fur erat, & loculos habens, ea q̄ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus. Sine illam, vt in diem sepulturę meę seruet illud. Paupes enim semp habebitis vobiscū: me aūt non semp habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudęis, q̄a illic esset: & venerunt, non p̄pter Iesuz tātū, sed vt Lazarū viderent, quem suscitauit a mortuis.
Offertorium. Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā: q̄a Deus meus es tu. Sec. ps. 142.

HÆc sacrificia nos omnipotens Deus potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per dominum nostrũ. Deinde Protege vel Oblatis. 49.
ps. 34. Communio. Erubescant, et reuereantur simul, qui gratulant malis meis: induantur pudore et reuerẽtia, qui maligna loquuntur aduersum me. Postcommunio.
PRębeant nobis dñe diuinũ tua sancta feruorẽ: quo eorum pariter et actu delectemur, et fructu. Per d. Deinde Quęsumus. vel Hęc nos fol. 49. Super populum Oremus. Humiliate capita vestra Deo.
ADiuua nos Deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dñm.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Priscam. Non dicitur Iudica me. Introitus.
Gal. 6 NOs autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quẽ saluati, et liberati sumus.
ps. 66 ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Nos autem. Oratio.
OMnipotẽs sempiterne Deus, da nobis ita Dominicę passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem dominum. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium. fol. 48.
ca. 11. Lectio Jeremię prophetę.
IN diebus illis: Dixit Jeremias. Domine demõstrasti mihi, et cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: et nõ cognoui, quia cogitauerunt sup me consilia, dicentes. Venite, mittam⁹ lignum in panem eius, et eradamus eũ de terra viuentium, et nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth, qui iudicas iuste, et probas renes et corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam: domine Deus meus.
Graduale. Ego autem dum mihi molesti essent, induebam me cilicio, et humiliabam in ieiunio animam meam, et oratio mea in sinu meo conuertetur. ps. 34.
℣. Judica domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Marcum.



IN illo tpe. Erat pascha et azima post biduũ: et quęrebant summi sacerdotes, et scribę quomodo Jesum dolo tenerent, et occiderẽt. Dicebant autẽ. S. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in pplo. C. Et cum esset Jesus Bethanię in domo Simonis leprosi, et recumberet: venit mulier habẽs alabastrum vnguenti nardi spicati preciosi, et fracto alabastro, effudit sup caput eius. Erãt autẽ quidam indigne ferentes intra semetipsos, et dicentes. S. Ut quid pditio ista vnguẽti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecẽtis denarijs, et dari pauperibus. C. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: et cum volueritis, potestis illis ca. 14.

benefacere: me autem non semp habebitis. Quod habuit hęc, fecit: ꝑuenit vngere corpꝰ meũ in sepulturam. Amen dico vobis: vbicũqꝫ ꝑdicatũ fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, ⁊ quod hęc fecit, narrabitur in memoriã eiꝰ. C Et Judas Jscariotes vnꝰ de duodecim abijt ad sũmos sacerdotes, vt proderet eũ illis. Qui audientes gauisi sũt: ⁊ ꝓmiserũt ei pecuniã se daturos. Et q̃rebat quo modo illum opportune trãderet. Et primo die azymorum, qñ pascha immolabant, dicũt ei discipuli. S Quo vis eamus, ⁊ paremus tibi vt manduces pascha? C Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis. ✠ Jte in ciuitatem: ⁊ occurret vobis homo lagenam aquę baiulans, sequimini eũ: ⁊ quocũqꝫ introierit, dicite dño domus, quia magister dicit. Ubi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demõstrabit cęnaculũ grande stratum: ⁊ illic parate nobis. C Et abierunt discipuli eius, ⁊ venerunt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis: ⁊ parauerunt pascha. Uespe autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis ⁊ manducantibus, ait Jesus. ✠ Amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecũ. C At illi cęperunt contristari, ⁊ dicere ei singillatim. S Nunquid ego? C Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim, qui intingit mecũ manum in catino. Et quidem filius hominis vadit, sicut scriptum est de eo. Uę autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei, si non esset natus homo ille. C Et manducantibus illis, accepit Jesus panẽ: ⁊ benedicẽs fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. ✠ Sumite: hoc est corpꝰ meũ. C Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundet. Amen dico vobis: q̃ iam non bibam de genimine vitis, vsqꝫ in diem illum, cum illud bibã nouũ in regno Dei. C Et hymno dicto, exierunt in montẽ Oliuarum. Et ait illis Jesus. ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem, ⁊ dispergentur oues. Sed postquam resurrexero, pręcedam vos in Galilęam. C Petrus autem ait illi. S Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. C Et ait illi Jesus. ✠ Amẽ dico tibi: q̃a tu hodie in nocte hac, prius quam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. C At ille amplius loquebat̃. S Et si oportuerit me simul cõmori tibi, non te negabo. C Similiter autem ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in ꝑdium, cui nomen Gethsemani: ⁊ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic, donec orem. C Et assumit Petrum, ⁊ Jacobum, ⁊ Joannẽ secum, ⁊ cępit pauere ⁊ tędere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Sustinete hic, ⁊ vigilate. C Et cum processisset paulolum, procidit super terrã: ⁊ orabat, vt si fieri posset, trãsiret ab eo hora: ⁊ dixit. ✠ Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me. Sed non q̃ ego volo: sed quod tu. C Et venit, ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait Petro. ✠ Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Uigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Et iterum abiens

orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) et ignorabant quid rñderent ei. Et venit tertio: et ait illis. ✠ Dormite iam, et requiescite. Sufficit. Uenit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus pctórum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, ppe est. C Et adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes vnus de duodecim, et cum illo turba multa cũ gladijs et lignis, missi a sũmis sacerdotibus, et scribis, et senioribus. Dederat aũt traditor eis signũ, dicens. S Quemcũqz osculatus fuero, ipse est: tenete eũ, et ducite caute. C Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et osculatus est eũ. At illi manus iniecerunt in Jesum, et tenuerunt eum. Unus autem de circunstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis, et amputauit illi auriculam. Et rñdens Jesus, ait illis. ✠ Tãquam ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in tẽplo docẽs, et non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturę. C Tunc discipuli eius relinquentes eũ, omnes fugerunt. Adolescens autẽ quidam sequebatur eũ amict⁹ sindone super nudo: et tenuerũt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jesum ad summũ sacerdotẽ: et cõuenerunt oẽs sacerdotes, et scribę, et seniores. Petrus autẽ a longe secutus est eũ, vsqz intro in atrium summi sacerdotis, et sedebat cũ ministris, et calefaciebat se ad ignem. Sũmi vero sacerdotes, et omne cõciliũ, quęrebant aduersus Jesum testimonium, vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi enim testimoniũ falsum dicebant aduersus eum: et conuenientia testimonia non erãt. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. S Quoniã nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam tẽplum hoc manufactum: et post triduum, aliud nõ manufactũ ędificabo. C Et non erat conueniens testimonium illorum. Exurgẽs aũt summus sacerdos in mediũ, interrogauit Jesum, dicens. S Non rñdes quicquã ad ea, quę tibi obijciũtur ab his? C Ille autẽ tacebat, et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eũ: et dixit ei. S Tu es Christus filius Dei benedicti? C Jesus autem dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentẽ a dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus cęli. C Summus autem sacerdos, scindẽs vestimẽta sua, ait. S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? C Qui omnes cõdẽnauerunt eum esse reũ mortis. Et cęperunt quidam cõspuere eum, et velare faciem eius, et colaphis eũ cędere, et dicerẽ ei. S Prophetiza. C Et ministri alapis eum cędebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: et cũ vidisset Petrum calefaciẽtem se, aspiciens illum, ait. S Et tu cum Jesu Nazareno eras. C At ille negauit, dicens. S Neqz scio, neque noui qd dicas. C Et exijt foras ante atriũ: et gallus cantauit. Rursus autẽ cum vidisset illum alia ancilla, cępit dicere circunstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabãt, dicebãt Petro. S Uere ex illis es: nam et Galilęus

lęus es. ¶ Ille autem cępit anathe-
matizare, ⁊ iurare: qa nescio hominē
istū quē dicitis. Et statim iterū gallus
cantauit. Et recordatus est Petrus
verbi, quod dixerat ei Jesus. Prius-
quam gallus cantet bis, ter me nega
bis. Et cępit flere. Et cōfestim, mane
consiliū facientes summi sacerdotes
cum senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso
concilio, vincientes Jesum, duxerunt
⁊ tradiderunt Pilato. Et interroga
uit eum Pilatus. S. Tu es rex Ju-
dęorum: ¶ At ille respondens, ait il
li. ✠ Tu dicis. ¶ Et accusabant euz
summi sacerdotes in multis. Pilatus
autē rursum interrogauit eū, dicens.
S. Non rūdes qcquā? Vide in quan
tis te accusant. ¶ Jesus autem am-
plius nihil respondit: ita vt mirare-
tur Pilatus. Per diem autem festuz
solebat illis dimittere vnum ex vin-
ctis, quemcunqȝ petiissent. Erat au-
tē qui dicebatur Barabbas, qui cuz
seditiosis erat vinctus, qui in seditio
ne fecerat homicidiū. Et cum ascen-
disset turba, cępit rogare, sicut sem-
per faciebat illis. Pilatus autem re-
spondit eis, ⁊ dixit. S. Vultis dimit
tam vobis regem Judęorum? ¶
Sciebat enim qꝫ per inuidiam tradi-
dissent eum summi sacerdotes. Pon
tifices autem concitauerunt turbam,
vt magis Barabbam dimitteret eis.
Pilatus autem iterum respondens,
ait illis S. Quid ergo vultis faciam
regi Judęorum? ¶ At illi iterū cla
mauerunt. S. Crucifige eū. ¶ Pi-
latus vero dicebat eis. S. Quid eniz
mali fecit? ¶ At illi magis clama-
bant. S. Crucifige eum. ¶ Pilatꝰ
autē volēs populo satisfacere, dimi-
sit illis Barabbā: ⁊ tradidit Jesum
flagellis cęsum, vt crucifigeret. Mi-
lites autē duxerunt euz intro in atriū
prętorij, ⁊ conuocāt totā cohortē: ⁊ in-
duūt eū purpura, ⁊ imponunt ei ple
ctentes spineā coronā. Et cęperunt
salutare eū: Aue rex Judęoꝝ. Et per
cutiebāt caput eius arundine: ⁊ con
spuebāt eū, ⁊ ponentes genua, ado-
rabāt eū. Et postqꝫ illuserūt ei, exue-
runt illū purpura: ⁊ induerunt eū ve
stimētis suis: ⁊ inducūt illū vt crucifi
gerent eū. Et angariauerunt pręter-
euntē quēpiam Simonem Cireneū
venientem de villa, patrem Alexan-
dri ⁊ Rufi, vt tolleret crucem eius.
Et perducunt eū in Golgotha locū:
quod est interpretatum, Caluarię lo
cus: Et dabant ei bibere mirrhatum
vinum: ⁊ non accepit. Et crucifigētes
eum, diuiserunt vestimenta eius mit
tentes sortē super eis, quis quid tol-
leret. Erat autē hora tertia: ⁊ crucifi
xerunt eum. Et erat titulus causę eiꝰ
inscriptus, Rex Judęoꝝ. Et cum eo
crucifixerunt duos latrones: vnum
a dextris, ⁊ aliū a sinistris. Et imple-
ta est scriptura, quę dicit. Et cum ini
quis reputatus est. Et prętereuntes
blasphemabant eum, mouentes capi
ta sua, ⁊ dicentes. S. Vah, q destruis
tēplum Dei, ⁊ in tribus diebus reę-
dificas: saluum fac temetipsum de-
scendens de cruce. ¶ Similiter ⁊
summi sacerdotes illudentes, ad al-
terutrū cū scribis dicebant. S. Alios
saluos fecit, seipsum non potest sal-
uum facere. Christus rex Israel de-
scēdat nunc de cruce: vt videamus, ⁊
credamus. ¶ Et qui cum eo cruci
fixi erant, conuiciabantur ei. Et fa-
cta hora sexta, tenebrę factę sunt sup
totam terram, vsqȝ in horam nonā.
Et hora nona exclamauit Jesus vo-
ce magna, dicens. ✠ Eloi Eloi lam-
masa-

masabactani? Quod est intepretatum. ✠ Deus meus, Deus meus: vt quid dereliqsti me? Et quidam de circũstantibus audientes dicebãt. S Ecce, Eliam vocat. C Currens auté vnus, ⁊ implens spongiá aceto, circũponensq́ꝫ calamo, potuꝫ dabat ei, dicens. S Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eũ. C Jesus aũt emissa voce magna, expirauit.

Hic pausat aliquãtulũ, ⁊ genuflectit.

Et velum templi scissum est in duo, a summo vsq́ꝫ deorsum. Uidens auté Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. S Uere hic homo fili⁹ Dei erat. C Erãt autem ⁊ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi minoris, ⁊ Joseph mater, ⁊ Salome: ⁊ cum esset in Galileą, sequebantur eum, ⁊ ministrabant ei: ⁊ alię multę, quę simul cum eo ascenderant Jerosolymam.

Hic cantatur in tono euangelij, ⁊ alia fiunt vt supra.

At cum iam sero esset factum (quia erat Paraseue, quod est ante sabbathum) venit Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui ⁊ ipse erat expectans regnuꝫ Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, ⁊ petijt corp⁹ Jesu. Pilatus auté mirabat͛, si iam obijsset. Et accersito Cẽturione, interrogauit eũ si iá mortu⁹ esset. Et cũ cognouisset a Centurione: donauit corpus Joseph. Joseph auteꝫ mercatus est sindonem, ⁊ deponés eũ inuoluit sindone, ⁊ posuit eum in monumento, qđ excisum erat de petra, ⁊ aduoluit lapidé ad ostiũ monuméti.

ps. 139 Offertorium. Custodi me Domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me. Secreta.

Sacrificia nos, q̃s dñe, propensius ista restaurent, quę medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per.

Deinde. Protege. vel Oblatis. 46.

Communio. Aduersum me exercebantur, qui sedebãt in porta, ⁊ in me psallebãt, qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti Deus: in multitudine misericordię tuę exaudi me. ps. 68.

Postcommunio.

Sanctificationibus tuis, omp̃s Deus, ⁊ vitia nostra curent͛, ⁊ remedia nobis sempiterna proueniant. Per dominum nostrum.

Quęsumus. vel Hęc nos. folio. 49.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tua nos misericordia Deus, ⁊ ab omni surreptione vetustatis expurget, ⁊ capaces sanctę nouitatis efficiat. Per dominum nostrum.

FERIA QVARTA

Statio ad sãctam Mariam maiorẽ.

Non dĩ. Judica me. Introitus

In nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestiũ, terrestriũ, ⁊ infernorum: quia dominus factus est obediens vsq́ꝫ ad mortem, morteꝫ autem crucis: ideo dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. phil. 2.

ps. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. ps. 101

In nomine. post Kyrieeleison, dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Presta, q̃sumus op̃s Deus: vt qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum vi.

Lectio Jsaię prophetę. ca. 61.

Hec dicit dñs Deus. Dicite filię Sion, Ecce saluator tuus venit:

nit: ecce merces eius cum eo. Quis est iste qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suę. Ego qui loquor iustitiam, ⁊ propugnator sum ad saluanduz. Quare ergo rubrũ est indumentum tuuz, ⁊ vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: ⁊ de gentibus non est vir mecuz. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimẽta mea: ⁊ omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit. Circumspexi, ⁊ non erat auxiliator: quęsiui, ⁊ non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meum: ⁊ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: ⁊ inebriaui eos in indignatione mea, ⁊ detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor: laudem dñi super omnibus q̃ reddidit nobis dñs Deus noster.

Ps. 68. Graduale. Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniã tribulor: velociter exaudi me. ℣ Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsq; ad animã meam: infixus sum in limo profundi, ⁊ non est substantia. Hic dicit. Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oro.

DEus, qui pro nobis filium tuũ Crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem. Deinde Ecclesię tuę, vel Deus omnium. 49.

Lectio Isaię prophetę.

IN diebus illis. Dixit Isaias. Dñe, quis credidit auditui nostro? ⁊ brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: ⁊ sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, ⁊ non erat aspectus: ⁊ desiderauimus eum despectũ, ⁊ nouissimũ viroꝝ, virũ doloꝝ, ⁊ sciẽtem infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vultus ei⁹, ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eũ quasi leprosum, ⁊ percussum a Deo, ⁊ humiliatũ. Ipse autẽ vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eum: ⁊ liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit: ⁊ posuit dñs in eo iniquitatem omnium nostruz. Oblatus est, quia ipse voluit, ⁊ non aꝑuit os suuz. Sicut ouis ad occisionem ducetur: ⁊ quasi agnus coram tondente se, obmutescet, ⁊ non aperiet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est. Generationẽ eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eũ. Et dabit impios pro sepultura, ⁊ diuites ꝓ morte sua: eo ꝙ iniq̃tatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit ĩ ore eius. Et dñs voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longeuũ: ⁊ voluntas dñi in manu eius diriget. Pro eo ꝙ laborauit anima eius, videbit, ⁊ saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, ⁊ iniquitates eoꝝ ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, ⁊ fortium diuidet spolia: pro eo ꝙ tradidit in mortem animam suam, ⁊ cuz sce-

sceleratis reputat⁹ ē. Et ipse pctā mul
toꝝ tulit: ꝛ ꝑ trāsgressorib⁹ rogauit.
Ps.102 Tractus. Domine exaudi orationem
meam, ꝛ clamor meus ad te veniat. ℣. Ne
auertas faciem tuam a me: in quacunqꝫ die
tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In
quacunqꝫ die inuocauero te, velociter exau
di me. ℣. Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: ꝛ ossa mea sicut in frixorio confri-
xa sunt. ℣. Percussus sum sicut fenum, ꝛ
aruit cor meum, quia oblitus sum manduca
re panem meum. ℣. Tu exurgens domi-
ne misereberis Sion: quia venit tempus
miserendi eius.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Lucam.

cap.22 In illo tēpore. Appropiquabat dies festus azymorū, qui dicit pascha: ꝛ q̄rebāt pricipes sacerdotū ꝛ scribę, quomodo Jesū iterficerēt: timebāt



vero plebem. Intrauit autem satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim: ꝛ abiit, ꝛ locutus est cuꝫ principibus sacerdotum ꝛ magistratib⁹, quēadmodum illū traderet eis. Et gauisi sūt: ꝛ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatē, ut traderet illū sine turbis: Uenit autem dies azymorū, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum ꝛ Joannem, dicens. ✝ Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. ℂ At illi dixerunt. S Ubi vis paremus? ℂ Et dixit ad eos. ✝ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphorā aquę portans: sequimini eum in domum, in quā intrat, ꝛ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Ubi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostēdet cęnaculum magnuꝫ stratuꝫ: ꝛ ibi parate. ℂ Euntes autē inuenerunt, sicut dixit illis Jesus: ꝛ parauerunt pascha. Et cū facta esset hora, discubuit, ꝛ duodecim apostoli cuꝫ eo, ꝛ ait illis. ✝ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū, antequā patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. ℂ Et accepto calice, gratias egit, ꝛ dixit. ✝ Accipite, ꝛ diuidite inter vos. Dico eniꝫ vobis: ꝙ non bibā de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ℂ Et accepto pane, gratias egit, ꝛ fregit: ꝛ dedit eis, dicens. ✝ Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meā cōmemorationē. ℂ Similiter ꝛ calicē, postquam cęnauit, dicens. ✝ Hic calix nouū testamentū est in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et qdem filius hominis, ſm quod definituꝫ est, vadit: veruntamen vę homini illi per quē tradet̃. ℂ Et ipsi cępe runt q̄rere inter se, quis esset qui hoc facturus esset. Facta est autē ꝛ contētio inter eos, quis eoꝝ videretur esse maior. Dixit autem eis. ✝ Reges gentiū dominant̃ eoꝝ: ꝛ qui potestateꝫ habent super eos, benefici vocāt̃. Uos autē non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: ꝛ qui pcessor est, sicut ministrator. Naꝫ quis maior est, qui recūbit, an q ministrat? Non ne qui recūbit? Ego auteꝫ in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis qui pmansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono

vobis,

vobis, sicut disposuit mihi pr̄ meus
regnum: vt edatis, ⁊ bibatis sup mē
sum meã in regno meo: ⁊ sedeatis su
per thronos, iudicantes duodecim
tribus Israel. C Ait autem domi-
nus Simoni. ✠ Simon, ecce satanas
expetiuit vos, vt cribraret sicut triti-
cum. Ego autē rogaui pro te, vt non
deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando con
uersus ꝯfirma fratres tuos. C Qui
dixit ei. S Dñe, tecũ paratus sum ⁊
in carcerē, ⁊ in mortem ire. C At il-
le dixit. ✠ Dico tibi Petre, non can
tabit hodie gallus, donec ter abneges
nosse me. C Et dixit eis. ✠ Quādo
misi vos sine sacculo, ⁊ pera, ⁊ calcia
mentis: nunquid aliquid defuit vo-
bis? C At illi dixerunt. S Nihil. C
Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui ha-
bet sacculum, tollat similiter ⁊ perã.
Et qui non habet, vendat tunicam
suam, ⁊ emat gladiũ. Dico enim vo-
bis, qm̄ adhuc hoc qđ scriptum est,
oportet impleri in me. Et cũ iniquis
deputatus est. Etenim ea quę scripta
sunt de me, finem habent. C At illi
dixerũt. S Dñe, ecce gladij duo hic.
C At ille dixit eis. ✠ Satis ē. C Et
egressus ibat secūdum consuetudinē
in montem Oliuarum. Secuti sunt
autem illum ⁊ discipuli eius. Et cum
peruenisset ad locum, dixit illis. ✠
Orate, ne intretis in tentationē. C Et
ipse auulsus est ab eis quãtum iactꝰ
est lapidis: ⁊ positis genibus orabat,
dicens. ✠ Pater, si vis, transfer ca-
licem istum a me. Verumtamen non
mea voluntas, sed tua fiat. C Appa
ruit aũt illi angelus de cęlo, ꝯfortans
eũ. Et factus in agonia, ꝓlixius ora-
bat. Et factus est sudor eius sicut gut
tę sanguinis decurrentis in terram.
Et cũ surrexisset ab orõne, ⁊ venisset
ad discipulos suos, inuenit eos dor-
mientes p̄ tristitia: ⁊ ait illis. ✠ Quid
dormitis? Surgite, orate, ne intretis
in tentationē. C Adhuc eo loquente,
ecce turba: ⁊ qui vocabatur Iudas,
vnus de duodecim antecedebat eos:
⁊ appropinquauit Iesu, vt osculare
tur eum. Iesus autē dixit illi. ✠ Iu-
da, osculo filium hominis tradis? C
Videntes autē hi, qui circa ipsũ erãt,
qđ futurum erat, dixerunt ei. S Dñe
si ꝑcutimus in gladio? C Et ꝑcussit
vnꝰ ex eis seruum principis sacerdo
tum: ⁊ amputauit auriculã eius dex
teram. Respondens autem Iesus,
ait. ✠ Sinite vsqꝫ huc. C Et cũ teti
gisset auriculã eius sanauit eũ. Dixit
autē Iesus ad eos, qui venerãt ad se
principes sacerdotum, ⁊ magistratꝰ
templi, ⁊ seniores. ✠ Quasi ad latro
nem existis cũ gladijs ⁊ fustibꝰ? Cũ
quotidie vobiscũ fuerim in tēplo, nō
extendistis manus in me. Sed hęc est
hora vestra, ⁊ potestas tenebrarum.
C Cōprehendentes autē eum duxe
runt ad domũ principis sacerdotum.
Petrus vero sequebat̃ eum a longe.
Accenso autem igne in medio atrij, ⁊
circunsedentibus illis, erat Petrus ĩ
medio eoꝝ. Quē cum vidisset ancilla
q̄dam sedētem ad lumen, ⁊ eum fuis-
set intuita, dixit. S Et hic cũ illo erat.
C At ille negauit eum, dicēs. S Mu
lier, non noui illũ. C Et post pusillũ
alius videns eum, dixit. S Et tu de
illis es. C Petrus vero ait. S O ho
mo, non sum. C Et interuallo facto,
quasi horę vnius: alius quidam affir
mabat, dicens. S Vere ⁊ hic cum illo
erat. Nam ⁊ Galilęus est. C Et ait
Petrus. S Homo, nescio quid dicis.
C Et continuo adhuc illo loquen-
te, cantauit gallus. Et conuersus do-

minus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi dñi, sicut dixerat: quia prius quã gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et viri q̃ tenebant Jesum, illudebant ei, cędentes. Et velauerunt eum: ⁊ percutiebant faciem eius: ⁊ interrogabant eum dicentes. S Prophetiza, q̃s est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt fact⁹ est dies, conuenerunt seniores plebis, ⁊ Principes Sacerdotũ, ⁊ Scribę, ⁊ duxerunt illum in concilium suũ, dicentes. S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem ⁊ interrogauero, non respondebitis mihi, neq̃ dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. C Dixerunt auté omnes. S Tu ergo es filius Dei? C Qui ait. ✠ Uos dicitis, q̃a ego sum. C At illi dixerunt. S Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus de ore ei⁹. C Et surgens omnis multitudo eoꝝ, duxerunt illũ ad Pilatũ. Cęperunt auté accusare illum, dicentes. S Hunc inuenimus subuertenté gentem nostrã: ⁊ ꝓhibétem tributa dari Cęsari: ⁊ dicenté se Christũ regem esse. C Pilat⁹ auté interrogauit eũ, dicés. S Tu es rex Judęoꝝ? C At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. S Nihil inuenio causę in hoc homine. C At illi inualescebant, dicentes. S Cõmouit populum, docens per vniuersam Judęam, incipiens a Galilęa vsq̃ huc. C Pilatus autem audiens Galilęam, ĩterrogauit si homo Galilęus esset: Et vt cognouit, q̃ de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui ⁊ ipse Jerosolymis erat illis diebus. Herodes autẽ viso Jesu, gauisus est valde. Erat eñ cupiens ex multo tempore videre illum, eo quod audierat multa de illo: ⁊ sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat auté illũ multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant auté principes sacerdotum ⁊ scribę constanter accusantes eum. Spreuit autem illũ Herodes cum exercitu suo: ⁊ illusit indutũ veste alba, ⁊ remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes ⁊ Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus auté conuocatis principibus sacerdotum, ⁊ magistratibus, ⁊ plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans, nullã causã inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neq̃ Herodes. Nã remisi vos ad illum: ⁊ ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittã. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. S Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis Barabbam. C Qui erat ꝓpter seditionem quandam factam in ciuitate, ⁊ homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicentes. S Crucifige, Crucifige eum. C Ille auté tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, ⁊ dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes

vt crucifigeretur: ⁊ inualescebant voces eoꝝ. Et Pilatus adiudicauit fieri petitioné eoꝝ. Dimisit aūt illis eū, qui ꝓpter homicidium ⁊ seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eū, apprehenderunt Simoné quédam Cirenensem venienté de villa: ⁊ imposuerunt illi crucem portare post Jesuz. Sequebaẗ auté illum multa turba populi, ⁊ mulierū, quę plangebant ⁊ lamentabanẗ eum. Conuersus autem Jesus ad illas, dixit. ✠ Filię Jerusalé, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, ⁊ sup̄ filios vestros. Quoniá ecce veniét dies, in q̄bus dicent. Beatę steriles, ⁊ ventres qui non genuerunt, ⁊ vbera q̄ non lactauerunt. Tunc incipiét dicere montib⁹, cadite super nos: ⁊ collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciunt: in arido quid fiet? ℂ Ducebantur aūt ⁊ alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerunt eum: ⁊ latrones, vnum a dextris, ⁊ alterū a sinistris. Jesus aūt dicebat. ✠ Pater, dimitte illis: non enī sciunt quid faciunt. ℂ Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans: ⁊ deridebant eum principes cū eis, dicentes. S Alios saluos fecit: se saluum faciat, si hic est Christus, Dei electus. ℂ Illudebant auté ei ⁊ milites accedentes, ⁊ acetū offerentes illi, ⁊ dicétes. S Si tu es rex Judęoꝝ, saluum te fac. ℂ Erat autem ⁊ superscriptio scripta super eū literis Gręcis, ⁊ Latinis, ⁊ Hebraicis: Hic est rex Judęoꝝ. Unus auté de his q̄ pédebant, latronibus, blasphemabat eū, dicens. S Si tu es Christus, saluū fac temet ipsum, ⁊ nos. ℂ Rn̄dens auté alter, increpabat eū, dicens. S Neq̄ʒ tu times Deum, qui in eadé damnatione es? Et nos quidé iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. ℂ Et dicebat ad Jesum. S Dn̄e, memento mei, dum veneris in regnum tuum. ℂ Et dixit illi Jesus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. ℂ Erat autem fere hora sexta: ⁊ tenebrę factę sunt in vniuersa terra, vsq̄ʒ in horā nonā. Et obscuratus est sol: ⁊ velū tépli scissū est mediū. Et clamās Jes⁹ voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas cómédo spm̄ meum. ℂ Et hęc dicens, expirauit. Hic pausaẗ aliquātulū, ⁊ genuflectiẗ. ℂ Videns auté Centurio q̄d factum fuerat, glorificauit Deum, dicens. S Vere hic homo iustus erat. ℂ Et omnis turba eoꝝ, qui simul aderant ad spectaculuz istud, ⁊ videbant quę fiebant: percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres, quę secutę erāt eum a Galilęa, hęc vidétes. Hic legiẗ in tono euāg. ⁊ alia fiūt vt̄s.

ET ecce vir nomine Joseph qui erat decurio: vir bonus ⁊ iust⁹: (hic non consenserat consilio ⁊ actibus eorum:) ab Arimathia ciuitate Judęę: qui expectabat ⁊ ipse regnū Dei. Hic accessit ad Pilatū, ⁊ petijt corpus Jesu. Et depositū īuoluit sindóe: ⁊ posuit eū ī monuméto exciso, in quo nódū q̄squam positus fuerat.

Offert. Domine exaudi orationez meaʒ, ⁊ clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam a me. ps. Secreta.

SUscipe, q̄s dn̄e, mun⁹ oblatuz, ⁊ dignanter operare: vt q̄d passiōis filij tui dn̄i nr̄i mysterio gerim⁹,

pijs

pijs affectibus cõsequamur. Per eũ. Deinde Protege. vel Oblatis. 49.
Ps. 101 Cõmu. Potum meum cum fletu temperabam: quia eleuans allisisti me: ⁊ ego sicut fęnum arui: tu autem domine in ęternum permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius.

Postcommunio.

Largire sensibus nostris, omnipotens Deus: vt per tẽporalez filij tui mortem, quã mysteria veneranda testantur: vitã te nobis dedisse perpetuaz cõfidamus. Per eundẽ. Deinde Quęsum⁹. vel Hęc nos. 49 Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Respice, q̃sumus dñe, super hanc familiam tuam: pro qua dñs noster Jesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentum, ⁊ Crucis subire tormentum. Qui tecum.

FERIA QVINTA in Cęna Domini.

Statio ad S. Joannez in Laterano. Non dĩ ps. Judica me. Introitus.

Gal. 6.



Nos autez gloriari oportet in cruce Domini nr̃i Jesu Christi: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati, ⁊ liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, ⁊ misereatur nostri. Nos autem gloriari oportet. dr̃ Gloria in excelsis.

Ps. 66.

¶ Et tunc pulsantur Campanę, ⁊ deinceps non amplius vsqz ad Sabbathum Sanctum. Oratio.

Deus, a quo ⁊ Judas proditor reatus sui pęnam, ⁊ cõfessionis suę latro p̃miũ sumpsit: cõcede nobis tuę ꝓpitiationis effectũ: vt sicut i passione sua Jesus Christus dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorũ: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiam largiať. Qui tecum. Et hęc oratio tantũ dr̃. Lctõ eplę btĩ Pauli apl̃i ad Corin.

Fratres: Conuenientibus vobis in vnũ, iam non est Dñicaz cęnam manducare. Unusquisqz eniz cęnã suam p̃sumit ad manducanduz. Et alius qdẽ esurit, alius autẽ ebrius est. Nunqd domos non habetis ad manducandum ⁊ bibendũ? Aut ecclesiã Dei ꝯtemnitis: ⁊ ꝯfunditis eos qui nõ habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? Jn hoc nõ laudo. Ego eniz accepi a dño, quod ⁊ tradidi vobis: qm̃ dñs Jesus in qua nocte tradebať, accepit panẽ, ⁊ gratias agens fregit, ⁊ dixit: Accipite, ⁊ mãducate: hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter ⁊ calicẽ, postquam cęnauit, dicens. Hic calix nouum testamentuz est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescũq; bibetis, in meã cõmemorationem. Quotiescunq; eniz manducabitis panem hunc, ⁊ calicez bibetis: mortẽ dñi annunciabitis, donec veniat. Jtaqz, quicũq; mãducauerit panẽ, ⁊ biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis, ⁊ sanguinis dñi. Probet autẽ seipsuz homo: ⁊ sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim mãducat ⁊ bibit indigne: iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit, nõ diiudicans corpus Dñi. Jdeo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ dormiũt multi. Qõ si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiqz iudicaremur. Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Gradua. Christus factus est pro nobis

1. c. 11.
Matt. 20.
Matt. 41.
Lu. 22
Phil. 2.

nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Sequētia scti euang. sm̄ Joannem.

Joan. 13.



ANte diem festū Paschę, sciēs Jesus, qa venit hora ei⁹, vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finē dilexit eos. Et cęna facta, cum diabolus iam misisset in cor: vt traderet eū Judas Simonis Jscariotes: sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deū vadit: surgit a cęna, & ponit vestimēta sua. Et cum accepisset linteuz, pręcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat pręcinctus. Uenit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petr⁹. Dn̄e, tu mihi lauas pedes? Respōdit Jesus, & dixit ei. Qđ ego facio, tu nescis modo: scies autez postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternum. Respondit ei Jesus. Si non lauero te, non habebis partem mecū. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cum recubuisset iterum, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Uos vocatis me, magister & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum eniz dedi vobis, vt quēadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dr̄ Credo. Offertoriuz.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini. Ps. 117

Secreta.

IPse tibi, quęsumus, dn̄e sancte, pater omnipotēs, ęterne De⁹, sacrificium nostruz reddat acceptū, qui discipulis suis in sui commemorationē hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Jesus Christus filius tuus, dn̄s noster. Qui tecum viuit.

Pręfatio de Cruce. Jnfra actionē.

COmmunicantes, & diem sacratissimum celebrātes, quo dominus noster Jesus Christus pro nobis est traditus: sed & memoriam venerantes, in primis gloriosę, semperque virginis Marię genitricis eiusdē Dei, & dn̄i nostri Jesu Chr̄i. Sed & beatorum Apostolorum, ac martyrum tuorum Petri & Pauli, Andreę, Jacobi, Joannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simonis, & Thadęi: Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosmę & Damiani, & omniuz sanctorum tuorum: quorū meritis, precibusq́ȝ concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum.

Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationez seruitutis nostrę, sed & cunctę familię tuę, quam tibi offerimus ob diem,

qua

qua dñs noster Jesus Christus tradidit discipulis suis corporis & ságuinis sui mysteria celebráda: qs dñe, vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna dánatione nos eripi: & in electo# tuo# iubeas grege numerari. p eúdé Ch.

Quam oblationé tu De' i omnib', qs: Benedictá ✠ Ascriptá ✠ Ratam ✠ Rationabilé, Acceptabiléq; facere digneris: vt nobis Corpus ✠ & sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui domini nostri Jesu Chri.

Alia infra actionem.

Qui pridie, quam pro nostra omniumq; salute pateretur, hoc est, hodie: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in celum ad te &c.

Agnus Dei. dr, sed Pax nó dat.

¶ Hodie reseruat sacerdos i loco honesto & cóueniéti vná hostiá ɔsecratá pro die sequéti in quo non ɔficit: vel etiam plures, si necesse fuerit, p infirmis: sanguiné vero totú sumit. Deinde fiat cóio, & postea cópletur missa.

Jo, 13. Communio. Dominus Jesus postquá cenauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: scitis quid feceri3 vobis ego dominus & magister? exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Postcommu.

Refecti vitalibus alimétis, quesumus domine Deus noster: vt quod tempore nostre mortalitatis cultu exequimur, tue immortalitatis munera cósequamur. Per dominú.

Et dicitur Ita missa est.

¶ Finita missa, accenduntur intortia, & fit pcessio more solito. Celebrás genuflectit ante altare, imponit incésum in duobus thuribulis, & cum altero incensat ter sacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cú sacramento, & cooperto extremitatibus veli quo teguntur humeri, procedit medi' inter diaconú a dextris, & subdiaconú a sinistris sub baldachino, duob' acolythis sacramentú ɔtinue incésantib' vsq; ad locú prepatatú, vbi pro crastino seruandum est. Interea dú fit pcessio, cantat Hym.

Pange lingua gloriosi, Corporis mysterium, Sanguinisq; preciosi, Qué in mundi pretiú, Fructus ventris generosi, Rex effudit gentiú.

Nobis datus nobis natus, Ex intacta virgine, Et in mundo cóuersatus, Sparso verbi semine, Sui moras incolatus: Miro clausit ordine.

In supreme nocte cene, Recúbens cum fratribus Obseruata lege plene, Cibis in legalibus: Cibu3 turbe duodene, Se dat suis manibus.

Verbú caro pané verú, Verbo carnem efficit, Fitq; sanguis Chri merum, Et si sensus deficit, Ad firmandum cor sincerú, Sola fides sufficit.

Tantú ergo sacramentum, Veneremur cernui, Et antiquú documentú, Nouo cedat ritui: Prestet fides supplementum, Sensuum defectui.

Genitori, genitoq;, laus & iubilatio, Salus, honor, virt' quoq;, Sit & benedictio, Procedenti ab vtroque, Compar sit laudatio. R. Amen.

Reposito Sacramento, & rursus incensato, in choro dicantur vespere: postea Sacerdos cum ministris denudet altaria legendo Antiphona3.

Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. Psalmus. Ps. 21.

Deus Deus meus respice in me, &c.

¶ Post denudationez altariú hora cópetéti, facto signo cum tabula ɔueniút Clerici ad faciendum mandatú. Prelatus seu superior induit stola, & plu-

pluuiali violaceis, ⁊ i loco ad id depu
tato, ministrãte Diaco. (q parat⁹ cũ
Subdiac. vt in Missa paramẽtis al
bis ei assistit) imponit incẽsuz in thu
ribulo: Deinde Diac. librũ Euãgel.
ante pectus tenẽs genuflexus ante su
periorẽ petit bñonẽ: qua accepta, astã
tib⁹ duob⁹ ceroferariis cũ cãdelabris
accẽsis, ⁊ Subdiac. librum tenẽte, si
gnat librũ, ⁊ incẽsat, ⁊ cãtat, vt moris
est, Euang. Ante diẽ festũ Paschę.
vt in Missa. Quo finito Subdiaco
nus portat librũ osculandũ supiori, ⁊
Diaconus eũ incẽsat. Postea supe
rior exuit pluuiali, ⁊ p Diac. ⁊ Sub
diaconũ pcingit linteo, ⁊ sic pcinct⁹,
assistẽtib⁹ sibi Diacono, ⁊ Subdiac.
accedit ad lotionẽ pedũ, ⁊ p ordinem
dispositis, iis qui lauãdi sunt, clericis
peluiz, ⁊ aquã ministrãtib⁹, Subdia.
singulorũ pedẽ dextrũ tenẽte, genu
flectẽs singulis illorũ pedẽ lauat, ter
git, ⁊ osculat. Et interim hęc subscri
pta cantantur, vel omnia, vel in parte
pro dispositione cantorum. Antipho.
Mandatũ nouũ do vobis: vt diligatis inui
ps.118 cem, sicut dilexi vos, dicit dñs. ps. Beati
immaculati in via, qui ambulant in lege dñi.
Et repetitur immediate Antiphona.
Mandatum nouum. Et sic alię anti
phonę, quę habẽt psalmos, vel ver
sus repetuntur. Et de quolibet psal
mo non dicitur nisi vnus ℣. Antiph.
Postquam surrexit dominus a cęna, misit
aquam in peluim, ⁊ cępit lauare pedes di
scipulorum suorum: hoc exemplũ reliquit
ps.47. eis. Psalmus. Magnus dominus, ⁊ lau
dabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in mon
te sancto eius. Antiphona.
Jo.13. Dominus Iesus postquam cęnauit cum
discipulis suis, lauit pedes eorum, ⁊ ait il
lis: scitis quid fecerim vobis ego dominus
⁊ magister? Exemplum dedi vobis: vt ⁊
vos ita faciatis. ps. Benedixisti dñe terrã ps.84.
tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Aña.
Domine, tu mihi lauas pedes? respondit
Iesus, ⁊ dixit ei: si non lauero tibi pedes,
non habebis partem mecum.
℣. Uenit ergo ad Simonem Petrum, ⁊
dixit ei Petrus. Et repetitur Antiph.
Domine, tu mihi lauas pedes? respondit
Iesus, ⁊ dixit ei: si non lauero tibi pedes,
non habebis partem mecũ. ℣. Quod ego
facio tu nescis modo: scies autem postea.
Tertio repetitur Antiphona.
Domine, tu mihi lauas pedes? respondit
Iesus, ⁊ dixit ei: Si non lauero tibi pedes,
non habebis partem mecum. ℣. Si ego
dominus, ⁊ magister vester laui vobis pe
des: quanto magis debetis alter alterius
lauare pedes? Psalmus. Audite hęc ps.48.
omnes gentes: auribus percipite qui ha
bitatis orbem. Antiphona.
In hoc cognoscent omnes, quia mei estis Jo.13
discipuli: si dilectionem habueritis adinui
cẽ. ℣. Dixit Iesus discipulis suis. Aña.
Maneant in vobis fides, spes, charitas, j.Cor.
tria hęc: maior autem horum est charitas. 13
℣. Nunc autem manent, fides, spes, cha
ritas, tria hęc; maior autem horum est cha
ritas. Antiphona.
Benedicta sit sancta Trinitas, atque in
diuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit no
biscum misericordiam suam. ℣. Benedica
mus patrem, ⁊ filium, cum sancto spiritu.
Psalmus. Quam dilecta tabernacula ps.83.
tua domine virtutum: concupiscit, ⁊ deficit
anima mea in atria Domini. Antipho.
Ubi charitas ⁊ amor, Deus ibi est.
℣. Congregauit nos in vnum Christi a
mor. ℣. Exultemus, ⁊ in ipso iucundemur.
℣. Timeamus, ⁊ amemus Deum viuum.
℣. Et ex corde diligamus nos sincero.
Et repetitur Antiphona.
Ubi charitas ⁊ amor, Deus ibi est.
℣. Simul ergo cum in vnum cõgregamur. j.Jo.

℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus.
℣. Cessent iurgia maligna, cessent lites. Et in medio nostri sit Christus Deus.

Et repetitur Antiphona.

Ubi charitas & amor, Deus ibi est.
℣. Simul quoque cum beatis videamus.
℣. Glorianter vultum tuum Christe De⁹.
℣. Gaudiũ, quod est immẽsum, atqꝫ ꝓbuꝫ.
℣. Sęcula per infinita sęculorum, Amen.

Post lotionem, qui alijs abluit pedes abstergit manus alio linteo, deinde ibi capite detecto dicit. Pater nr̃.

℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera nos.
℣. Tu mandasti mandata tua domine.
℟. Custodiri nimis.
℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuoruꝫ.
℟. Opera manuum tuarum ne despicias.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe, q̃s, officio seruitutis nrę: & q̃a tu discipulis tuis pedes lauare dignat⁹ es: ne despicias opera manuũ tuarũ, quę nobis retinenda mãdasti: vt sicut hic nobis & a nobis exteriora abluunt inquinamẽta: sic a te omniuꝫ nostrũ interiora lauentur peccata. Quod ipse pręstare digneris, qui viuis & regnas Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Am̃.

FERIA SEXTA in Parasceue.

Statio ad sanctã Crucẽ in Jerlem.



Finita nona, sacerdos, & ministri induti vestimẽtis nigri coloris, procedũt sine luminarib⁹, & incenso: & ante altare prostrati aliquã diu orant. Interim acolythi vnam tantum tobaleam extendunt super altare. Sacerdos cuꝫ ministris facta orõne accedit ad altare: deinde Lector procedit ad legendum, & sine titulo incipit prophetiaꝫ.

Hæc dicit dominus. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Uenite, reuertamur ad dominũ: quia ipse cępit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurq́ꝫ, vt cognoscamus dominum. Quasi diluculum pręparatus est egressus eius: & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terrę. Quid faciam tibi Ephraiꝫ? Quid faciã tibi Juda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane pertrãsiens. Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua quasi lux, egredientur. Quia misericordiã volui, & nõ sacrificium: & scientiaꝫ Dei, plusquã holocausta. Osee. 6.

Tractus. Domine, audiui auditum tuũ, & timui: consideraui opera tua, & expaui. Abac. 3.
℣. In medio duorum aĩalium innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis.
℣. In eo, dũ conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordię memor eris.
℣. Deus a Libano veniet, & sanct⁹ de mõte vmbroso, & condenso.
℣. Operuit cęlos maiestas eius: & laudis eius plena est terra.

Finito tractu Sacerdos dicit Oremus. Diaconus. Flectamus genua. & Subdiaconus. Leuate. Oratio.

Deus, a quo & Judas proditor reatus sui pęnã, & ꝯfessionis suę latro pręmium sumpsit: concede nobis tuę propitiationis effectuꝫ: vt sicut in passione sua Jesus Christus

dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorũ: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiam largiatur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amẽ.

¶ Subdiaconus in tono Epistolę similiter sine titulo cantat sequentem lectionem.

Exod. 12. IN diebus illis. Dixit Dñs ad Moysen ⁊ Aarõ in terra Ægypti. Mensis iste, vobis principiũ mẽsium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersũ cętũ filiorũ Israel, ⁊ dicite ei. Decima die mẽsis huius tollat vnusquisq; agnũ per familias, ⁊ domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescẽdum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suę: iuxta numerum animarum quę sufficere possunt ad esum agni. Erit aũt agnus absq; macula, masculus anniculus: iuxta quẽ ritum tolletis ⁊ hędum. Et seruabitis eum vsque ad quartãdecimam diem mensis huius. Immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperã. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrunq; postem, ⁊ in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, ⁊ azymos panes, cum lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius, ⁊ intestinis vorabitis: ⁊ os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicquam vsq; mane. Siquid residuũ fuerit, igni comburetis. Sic autem comederis illum. Renes vestros accingetis: ⁊ calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis festinanter. Est eniz phase (idest transitus) Domini.

Tractus. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. ps. 139

℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant prelia.

℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.

℣. Custodi me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis libera me.

℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueũ mihi.

℣. Et funes extenderunt in laqueũ pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

℣. Dixi domino Deus meus es tu: exaudi domine vocem orationis meę.

℣. Domine virtus salutis meę: obumbra caput meum in die belli.

℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me, ne derelinquas me: ne vnquam exaltentur.

℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.

℣. Veruntamen iusti cõfitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito tractu, Passio super nudum pulpitum dicitur.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.



IN illo tẽpore: Egressus est Jesus cũ discipulis suis trans torrẽtẽ Cedrõ, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autem ⁊ Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cũ accepisset cohortẽ, ⁊ a põtificibus ⁊ phariseis ministros: venit illuc cum laternis, ⁊ facibus, ⁊ armis. Jesus autẽ sciens oĩa, cap. 18

que

que ventura erant super eũ, processit, 7 dixit eis. ✠ Quẽ queritis? C. Responderunt ei. S. Jesuz Nazarenũ. C. Dixit eis Jesus. ✠ Ego sum. C. Stabat autem Judas, qui tradebat eũ, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, 7 ceciderũt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. ✠ Quẽ queritis? C. Illi autẽ dixerunt. S. Jesum Nazarenum. C. Rñdit Jesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. C. Ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi, non pdidi ex eis quẽquã. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: 7 percussit pontificis seruuz: 7 abscidit auriculaz eius dexterã. Erat autẽ nomen seruo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. ✠ Mitte gladiũ tuũ in vaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum? C. Cohors ergo 7 tribunus, 7 ministri Judeorum comprehenderunt Jesum, 7 ligauerunt eum, 7 adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphe, qui erat pontifex anni illius. Erat autẽ Caiphas, qui cõsilium dederat Judeis: quia expedit vnum hominẽ mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simõ Petrus, 7 alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: 7 introiuit cum Jesu in atriũ pontificis. Petrus autem stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo Discipulus ille, qui erat notus pontifici, 7 dixit ostiarie: 7 introduxit Petrũ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S. Nunqd 7 tu ex discipulis es hominis istius? C. Dicit ille. S. Non sum. C. Stabant autem serui 7 ministri ad prunas, qa frigus erat, 7 calefaciebãt se. Erat autem cuz eis 7 Petrus stans 7 calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis, 7 de doctrina eius. Rñdit ei Jesus. ✠ Ego palã locut⁹ sum mundo. Ego semper docui in sinagoga, 7 in tẽplo, quo omnes Judei pueniunt: 7 in occulto locut⁹ suz nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierũt qd locutus sum ipsis. Ecce, hi sciũt que dixerim ego. C. Hec autem cum dixisset, vn⁹ assistens ministrorũ dedit alapã Jesu, dicens. S. Sic rñdes pontifici? C. Respondit ei Jesus. ✠ Si male locutus sum, testimoniuz perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cedis? C. Et misit eum Annas ligatum ad Caiphaz pontificez. Erat autem Simon Petrus stans 7 calefaciens se. Dixerunt ergo ei. S. Nũquid 7 tu ex discipulis eius es? C. Negauit ille, 7 dixit. S. Non sum. C. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cui⁹ abscidit Petrus auriculã. S. Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negauit Petrus: 7 statim gall⁹ cãtauit. Adducũt ergo Jesuz a Caipha in ptoriũ. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretoriũ, vt nõ ɔtaminarent͂: sed vt mãducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, 7 dixit. S. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C. Rñderunt, 7 dixerũt ei. S. Si nõ esset hic malefactor: non tibi tradidissem⁹ eũ. C. Dixit ergo eis Pilatus. S. Accipite eum vos, 7 secundũ legẽ vestraz iudicate eũ. C. Dixerunt ergo ei Judei. S. Nobis nõ licet interficere quẽquã. C. Ut ſmo Jesu impleretur, quem dixit: significans qua morte eẽt moriturus. Introiuit ergo iter͂ Pilat⁹ i ptoriũ, 7 vocauit Jesũ,

τ dixit ei. S Tu es rex Judęorum? C Respondit Jesus. ✝ A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? C Respōdit Pilat⁹. S Numquid ego Judęus sum? Gens tua, τ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C Respondit Jesus. ✝ Regnū meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meū: ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Judęis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaq; ei Pilat⁹. S Ergo rex es tu? C Respondit Jesus. ✝ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, τ ad hoc veni in mūduz, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus. S Quid est veritas? C Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Judęos, τ dicit eis. S Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Judęorum? C Clamauerunt rursum omnes, dicentes. S Nō hunc, sed Barabbā. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehēdit Pilatus Jesum, τ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, τ veste purpurea circundederunt eum. Et veniebāt ad eum, τ dicebant. S Aue Rex Judęorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, τ dicit eis. S Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Jesus portans spineā coronam, τ purpureum vestimentum. Et dicit eis Pilatus. S Ecce homo. C Cum ergo vidissent euz pontifices, τ ministri clamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eum vos, τ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C Responderunt ei Judęi. S Nos legē habemus, τ secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prętoriuz iterum: τ dicit ad Jesum. S Unde es tu? C Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, τ potestatem habeo dimittere te? C Respondit Jesus. ✝ Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Judęi autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cęsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: τ sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autez Gabbatha. Erat autem parasceue paschę, hora quasi sexta. Et dicit Judęis. S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Regem vestruz crucifigam? C Responderunt pontifices. S Non habemus regem, nisi Cęsarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperūt autem Jesum, τ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluarię locum, Hebraice autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt:

runt: τ cum eo alios duos hinc τ hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem τ titulum Pilatus, τ posuit super crucem. Erat autem scriptum. Jesus Nazarenus Rex Judęorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judęorum: quia prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraice, Gręce, τ Latine. Dicebāt ergo Pilato pontifices Judęorum. S Noli scribere, Rex Judęorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judęorum. C Respondit Pilatus. S Quod scripsi, scripsi. C Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (τ fecerunt quatuor partes, vnicuiqz militi partem) τ tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. S Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. C Ut scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: τ in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hęc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, τ soror matris eius, Maria Cleophe, τ Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, τ discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suę. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora, accepit eam discipulus in suam. Postea sciens Jesus quia iam omnia cōsummata sunt, vt cōsummaret scriptura, dixit. ✠ Sitio. C Vas ergo positum erat aceto plenū. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circūponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetū, dixit. ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit spiritum.


Hic pausatur aliquantulum, τ genuflectitur.

Judęi ergo, quoniam parasceue erat, vt nō remanerēt in cruce corpora sabbatho, (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorū crura, τ tollerentur. Venerunt ergo milites: τ primi quidem fregerunt crura, τ alterius qui crucifixus est cū eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, nō fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, τ cōtinuo exiuit sanguis τ aqua. Et q vidit, testimonium perhibuit: τ verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt τ vos credatis. Facta sunt enim hęc, vt scriptura impleret. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quē transfixerunt.


Hic legitur in tono euangelii sine benedictione, incenso, τ luminaribus.

Post hęc autem rogauit Pilatum Joseph ab Arimathia (eo quod esset discipulus Jesu, occultus autē propter metū Judęorum) vt tolleret corpus Jesu. Et dimisit Pilatus. Venit ergo, τ tulit corpus Jesu: Venit autem τ Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primū, ferens mixturam myrrhę, τ aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, τ ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judęis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, τ in horto monumentum nouum, in quo nōdum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Judęorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

Deinde sacerdos stans in cornu epistole, incipit absolute.

























Diaconus dicit.



Subdiaconus respondet.



Oro cãtat̃ i tono feriali orõnis Misse. Hic mod⁹ seruat̃ in subsequẽtibus.

OMnipotẽs sempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in Chr̃o gentib⁹ reuelasti: custodi opera misericordię tuę: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in cõfessione tui noĩs perseueret. Per eundem dñm nostrum Jesum. ⁊c. ℟. Amen.

ORemus ⁊ ꝓ btı̃ssimo papa nostro N. vt De⁹ ⁊ dñs nr̃, q̃ elegit eum in ordine ep̃atus, saluũ atq̃ incolumẽ custodiat eccl̃ię suę sc̃tẽ, ad regendum populum sanctum Dei. Orem⁹. Flectamus gen: ℟. Leuate.

OMñps sẽpiterne De⁹, cui⁹ iudicio vniuersa fundant̃: respice ꝓpiti⁹ ad ꝓces nr̃as: ⁊ electũ nobis antistitẽ tua pietate ꝯserua: vt Chr̃iana plebs, quę tali gubernatur auctore, sub tanto pontifice, credulitatis suę meritis augeat̃. Per dñm. ℟. Amẽ.

Oremus

Oremus et pro omnib⁹ episcopis, p̃sbyteris, diaconibus, subdiaconib⁹, acoluthis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, ꝯfessorib⁹, virginib⁹, viduis: et p omni populo sancto Dei. Orem⁹. Flectamus gen. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, cui⁹ spiritu totũ corpus ecclesię sctificatur, et regitur: exaudi nos p vniuersis ordinib⁹ supplicãtes: vt grẽ tuę munere ab omnibus tibi gradib⁹ fideliter seruiatur. Per dñm nost. ℟. Amen.

Oremus et pro Christianissimo Imperatore nr̃o N. vt Deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne Deus, in cuius manu sunt omniuz potestates, et omnium iura regnorum: respice ad Romanum benignus imperium: vt gentes, quę in sua feritate confidunt, potentię tuę dextera comprimantur. Per dñm. ℟. Amen.

Oremus et pro cathecumenis nostris: vt Deus et dñs noster adaperiat aures p̃cordiorũ ipsorũ, ianuãq; misericordię: vt per lauacrum regenerationis, accepta remissione oium peccatorum, et ipsi inueniantur in Christo Jesu domino nr̃o. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui ecclesiam tuam noua semper prole fęcundas: auge fidem, et intellectum cathecumenis nostris: vt renati fonte baptismatis, adoptionis tuę filijs aggregentur. Per dominũ nostrum Jesum. ℟. Amen.

Orem⁹, dilectissimi nobis, Deũ patrem oipotentem: vt cũctis mundũ purget errorib⁹, morbos auferat: famẽ depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantib⁹ reditum: infirmantibus sanitatẽ: nauigantibus portum salutis indulgeat. Orem⁹. Flectamus gen. ℟. Leuate.

Omnipotẽs sẽpiterne De⁹, męstorũ ꝯsolatio, laborantiũ fortitudo: pueniant ad te p̃ces de quacunq; tribulatione clamãtiũ: vt oẽs sibi in necessitatib⁹ suis misericordiã tuã gaudeant affuisse. Per dñm. ℟. Amen.

Oremus et p hęreticis, et schismaticis: vt Deus et dñs nr̃ eruat eos ab errorib⁹ vniuersis: et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atq; apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectam⁹ gen. ℟. Leuate.

Omnipotẽs sẽpiterne De⁹, q saluas oẽs, et neminẽ vis perire: respice ad aias diabolica fraude deceptas: vt omni hęretica prauitate deposita, errãtiũ corda resipiscãt, et ad veritatis tuę redeãt vnitatẽ. Per D. ℟. Amẽ.

Oremus et p pfidis Judęis: vt Deus et dñs nr̃ auferat velamẽ de cordibus eorũ: vt et ipsi agnoscant Jesum Christũ dominum nostrum. non resdondetur Amen, nec dicitur. Flectamus genua. sed statim dicitur.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui etiã Judaicaz perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcęcatione deferim⁹: vt agnita veritatis tuę luce, quę Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus et p paganis: vt Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eoruz: vt relictis idolis suis, ꝯuertant ad Deum viuum, et verum, et vnicum filium eius Jesum Christum, Deum et dñm nostrum,

cum quo viuit, ⁊ regnat cum spiritu sancto Deus. Per omnia secula seculorum. Non respondetur. Amen.


Oremus. Flectam⁹ gen. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne De⁹, qui nō mortē pctōꝝ, sed vitā semp inq̄ris: suscipe ꝓpitius orōnē nostrā: ⁊ libera eos ab idolorū cultura: ⁊ aggrega ecclesię tuę sanctę ad laudē ⁊ gloriam nōis tui. Per dn̄m. ℟. Amen.

¶ Cōpletis orōnib⁹, sacerdos deposita casula, ꝓcedit ad cornu ep̄l'ę, ⁊ ibi in posteriori parte anguli altaris accipit crucez a ministris sibi p̄paratā: quā, v̄sa facie ad chorū, ⁊ summitate parū discooperit, incipiēs sol⁹ an̄am. Ecce lignū crucis. Ab illo loco in antea iuuaē in cantu a ministris vsq; ad Venite adoremus. Choro vero cantante, Venite adoremus. oēs se prosternunt, Deinde ꝓcedit ad anteriorem partē anguli eiusdez cornu ep̄l'ę: ⁊ discooperiens amplius crucē, eleuās eā paulisper altius, quam primo, incipit, Ecce lignū crucis. Alijs cantantibus, ⁊ adorantibus, vt supra. Deinde sacerdos ꝓcedit ad medium altaris: ⁊ discooperiens crucez totaliter, ac eleuādo eam tertio, altius incipit. Ecce lignum crucis. Alijs cantantibus, ⁊ adorantibus, vt supra. Postea sacerdos deponit crucem in loco ad hoc preparato ante altare.



Ecce lignum crucis, in quo



salus mundi pe pen dit.

Chorus Respondet.



Ve ni te adore mus.

Deinde deponit calceamenta: ⁊ accedit ad adorādum crucē, ter genua flectens ante deosculationem crucis. Hoc facto reuertiē, ⁊ accipit calceamenta ⁊ casulā. Postmodū ministri altaris: deinde alij ter genibus flexis, vt dictum est, crucē adorāt. Interim dum fit adoratio, cātanē improperia, ⁊ alia quę sequuntur totaliter, vel in parte: prout multitudo adorantium vel paucitas reqrit, hoc modo. Duo cantores cantant in medio Chori. ℣. Pp̄le me⁹. vsq; ad Agios otheos.

℣. Popule meus quid feci tibi: aut in quo contristaui te, responde mihi:

℟. Quia eduxi te de terra Ægypti: parasti crucem Saluatori tuo.

Unus chorus cātat. Agios otheos. Alius chorus rn̄det. Sāctus Deus. Primus Chorus. Agios ischiros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios athanatos eleison imas. Secundus Chorus. Sāct⁹ ⁊ immortalis miserere nobis. Postea duo de secundo Choro cantant Versum. Quia eduxi te p desertum quadraginta annis: ⁊ manna cibaui te, ⁊ introduxi te in terram satis optimaz.

Chori respondent alternatim.

Agios otheos ⁊c. Sāctus Deus ⁊c. Ita tamē, quod primus chorus semper repetat Agios. Deinde duo de primo Choro cantant Versum.

Quid vltra debui facere tibi, ⁊ non feci: Ego quidem plantaui te vineā meam speciosissimam: ⁊ tu facta es mihi nimis amara: aceto nanque

sitim

sitim meam potasti: & lancea perforasti latus Saluatori tuo. Item chori alternatim respondent Agios otheos, Sanctus & immortalis. &c.

¶ Versus sequetis improperij a duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro simul repetente post quemlibet. Versum.

Popule meus quid feci tibi? aut in quo contristaui te? responde mihi.

¶ Incipiunt Improperia.

Duo de secundo Choro cantant.

℣. Ego propter te flagellaui Ægyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatum tradidisti. Chorus repetit.

Popule meus quid feci tibi? aut.

Duo de primo Choro.

℣. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidisti principibus sacerdotum. Chorus.

Popule meus quid feci tibi? aut.

Duo de secundo Choro.

℣. Ego ante te aperui mare: & tu aperuisti lancea latus meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo Choro.

℣. Ego ante te præiui in columna nubis: & tu me duxisti ad prętorium Pilati.

Chorus. Popule meus quid feci.

Duo de secundo Choro.

℣. Ego te paui manna per desertum: & tu me cęcidisti alapis, & flagellis. Chorus.

Popule me⁹. Duo d primo choro.

℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: & tu me potasti felle, & aceto.

Chorus. Popule meus quid feci.

Duo de secundo Choro.

℣. Ego propter te Chananęorum reges percussi: & tu percussisti arundine caput meum. Chorus. Popule meus.

Duo de primo Choro.

℣. Ego dedi tibi sceptrum regale: & tu dedisti capiti meo spineam coronam.

Chorus. Popule meus quid feci.

Duo de secundo Choro.

℣. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me suspendisti in patibulo crucis. Chorus.

Popule meus quid feci tibi? aut.

¶ Sequens Antipho. Crucem tuã adoramus. cũ psalmo. Deus misereatur nostri. cantatur côter, & repetitur immediate Aña post ℣. Aña.

Crucem tuam adoramus domine: & sanctam resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mundo. ps. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suuз super nos, & misereatur nostri. Deinde hym. Crux fidelis. Cum versibus hymnoꝝ sequetium. Pange lingua. Lustris sex qui iam. Et cum repetitionib⁹ vt inferius ponũtur pro dispositione cantoꝝ. hym.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talé profert fronde, flore, germine.

Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hymnus.

Pange lingua gloriosi, pręliũ certaminis, & sup crucis tropheo dic triũphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetit.

Crux fidelis. vsqз ad Dulce lignuз. Et sic quoties repetit. Crux fidelis.

℣. De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morsu in mortem corruit: ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret. Repetitur.

Dulce lignum.

℣. Hoc opus nostrę salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars, vt artem falleret: & medelam ferret inde, hostis vnde lęserat. Repet. Crux fidelis.

℣. Quando venit ergo sacri plenitudo tẽporis, missus est ab arce patris natus orbis conditor: atqз ventre virginali caro factus

factus prodijt. Repetit. Dulce lignū.
℣. Uagit infans inter arcta conditus presepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat: & manus, pedesque, & crura stricta cingit fascia. Repetit. Crux fidelis.

Alius Hymnus.

Lustris sex qui iam peractis, tempus implens corporis: se volente natus ad hoc, passioni deditus: agnus in cruce leuatur, immolandus stipite. Repetitur.

Dulce lignum.

℣. Hic acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea: mitte corpus perforatur: sanguis, vnda, profluit: terra, pontus, astra, mundus, quo lauantur flumine. Repetitur.

Crux fidelis.

℣. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: & rigor lentescat ille, quem dedit natiuitas: vt superni membra regis, miti tendas stipite. Repetitur. Dulce lignū.
℣. Gloria, & honor Deo, vsquequo altissimo, vna patri, filioque, inclyto paraclito, cui laus est & potestas, per eterna secula.
℟. Amen.

¶ Circa finem adorationis Crucis, accenduntur candele super altare: & Diaconus accipiens bursam corporalium, extendit corporale more solito: & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit & reportat ad altare. Postea ordinatur processio ad locū vbi pridie Sacramentum repositum fuerat. Precedit crux inter duos acolythos deferentes candelabra cū cereis accensis, & clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cū ministris. Cū peruentū fuerit ad locū Sacramēti, accenduntur intortitia, que non extinguūtur nisi post sumptionem Sacramenti: & sacerdos genuflectit ante Sacramentum, & orat aliquantulū: diaconus interim aperit capsulam, in qua recōditū est corpus Dn̄i: postea Sacerdos imponit incensum in duobus thuribulis, diacono nauiculam ministrāte, & genuflexus incēsat Sacramētū. Deinde diacon⁹ extrahēs calicem cum Sacramēto de capsula, dat ad man⁹ Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli qd̄ humeros Sacerdotis circūdat: & procedūt ordine quo venerunt: defert baldachinū super sacramentū: & duo acolythi cum thuribulis cōtinue sacramentum incensant: interim cantatur. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor,
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper,
Mucrone diro lancee,
Ut nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt que concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit a ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite,
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs,
Secli pependit pretium,
Statera facta corporis:
Predamq; tulit tartari.
O crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore:
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam,
Te summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus,
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege per secula. Amen.

Cū venerit Sacerdos ad altare, posito super illud Sacramento, genuflexus, rursus incensat, & accedēs ponit

nit hostiã sup patenã, quã Diacon⁹ tenet: deinde accipiens patenã cum sacraméto de manu diaconi, hostiam sacrã ponit super corporale nihil dicens: interim diaconus imponit vinum in calicé, ⁊ Subdiaconus aquã: ⁊ sacerdos accipiens calicem a Diacono, ponit sup altare, nihil dicens, ⁊ diaconus illum cooperit: deinde imponens incensum in thuribulo, incensat oblata ⁊ altare more solito, dicés.

Incensum istud a te benedictũ, ascendat ad te domine: ⁊ descendat super nos misericordia tua.

Cum incensat altare, dicit.

Dirigatur domine oratio mea, sicut incésum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo, ⁊ ostium circunstantię labijs meis: vt non declinet os meũ in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cũ reddit thuribulũ diacono, dicit.

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, ⁊ flammam ęternę charitatis. Amen.


Postea lauat manus, nihil dicés: deinde in medio altaris inclinat⁹ dicit.

In spiritu humilitatis, ⁊ ĩ animo contrito suscipiamur Domine a te: ⁊ sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, domine Deus.


Deinde versus ad populum, dicit.

Orate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deũ patré omnipotentẽ.


Consequenter omissis alijs dicit.



Oremus. Preceptis salutari-




bus moniti, ⁊ diuina institu-



tione formati, audemus dicere.




Pater noster, q̃ es in cęlis: san-




ctificetur nomen tuum. Adue-




niat regnum tuum. Fiat volun-



tas tua, sicut in cęlo, ⁊ in terra.



Panem nostrum quotidianũ



da nobis hodie. Et dimitte no-



bis debita nostra: sicut ⁊ nos

dimitti-



Sacerdos sub silentio dicto **Amen.** in eadem voce qua dixit **Pater noster.** Absolute sine **Oremus,** in tono Orationis Missę dicit.

Libera nos, quęsumus domine, ab omnibus malis, pręteritis, pręsentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente btã ⁊ gloriosa, semper virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; Andrea, ⁊ oĩbus sanctis: da propitius pacem in diebꝰ nostris: vt ope misericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato simus semper liberi, ⁊ ab omni ꝑturbatione securi. Per eundem dominum nrm. ⁊c.

¶ Tunc celebrans facta reuerentia vsq; ad terrã, sacramentũ in dexteraz accipit, ⁊ eleuat vt videri possit a populo, ⁊ statim diuidit in tres partes, quarũ vltimã mittit in calicẽ more solito, nihil dicẽs. **Pax dñi.** nõ dĩ, nec **Agnus Dei.** neq; pacis osculũ dat. Postmodum pretermissa oratione. **Domine Jesu Christe, qui dixisti.** quia facit mẽtionẽ de pace: ⁊ oratione. **Domine Jesu Christe fili Dei viui.** quia facit mentionem de sanguine: dicit tantum orationem sequentem.

Perceptio corporis tui domine Jesu Chr̃e, quod ego indignꝰ sumere pręsumo, non mihi proueniat in iudicium ⁊ condemnationez: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis, ⁊ corporis, ⁊ ad medelam percipiendam, Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia.

Accipit patenam cũ corpore Christi, ⁊ cum maxima humilitate, ⁊ reuerentia dicit **Panem cęlestem accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.** Percutiat pectus suum, ter dicens.

Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo, ⁊ sanabitur anima mea.

Postea signat se sacramẽto, dicens.

Corpus domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Tunc sumit corpus reuerenter. Deinde omissis omnibus quę dici solent ante sumptionem calicis, immediate particulam hostię cum vino reuerenter sumit de calice. Postea, more solito facta ablutione digitorũ, stans in medio altaris, dicit.

Quod ore sumpsimus, domine, pura mente capiamus: ⁊ de munere tẽporali fiat nobis remedium sempiternum. Non dicitur **Corpus tuum Domine.** nec Postcommunio, nec **Placeat tibi.** nec datur benedictio: sed facta Purificatione, Sacerdos cum ministris discedit, ⁊ dicuntur vesperę sine cantu: denudatur altare.

SABBATHO SANCTO.



Statio ad Sanctum Joannem in Laterano.



Hora competēti cooperiun tur altaria. ⁊ dicūtur hore, candelis altaris extinctis vsq; ad principiū Misse. Interim excutit ignis de lapide, ⁊ ac cendit. Dicta Nona, sacerdos indu tus amictu, alba, cingulo, stola, ⁊ plu uioli violaceo, astātibus sibi ministris cū cruce, aqua bñdicta, ⁊ incēso, bñ dicit nouū ignē dicens. ℣. Dñs vo biscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oratio.

Deus, qui per filiū tuum, angu larem scilicet lapidem, claritatis tuę fidelib⁹ ignē ꝯtulisti, ꝓductum ex silice, nostris profuturū vsib⁹: nouū hunc ignē san ✠ ctifica: ⁊ cōcede no bis: ita, ꝑ hęc festa paschalia, cęlesti bus desiderijs inflāmari, vt ad perpe tuę claritatis, puris mentibus, valea mus festa pertingere. Per eundem dominū. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Domine De⁹, pater oṗs, lumen indeficiens, ⁊ sancte conditor oīum luminū: benedic hoc lumē, qḋ a te sanctificatū, atq; benedictū est: qui illuminasti oēm mundū, vt ab eo lumine accēdamur, atq; illuminemur igne claritatis tuę: vt sicut illumina sti Moysen exeūtē de Ægypto: ita il lumines corda ⁊ sensus nr̄os: vt ad vitā ęternā mereamur ꝑuenire. Per Chr̄m dñm nr̄m. ℟. Amen. Oratio.

Domine sancte, pr̄ oṗs, ęterne Deus: bñdicētib⁹ nobis hunc ignē in noīe tuo, ⁊ vnigeniti filij tui, Dei, ac dñi nostri Jesu Chr̄i, ⁊ spiri tus sancti, cooperari digneris: ⁊ ad iuua nos. Qui viuis, ⁊ regnas cū eo dem vnigenito tuo ⁊ spū sctō Deus: Per omnia sęcula sęculorū. ℟. Am̄.

Deinde bñdicit qnq; grana icēsi po nēda in cereo, dicēs hāc orōnē. Oro.

Veniat, q̄s, oṗs Deus, sup hoc incensum larga tuę bene ✠ di ctionis infusio: ⁊ hūc nocturnū splen dorem inuisibilis regenerator accen de: vt nō solū sacrificiū, qḋ hac nocte litatū est, arcana luminis tui admix tione refulgeat: sed in quocūq; loco ex huius sctificationis mysterio fue rit deportatū, expulsa diabolicę frau dis neq̄tia, virtus tuę maiestatis assi stat. Per Chr̄m dñm nr̄m. ℟. Amē.

¶ Dum benedicit incensum, acoly thus assumēs de carbonibus bene dictis ponit in thuribulo. Finita ve ro benedictione incensi, sacerdos in censum, ⁊ ignem benedictum asper git aqua bñdicta: ⁊ de nauicula po sito incenso in thuribulo, inde ado let prędicta grana incensi ⁊ ignem be nedictum. Interim omnia luminaria ecclesię extinguuntur, vt de igne be nedicto postmodum accendantur.

¶ Deinde Diaconus indutus dal matica albi coloris, accipit arundinē cum tribus cādelis in sūmitate illius

triãgulo distinctis. Precedit thurife- rari⁹ cũ acolytho deferẽte ĩ vase quĩqꝫ grana incẽsi. Sequit̃ Subdiac. cũ cru ce, ⁊ clerus p ordinẽ: deinde Diaco- nus cũ arũdine, post eũ celebrãs. Cũ Diacon⁹ ingressus est ecclesiã, incli- nat arũdinẽ, ⁊ acolythus deferẽs can delam accẽsam de nouo igne, accẽdit vnã ex illis trib⁹ cãdelis desup positis: ⁊ diacon⁹ eleuãs arundinẽ genufle- ctit, similiter ⁊ oẽs alij cũ eo: ⁊ cantat solus. **Lumen Chr̃i.** ℟. **Deo grãs.**

Procedens deinde ad mediũ Eccle sie, ibi accenditur alia candela: ⁊ ite- rum genuflexus vt sup. altius cantat. **Lumen Christi.** ℟. **Deo gratias.**

Tertio procedit ante altare, vbi ac- cendit tertia candela, ⁊ rursus genu- flexus vt prius, adhuc altius dicit. **Lumen Christi.** ℟. **Deo gratias.**

Deinde dat arũdinẽ vni acolytho: ⁊ accipiẽs librũ, petit a celebrãte bño- nẽ, vt sit ad Euãgeliũ Sacerdote di- cẽte. **Dñs sit in corde tuo, ⁊ in labijs tuis, vt digne ⁊ cõpetenter annũcies suũ sanctũ paschale pconiũ.** Postea vadit ad pulpitum, ⁊ ponit super eo librum: ⁊ incẽsat. A dextris Diaconi stẽt Subdiaconus cũ cruce, ⁊ Thu- riferarius: a sinistris duo acolythi, ille qui tenet arundinem, ⁊ alius tenẽs in vase quinqꝫ illa grana incensi bene- dicti figẽda in cereo. Tunc surgẽtib⁹ ⁊ stãtib⁹ omnibus, Diacon⁹ cantat.



Xultet iam angelica

turba cęlorum, Exultent diui-

na mysteria, ⁊ pro tanti regis

victoria, tuba insonet salu-

ta ris. Gaude at ⁊ tel lus

tantis irradiata fulgoribus:

⁊ ęterni regis splendore il lu-

strata, totius orbis se sentiat

ami sis se ca li ginem. Lęte-

tur ⁊ mater Ecclesia, tanti lu-

minis adornata fulgoribus: ⁊

ma-

magnis populorũ vocibus hęc

au la resul tet. Quapropter

astantes vos fratres charis si-

mi, ad tam miram huius sancti

luminis claritatem, vna me-

cum queso, Dei omnipotentis

miseri cor diam inuoca te.

Ut qui me non meis meritis

intra Leuitarum numerum

dignatus est aggregare: lumi-

nis sui claritatem infundens,

cerei huius laudem implere

per fi ciat. Per dominum

nostrum Jesum Christum fi-

lium suum: qui cum eo viuit &

regnat in vnitate spiritus san-

cti, Deus. P er omnia sęcula

sęculorum. ℟. Amen. ℣.

℟ ij Do-

Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Grati as agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignum ⁊ iustum est, inuisibilem Deum patrem omnipotentem, filiumq́ꝫ eius vnigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, toto cordis ac mentis affectu, ⁊ vocis ministerio personare. Qui ꝓ nobis ęterno patri Adę debitū soluit: ⁊ veteris piaculi cautionem, pio cruore detersit. Hęc sunt enim festa paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur,

cuius

cuius sanguine postes fidelium
consecrantur. Hęc nox est, in
qua primum patres nostros,
filios Israel, eductos de Ægy-
pto, mare rubrum sicco vestigio
transire fecisti. Hęc igitur nox
est, quę peccatorum tenebras,
columnę illuminatione purgauit,
Hęc nox est, quę hodie per vni-

uersum mundum, in Christo
credentes, a vitijs seculi, & cali-
gine peccatorum segregatos,
reddit gratię, so ci at sanctita-
ti. Hęc nox est, in qua destru-
ctis vinculis mortis, Christus
ab inferis victor ascendit. Ni-
hil enim nobis nasci profuit, nisi
redimi profuisset. O mira cir-

ca nos tuę pietatis dignatio.

O inęstimabilis dilectio chari-

tatis: vt seruum redimeres, fi-

lium tradidisti. O certe necessa-

rium Adę peccatum, qđ Chri-

sti morte deletum est, O felix

culpa, quę talem ac tantū meruit habere redemptorem. O

vere beata nox, quę sola me-

ruit scire tempus ꝛ horam, in

qua Christus ab inferis resurre-

xit. Hęc nox est, de qua scri-

ptum est: ꝛ nox sicut dies illumi-

nabitur: ꝛ nox illuminatio mea

in de li ciis meis. Huius igi-

tur sanctificatio noctis fugat


scelera, culpas lauat: ꝛ red-

dit innocentiam lapsis, ꝛ mo-

stis



ſtis lę ti ti am. Fu ga o-




di a, con cor di ani pa rat,




cur uat im pe ria.


Hic Diaconus infigit quinque grana incenſi benedicti Cereo in modum crucis.




In huius igitur noctis gratia,



ſuſcipe ſancte pater incenſi hu-



ius ſacrificium veſpertinum:




quod tibi in hac cerei oblatio-




ne ſo lemni, per miniſtrorum



manus, de operibus apum,



ſacroſancta reddit Eccleſi a.



Sed iam colum nę huius



pręconia nouimus, quam in




ho no rem Dei rati lans




ignis accendit.

Hic Diaconꝰ accendit cereum.



Qui licet ſit diuiſus in partes,



mutuati tamen luminis detri-




menta non nouit. Alitur enim



liquantibus ceris, quas in sub-



statiam pręciosę huius lampa-



dis apis mater eduxit.




O vere beata nox, quę expo-




liauit Ægyptios, ditauit He-



bręos. Nox in qua terrenis cę-



lestia, humanis diuina iungun-



tur. Oramus ergo te domine:



vt cereus iste in honorem tui



nominis consecratus, ad noctis



huius caliginem destruendam,




indeficiens perseueret. Et in



odorem suauitatis acceptus,



supernis luminaribus miscea-




tur. Flammas eius lucifer ma-



tutinus inueniat. Ille, inquam



lucifer, qui nescit occasum,



Ille qui regressus ab inferis, huma-

humano ge ne ri se re nus

il luxit. Precamur ergo te

Domine, vt nos famu los

tuos, omnemq; clerum, & de-

uotissi mum populum: vna

cum beatissimo Papa nostro

N. & An ti sti te nostro. N.

quiete temporum concessa, in

his paschalib⁹ gaudijs, assidua

protecti o ne regere, guber-

nare, & conseruare digneris.

Respice etiam ad de uo tissi-

mum Imperatorem nostrum

N. cuius tu Deus desiderij

vota prænoscens, in effa bi li

pie ta tis, & mi se ri cor-

diæ tuæ munere, tranquillum

perpetuæ pacis accommoda,

& cæ-

τ celestem victoriam cum omni populo suo. Per eundem dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit, τ regnat in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum, Amen.

¶ Cõpleta bñdictione Cerei, Diaconus depositis albis sumit violacea paramenta, τ vadit ad celebrantem. Postea leguntur prophetie sine titulo, τ in fine prophetiarũ dicũtur oratio nes modo subscripto. Ante vel interim dum prophetie leguntur presbyteri catechizent catechumenos baptizandos, τ pparent ad baptismuz.

Prophetia prima.



In principio creauit Deus celuz, τ terram. Terra autẽ erat inanis τ vacua: τ tenebre erãt super faciẽ abyssi: τ spiritus Dñi ferebatur super aquas. Dixitq; Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucẽ, quod esset bona: τ diuisit lucẽ a tenebris. Appellauitq; lucẽ, diẽ: τ tenebras, noctẽ: factumq; est vespere, τ mane dies vnus. Dixit quoq; Deus. Fiat firmamentũ in medio aquarũ, τ diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentũ, diuisitq; aquas, que erant sub firmamẽto, ab his, que erant super firmamentũ. Et factũ est ita. Vocauitq; Deus firmamentũ, celũ: τ factũ est vespere, τ mane dies secundus. Dixit vero Deus. Congregent aque, que sub celo sunt, in locũ vnũ: τ appareat arida. Factũq; ẽ ita. Et vocauit Deus aridã, terrã: cõgregationesq; aquarũ appellauit maria. Et vidit Deus, qd esset bonuz, τ ait. Germinet terra herbam virentem, τ facientẽ semen, τ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suũ, cuius semẽ in semetipso sit super terrã. Et factũ est ita. Et protulit terra herbaz virentẽ, τ afferentẽ semẽ iuxta genus suũ, lignumq; faciẽs fructũ, τ habens vnũquodq; sementem ẽm speciem suã. Et vidit Deus, quod esset bonum. Factũq; est vespere, τ mane dies tertius. Dixit autẽ Deus. Fiant luminaria in firmamento celi, τ diuidant diẽ, ac noctẽ: τ sint in signa, τ tẽpora, τ dies, τ annos: vt luceant in firmamento celi, τ illuminent terram.

Gene. cap. I.

Et

Et factuz est ita. Fecitqz Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt preesset diei: & luminare minus, vt preesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamēto celi, vt lucerent sup terrā: & preessent diei, ac nocti, & diuiderent lucē, ac tenebras. Et vidit Deus, q esset bonuz. Et factū est vespere, & mane dies quartus. Dixit etiā De⁹. Producant aque reptile anime viuentis, & volatile super terrā sub firmamento celi. Creauitq Deus cete grandia, & oēm aīam viuentem, atqz motabilē, quā pduxerāt aque in species suas, & oē volatile secundum genus suum. Et vidit Deus, q esset bonū. Benedixitq eis, dicēs. Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq multiplicētur super terrā. Et factū est vespere, & mane dies quintus. Dixit quoqz Deus: Producat terra aīam viuentē in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terre sm species suas. Factūq est ita. Et fecit De⁹ bestias terre, iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terre in genere suo. Et vidit Deus, q esset bonum. Et ait. Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinem nostram, & presit piscib⁹ maris, & volatilibus celi: & bestijs, vniuerseq terre, omniq reptili, q mouetur in terra. Et creauit Deus hoīem ad imaginē, & similitudinē suā: ad imaginē Dei creauit illū, masculū, & feminā creauit eos. Benedixitq illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscib⁹ maris, & volatilibus celi, & vniuersis animantibus, que mouent̄ sup terrā. Dixitq Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, q̄ habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam, & cūctis animantibus terre, omniq volucri celi, & vniuersis, q̄ mouētur in terra, & in quib⁹ est anima viuēs, vt habeant ad vescēdum. Et factuz est ita. Viditqz Deus cuncta, que fecerat, & erant valde bona. Et factuz est vespere, & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi, & terra, & omnis ornatus eoruz. Compleuitq Deus die septimo opus suum, quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat.

Qua completa, sacerdos dicat Oremus. & diaconus. Flectamus genua. Subdiaconus. Leuate. Oratio.

DEus, qui mirabiliter creasti hominē, & mirabilib⁹ redemisti: da nobis, q̄s, ↄtra oblectamēta peccati, mētis ratione psistere: vt mereamur ad eterna gaudia peruenire. Per d.

Prophetia secunda.

NOe vero cum quingētorū esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth. Cūqz cepissent homines multiplicari sup terrā, & filias pcreassent: vidētes filij Dei filias hominū q essent pulchre: acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitqz Deus. Nō permanebit spiritus meus in homine in eternū, quia caro est: eruntqz dies illius cētū viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquā eniz ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illeqz genuerunt: isti sunt potentes a seculo viri famosi. Videns autem Deus q multa malitia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: penituit eū, quod hominem fecisset in terra. Et precauens in futurum, & tactus dolore cordis

Gen. 5. 6. ca.

intrin-

intrinsecus: Delebo (inquit) hominem quē creaui, a facie terrę, ab homine vsq3 ad animātia: a reptili vsq3 ad volucres cęli. Penitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā coram Deo. He sunt gñationes Noe. Noe vir iustus atq3 pfectus fuit i generationibus suis, cū Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Chā, ⁊ Japheth. Corrupta est autē terra coram Deo, ⁊ repleta est iniquitate. Cūq3 vidisset Deus terrā esse corruptā, (omnis quippe caro corruperat viam suā super terrā) dixit ad Noe. Finis vniuersę carnis venit corā me: repleta est terra iniqtate a facie eorū: ⁊ ego disperdā eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies: ⁊ bitumine linies intrinsecus, ⁊ extrinsec⁹. Et sic facies eā. Trecentorū cubitorum erit lōgitudo arcę: quinquaginta cubitorū latitudo: ⁊ triginta cubitorum altitudo illius. Fenestrā in arca facies: ⁊ in cubito ꝯsummabis summitatem eius. Ostiū aūt arcę pones ex latere deorsum. Cęnacula ⁊ tristega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas super terrā: vt interficiā oēm carnē, in qua spiritus vitę est subter cęlum: ⁊ vniuersa quę in terra sunt, ꝯsumētur: Ponāq3 fędus meum tecū: ⁊ ingredieris arcam tu ⁊ filij tui, vxor tua, ⁊ vxores filiorū tuorū tecū. Et ex cunctis animantibus vniuersę carnis bina induces in arcā, vt viuant tecū: masculini sexus ⁊ fęminini. De volucribus iuxta genus suū, ⁊ de iumētis in genere suo, ⁊ ex omni reptili terrę secundū genus suū: bina de oībus ingredient tecū, vt possint viuere. Tolles igitur tecū ex omnibus escis quę mādi possunt, ⁊ cōportabis apud te: ⁊ erunt tam tibi quam illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia quę pręceperat illi Deus. Eratq3 sexcentorū annorū qñ diluuij aquę inundauerūt super terrā. Rupti sunt autem omnes fontes abyssi magnę, ⁊ cataractę cęli apertę sunt: ⁊ facta est pluuia sup terram quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Chā, ⁊ Japheth, filij eius, vxor illius, ⁊ vxores filiorum eius cū eo in arcā: ipsi, ⁊ omne animal secundū genus suum, vniuersaq3 iumenta in genere suo, ⁊ omne quod mouet᷑ super terram in genere suo, cunctumq3 volatile secundū genus suū. Porro arca ferebatur super aquas. Et aquę pręualuerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso Cęlo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operuerat. Consumptaq3 est omnis caro, quę mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumq3 reptilium quę reptant sup terram. Remansit autem solus Noe, ⁊ qui cum eo erant, in arca. Obtinuerūtq3 aquę terram cētumquinquaginta diebus. Recordatus autē dñs Noe, cunctorumq3 animantiū, ⁊ omnium iumentorum quę erant cū eo in arca, adduxit spiritū super terrā, ⁊ imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, ⁊ cataractę cęli, ⁊ prohibitę sunt pluuię de cęlo. Reuersęq3 sunt aquę de terra euntes, ⁊ redeuntes: ⁊ cęperūt minui post centū qnquaginta dies. Cūq3 transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestrā arcę quam fecerat, dimisit coruū. Qui egrediebatur, ⁊ non reuertebat᷑, donec siccarentur aquę super terrā. Emisit quoque

columbā

columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquę sup faciē terrę. Quę cum nō inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad euz in arcā. Aquę enim erant super vniuersam terram. Extēditq3 manū, τ apprehensam intulit in arcā. Expectatis autē vltra septē diebus alijs, rursuz dimisit colūbā ex arca. At illa venit ad euz ad vesperā, portās ramū oliuę virētib⁹ folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, φ cessassent aquę sup terrā. Expectauitq3 nihilominus septē diebus alijs: τ emisit colūbam, quę non est reuersa vltra ad eum. Locut⁹ est aūt dñs ad Noe, dicens. Egredere de arca tu, τ vxor tua: filij tui, τ vxores filioꝝ tuoꝝ tecū. Cuncta animantia q̄ sunt apud te, ex omni carne taz in volatilibus q̄ in bestijs, τ vniuersis reptilibus, quę reptant super terrā, educ tecum: τ ingredimini sup terrā. Crescite, τ multiplicamini super eaz. Egress⁹ est ergo Noe τ filij eius: vxor illius, τ vxores filiorum eius cum eo. Sed τ omnia animātia, iumenta, τ reptilia quę reptāt super terrā secūdū genus suū, de arca egressa sunt. Ædificauit autez Noe altare dño: τ tollēs de cūctis pecorib⁹ τ volucrib⁹ mūdis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq3 est dñs odorem suauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus incommutabilis virtus, τ lumē ęternum: respice propiti⁹ ad totius ecclesię tuę mirabile sacramentū, τ opus salutis humanę ppetuę dispositionis effectu trāqlli⁹ operare: totusq3 mundus experiat, τ videat: deiecta erigi, inueterata renouari, τ per ipsum redire omnia in integrum, a quo sumpsere principium. Per dominum nostrum Jesum, τc.

Prophetia tertia.

In diebus illis. Tentauit Deus Abrahā, τ dixit ad eum. Abraham, Abrahā. At ille rñdit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitū quē diligis Jsaac, τ vade in terrā visionis: τ offeres euz ibi in holocaustū super vnū mōtium, quē mōstrauero tibi. Jgiť Abrahā de nocte cōsurgēs strauit asinum suū, ducēs secū duos iuuenes, τ Jsaac filiū suum. Cumq3 ꝯcidisset ligna in holocaustū: abijt ad locum quē pręceperat ei Deus. Die autē tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitq3 ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego τ puer illuc vsq3 ꝓperātes, postq̄ adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, τ imposuit sup Jsaac filium suū: ipse vero portabat in manib⁹ ignē τ gladiū. Cumq3 duo pergerēt simul, dixit Jsaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis τ ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abrahā. De⁹ ꝓuidebit sibi victimaz holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntq3 ad locum, quem ostenderat ei De⁹: in quo ędificauit altare, τ desup ligna cōposuit. Cumque colligasset Jsaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditq3 manum, τ arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce Angelus de cęlo clamauit dicens: Abraham, Abraham. Qui rñdit. Adsum. Dixit ei. Ne extendas manuz tuam sup puerū: neq3 facias illi qcquā. Nunc cognoui φ timeas Deum: τ non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abrahā oculos: viditq3 post tergum arietem inter vepres, hęrentē cornibus, Ge. 22

bus, quē assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius, Dñs videt. Unde vsq; hodie dicit: In monte dominus videbit. Vocauit autem angelus dñi Abraham secūdo de celo, dicēs. Per memetipsum iuraui, dicit dominus: qa fecisti rem hanc, ⁊ nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicēs bñdicam tibi, ⁊ multiplicabo semen tuū sicut stellas celi, ⁊ velut arenā, que est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: ⁊ benedicentur in semine tuo omnes gētes terre, qa obedisti voci mee. Reuersusq; est Abraham ad pueros suos: abierūtq; Bersabee simul, ⁊ habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fidelium pater summe: q in toto orbe terrarū, pmissionis tue filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, ⁊ per paschale sacramentum, Abraham puerum tuum vniuersarū, sicut iurasti, gentiū efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiā tue vocationis introire. Per do.

Prophetia quarta.

Exod. 14. In diebus illis: Factū est in vigilia matutina, ⁊ ecce respiciens dñs super castra Ægyptiorū per columnā ignis ⁊ nubis, interfecit exercitum eorū: ⁊ subuertit rotas curruū, ferebanturq; in pfundum. Dixerunt ergo Ægyptij. Fugiamus Israelē: dñs enim pugnat pro eis cōtra nos. Et ait dñs ad Moysen. Extēde manum tuam super mare: vt reuertātur aque ad Ægyptios super currus ⁊ eqtes eorū. Cumq; extēdisset Moyses manum cōtra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; Ægyptijs occurrerunt aque: ⁊ inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuerseq; sunt aque, ⁊ operuerunt currus ⁊ equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidē supfuit ex eis: Filij autē Israel perrexerunt per mediū sicci maris: ⁊ aque eis erāt quasi p muro a dextris ⁊ a sinistris. Liberauitq; dñs in die illo Israel de manu Ægyptiorū. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, ⁊ manum magnam quā exercuerat dñs cōtra eos. Timuitq; populus dominū: ⁊ crediderunt domino, ⁊ Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses, ⁊ filij Israel, carmen hoc domino, ⁊ dixerunt. Tractus.

Cantemus dño: gloriose enim honorificatus est: equum ⁊ ascensorē proiecit in mare; adiutor ⁊ protector factus est mihi i salutē. Exod. 15. ℣. Hic est Deus meus, ⁊ honorificabo eū: Deus pris mei, ⁊ exaltabo eū. ℣. Dñs cōterens bella: dñs nomen est illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: dum, qd vni populo, a persecutione Ægyptiaca liberādo, dextere tue potentia contulisti: id in salutē gentiū per aquā regenerationis operaris: presta, vt in Abrahe filios, ⁊ in Israeliticam dignitatem, totius mundi trāseat plenitudo. Per dominū.

Prophetia quinta.

Hec est hereditas seruorum Dei, ⁊ Isa. 55 iustitia eorū apud me, dicit dñs. Omnes sitientes venite ad aquas: ⁊ qui nō habetis argētū, pperate, emite, ⁊ comedite. Uenite, emite absq; argēto, ⁊ absq; vlla cōmutatione vinum ⁊ lac. Quare appenditis argētum non in panibus, ⁊ laborē vestrū nō i saturitate? Audite audiētes me, ⁊ co-

⁊ comedite bonum: ⁊ delectabitur in crassitudine aïa vestra. Inclinate aurem vestram, ⁊ venite ad me: audite, ⁊ viuet aïa vestra: ⁊ feriam vobiscum pactū sépiternū, misericordias Dauid fideles. Ecce testez populis dedi eū, ducé ac pceptoré gétibus. Ecce, genté quaz nesciebas, vocabis: ⁊ gé tes, quę nó cognouerunt te, ad te current ꝑpter dñm Deū tuum, ⁊ sanctū Israel: quia glorificauit te. Quęrite Dñm dum inueniri potest: inuocate eum duz prope est. Derelinquat impius viá suá, ⁊ vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertať ad dñm, ⁊ miserebiť ei⁹, ⁊ ad Deum nostrū, quoniam multus est ad ignoscendū. Non enim cogitationes meę cogitationes vestrę: neqꝫ vię meę vię vestrę, dicit dominus. Quia sicut exaltantur cęli a terra: sic exaltatę sunt vię meę a vijs vestris, ⁊ cogitationes meę a cogitationibus vestris. Et quomodo descédit imber, ⁊ nix de cęlo, ⁊ illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrá, ⁊ infundit eá, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat semen serenti, ⁊ pané comedenti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quęcunqꝫ volui, ⁊ prosperabitur in his ad quę misi illud: dicit dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotés sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopondisti: ⁊ promissionis filios sacra adoptione dilata: vt quod priores sancti non dubitauerunt futurum, ecclesia tua iaꝫ ex parte cognoscat impletum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ⁊c.

Prophetia sexta.

AVdi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel: ꝙ in terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cuz mortuis: deputatus es cū descédentib⁹ in infernū. Dereliquisti fonté sapiétię. Ná si in via Dei ambulasses, habitasses vtiqꝫ in pace super terraz. Disce vbi sit sapiétia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: vt scias simul, vbi sit longiturnitas vitę ⁊ vict⁹, vbi sit lumé oculoꝝ ⁊ pax. Quis inuenit locū eius? Et qs introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium, ⁊ qui dominantur super bestias, quę sunt super terrá? Qui ī auibus cęli ludunt, qui argentū thesaurizant, ⁊ aurum in quo confidunt homines: ⁊ non est finis acquisitionis eorum? Qui argétum fabricant, ⁊ solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum? Exterminati sunt, ⁊ ad inferos descenderunt: ⁊ alij in locum eorum surrexerunt. Juuenes viderunt lumé: ⁊ habitauerunt super terram. Uiam auté disciplinę nescierūt: neqꝫ intellexerunt semitas eius: neqꝫ susceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaá: neqꝫ visa est in Theman. Filij quoqꝫ Agar, qui exquirunt prudentiá, quę de terra est, negociatores terrę, ⁊ Themá: ⁊ fabulatores, ⁊ exqsitores prudétię ⁊ intelligétię: viá autem sapiétię nescierūt: neqꝫ meminerūt semitarum eius. O Israel, quam magna est dom⁹ Dei, ⁊ ingés locus possessionis eius? Magnus, ⁊ nó habet cósummationé: excelsus ⁊ immésus. Ibi fuerunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt, statura magna,

Bar. cap. 3.

scientes bellu3. Non hos elegit dñs: neq3 viã disciplinę dedit illis: propterea perierunt. Et qm̃ non habuerunt sapientiã: interierunt ꝓpter suam insipientiam. Quis ascẽdit in cęlũ, ⁊ accepit eam, ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, ⁊ inuenit eam, ⁊ attulit eam super aurum electũ? Non est, qui sciat viam eius, neq3 qui excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: ⁊ adinuenit eam prudentia sua. Qui pfecit terra3 in sempiterno tpe: ⁊ adimpleuit eam pecudib9. Qui emittit lumẽ, ⁊ vadit: ⁊ vocauit illud, ⁊ obediuit illi i tremore. Stellę aũt dederũt lumẽ in custodijs suis, ⁊ lętatę sũt. Vocatę sunt, ⁊ dixerũt, adsum9. Et luxerũt ei cũ iucũditate, q fecit illas. Hic est De9 nr̃: ⁊ nõ ęstimabit alius ad eũ. Hic adinuenit oẽm viã disciplinę: ⁊ dedit illã Jacob puero suo, ⁊ Jsrael dilecto suo. Post hęc super terra3 visus est: ⁊ cũ hominibus cõuersatus est. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

DEus, qui ecclesia3 tua3 semper gentiu3 vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum nostrum.

Prophetia septima.

Ezech. 37. IN diebus illis: Facta est super me manus Domini, ⁊ eduxit me in spiritu Dñi: ⁊ dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, ⁊ circũduxit me per ea in gyrum. Erãt autem multa valde super faciẽ campi, siccaq3 vehementer. Et dixit ad me. Fili hoĩs, putasne viuẽt ossa ista? Et dixi. Dñe Deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis: ⁊ dices eis. Ossa arida audite verbum dñi. Hęc dicit dñs Deus ossibus his. Ecce ego intromittã in vos spiritu3, ⁊ viuetis. Et dabo sup vos neruos: ⁊ succrescere faciam super vos carnes: ⁊ superextendam in vobis cutẽ: ⁊ dabo vobis spiritũ, ⁊ viuetis: ⁊ scietis quia ego dñs. Et prophetaui sicut pręceperat mihi. Factus est autẽ sonitus prophetante me, ⁊ ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnũquodq3 ad iuncturã suã. Et vidi: ⁊ ecce super ea nerui, ⁊ carnes ascenderunt: ⁊ extenta est in eis cutis desuper: ⁊ spiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad spũm. Hęc dicit dñs Deus. A quatuor ventis veni spiritus, ⁊ insuffla super interfectos istos, ⁊ reuiuiscant. Et ꝓphetaui, sicut pręceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, ⁊ vixerunt: ⁊ steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hęc vniuersa, domus Jsrael est. Jpsi dicunt: aruerũt ossa nostra, perijt spes nostra, ⁊ abscissi sumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos. Hęc dicit dñs Deus. Ecce ego aperiã tumulos vestros, ⁊ educam vos de sepulchris vestris popul9 me9: ⁊ inducam vos in terram Jsrael. Et scietis quia ego dñs, cũ aperuero sepulchra vr̃a: ⁊ eduxero vos de tumulis vestris popule me9, ⁊ dedero spũm meũ i vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ regescere vos faciã sup humũ vestrã, dicit dñs ops. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Orõ.

DEus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentũ vtriusque testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione pręsentium munerum, firma sit expectatio futuroru3. Per.

Pro-

Prophetia octaua.

Isa. 4. APprehendent septem mulie-
res virum vnũ in die illa, dicen-
tes. Panem nostrum comedemus,
τ vestimentis nostris operiemur: tã-
tũmodo inuocetur nomẽ tuũ super
nos: aufer opprobriũ nostrũ. In die
illa erit germen domini in magnifi-
centia, τ in gloria: τ fructus terrę su-
blimis: τ exultatio his qui saluati fue
rint de Israel. Et erit, omnis qui reli-
ctus fuerit in Siõ, τ residuus in Je-
rusalem: sanctus vocabitur, omnis,
qui scriptus est in vita in Jerusalem,
Si abluerit dominus sordes filiarum
Sion: τ sanguinem Jerusalem laue-
rit de medio eius, in spiritu iudicij, τ
spiritu ardoris. Et creabit dominus
Deus super omnem locum montis
Sion, τ vbi inuocatus est, nubẽ per
diem, τ fumum τ splendorem ignis
flammantis in nocte: super omnem
enim gloriam protectio. Et taberna-
culum erit in vmbraculum diei ab ę-
stu: τ in securitatem τ absconsionem
a turbine, τ a pluuia. Tractus.

Isa. 5. Uinea facta est dilecto in cornu, in loco
vberi. ℣. Et maceriã circumdedit, τ circun-
fodit: τ plantauit vineam Sorec, τ ędifica-
uit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fo-
dit in ea: vinea enim domini Sabaoth, do-
mus Israel est. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui i omnib⁹ ecclesię tuę
filijs, sanctorũ prophetaꝝ voce
manifestasti, in omni loco dominatio
nis tuę satorem te bonorũ seminum,
τ electorum palmitum esse cultorẽ:
tribue, quęsumus, populis tuis: qui
τ vinearum apud te nomine censen-
tur τ segetum: vt, spinarum τ tribu-
lorum squalore resecato, digna effi-
ciãtur fruge fęcundi. Per dominũ.

M. Rom.

Prophetia nona.

IN diebus illis: Dixit Dñs ad Exod. 12.
Moysen, τ Aarõ in terra Ægy-
pti. vt in feria vj. parasceues. fol. 67.
qua finita dicitur Oremus. Flecta-
mus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne De⁹,
qui in omnium operum tuo-
rum dispensatione mirabilis es: in-
telligant redempti tui, nõ fuisse excel
lentius, ꝙ initio factus est mundus,
quã ꝙ in fine seculorũ pascha nostrũ
immolatus est Christus. Qui tecũ.

Prophetia decima.

IN diebus illis. Factũ est verbũ Jon. 3.
dñi ad Jonã prophetã secũdo,
dicens. Surge, τ vade in Niniuen ci-
uitatẽ magnã: τ ꝑdica in ea predica-
tionẽ, quam ego loquar ad te. Et sur-
rexit Jonas, τ abijt in Niniuẽ iuxta
verbũ dñi. Et Niniue erat ciuitas ma
gna itinere dierum triũ. Et cępit Jo-
nas introire ciuitatem itinere diei v-
nius: τ clamauit, τ dixit. Adhuc qua-
draginta dies, τ Niniue subuertetur.
Et crediderunt viri Niniuitę in dño:
τ prędicauerunt ieiunium, τ vestiti
sunt saccis a maiore vsq; ad minorẽ.
Et peruenit verbum ad regem Nini-
ue: τ surrexit de solio suo, τ abiecit ve
stimentum suũ a se, τ indutus est sac-
co, τ sedit in cinere. Et clamauit, τ di-
xit in Niniue ex ore regis τ principũ
eius, dicens. Homines, τ iumenta, τ
boues, τ pecora nõ gustent quicquã,
nec pascantur, τ aquam non bibant.
Et operiant saccis homines τ iumẽ-
ta, τ clament ad dominum in fortitu-
dine: τ cõuertatur vir a via sua mala,
τ ab iniquitate quę est in manib⁹ eo-
rũ. Quis scit si conuertat, τ ignoscat
Deus: τ reuertatur a furore irę suę,
τ non peribimus? Et vidit Deus

opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: et misertus est populo suo, dñs Deus noster. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, q diuersitaté gentiũ in cõfessione tui nominis adunasti: da nobis et velle et posse q̃ pcipis: vt pplo ad eternitatez vocato, vna sit fides métiũ, et pietas actionũ. Per do.

Prophetia vndecima.

Deut. 31. In diebus illis. Scripsit Moyses cáticũ: et docuit filios Israel. Precepitq; dñs Josue filio Nun: et ait. Confortare, et esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram quã pollicitus sum eis: et ego ero tecuz. Postq̃ ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atqz compleuit: precepit leuitis qui portabant arcam federis dñi, dicés. Tollite librum istum, et ponite eum in latere arce federis domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimoniũ. Ego enim scio contentionem tuam, et ceruicem tuam durissimaz. Adhuc viuente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominũ: quãto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me oés maiores natu per tribus vestras, atque doctores: et loquar audiétibus eis sermones istos, et inuocabo contra eos celum, et terram. Noui enim quod post mortem meam inique agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tépore: quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cetu filiorũ Israel, verba carminis hui⁹: et ad finé vsqz cópleuit:

Deut. 32. Tractus. Attende celum, et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: et descendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramé: et sicut nix super fenum: et nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro: Deus, vera opera eius, et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus et sanctus dominus. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus celsitudo humiliũ, et fortitudo rectorũ: q p sctm̃ Moysez puerũ tuũ, ita erudire pplm tuũ sacri carminis tui decãtatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiaz nr̃a directio: excita in omné iustificatarũ gétiũ plenitudiné potétiã tuã, et da letitiam mitigãdo terroré: vt omniũ pctis tua remissione deletis: qd denunciatũ est in vltioné, transeat in salutem. Per.

Prophetia duodecima.

In diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuaz auream, altitudine cubitorũ sexaginta, latitudine cubitorũ sex: et statuit eã in cãpo Dura prouincie Babylonis. Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad ɔgregandos satrapas, magistratus, et iudices, duces, et tirãnos, optimates, et prefectos, oésq; principes regionũ: vt ɔuenirent ad dedicationé statue, quã erexerat Nabuchodonosor Rex. Tunc cógregati sunt satrape, magistratus, et iudices, duces, et tirãni, et optimates qui erãt in potestatib⁹ ɔstituti, et vniuersi principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem statue, quam erexerat Nabuchodonosor Rex. Stabant autem in conspectu statue, quam posuerat Nabuchodonosor Rex: et preco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, et linguis. In hora, qua audieritis sonitum Da. 3.

tum

tum tubę, ⁊ fistulę, ⁊ citharę, sambu
cę, ⁊ psalterij, ⁊ simphonię, ⁊ vniuersi
generis musicorũ: cadẽtes adorate sta
tuã aureã, quam ɔstituit Nabucho
donosor rex. Siqs autẽ non ꝓstratus
adorauerit, eadem hora mittet in for
nacẽ ignis ardẽtis. Post hęc igit sta
tim, vt audierũt omnes populi sonitũ
tubę, fistulę, ⁊ citharę, sambucę, ⁊ psal
terij, ⁊ simphonię, ⁊ omnis generis
musicorũ, cadẽtes omnes populi, tri
bus, ⁊ lingue, adorauerunt statuã au
reã, quã constituerat Nabuchodono
sor rex. Statimq; ipso tempore acce
dẽtes viri Chaldei accusauerũt Iu
deos, dixeruntq; Nabuchodonosor
regi. Rex in ęternũ viue. Tu rex po
suisti decretũ: vt oĩs homo, qui audie
rit sonitũ tubę, fistulę, ⁊ citharę, sam
bucę, ⁊ psalterij, ⁊ simphonię, ⁊ oĩs
generis musicorũ, ꝓsternat se, ⁊ adoret
statuam aureã. Siqs aũt nõ procidẽs
adorauerit, mittat in fornacem ignis
ardẽtis. Sunt ergo viri Iudei, quos
cõstituisti super opera regionis Ba
bylonię. Sidrach, Misach, ⁊ Abde
nago. Viri isti contempserunt rex de
cretum tuum: deos tuos non colũt, ⁊
statuam aureã quã erexisti, non ado
rant. Tunc Nabuchodonosor rex in
furore ⁊ ira pręcepit, vt adducerentur
Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago. Qui
confestim adducti sunt in conspectu
regis. Pronuncians q; Nabuchodo
nosor rex, ait eis. Vere ne Sidrach,
Misach, ⁊ Abdenago deos meos nõ
colitis: ⁊ statuã aureã, quã ɔstitui, nõ
adoratis? Nunc ergo si estis parati,
quacũq; hora audieritis sonitũ tubę,
fistulę, citharę, sambucę ⁊ psalterij, ⁊
simphonię, omnisq; generis musico
rũ, prosternite vos, ⁊ adorate statuã
quam feci. Quod si nõ adorauerítis:
eadem hora mittemini in fornacem
ignis ardentis. Et qs est Deus, q eri
piat vos de manu mea? Rñdentes
Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago, di
xerunt Nabuchodonosor regi. Non
oportet nos de hac re respõdere tibi.
Ecce enim Deus noster quem coli
mus, potest nos eripere de camino
ignis ardentis, ⁊ de manibus tuis, o
rex, liberare. Quod si noluerit, notũ
sit tibi rex: quia deos tuos non coli
mus: ⁊ statuam auream, quam erexi
sti, non adoramus. Tunc Nabucho
donosor repletus est furore: ⁊ aspe
ctus faciei illius immutatus est super
Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago. Et
pręcepit vt succenderetur fornax se
ptuplũ, quã succẽdi ɔsueuerat. Et vi
ris fortissimis de exercitu suo iussit: vt
ligatis pedibus Sidrach, Misach, ⁊
Abdenago, mitterent eos in forna
cem ignis ardentis. Et ɔfestim viri illi
vincti cũ brachijs suis, ⁊ tiaris, ⁊ cal
ceamẽtis, ⁊ vestibus missi sunt in me
dium fornacis ignis ardentis. Nam
iussio regis vrgebat. Fornax autem
succensa erat nimis. Porro viros il
los, qui miserãt Sidrach, Misach, ⁊
Abdenago, interfecit flamma ignis.
Viri aũt hi tres, idest Sidrach, Mi
sach, ⁊ Abdenago ceciderunt in me
dio camino ignis ardentis, colligati.
Et ambulabant in medio flãmę lau
dantes Deum, ⁊ benedicentes dño.
Hic nõ dr̃ Flectamus genua. Oro.

OMnipotens sempiterne De⁹,
spes vnica mundi, qui prophe
tarum tuorum pręconio pręsentium
temporum declarasti mysteria: auge
populi tui vota placatus: quia in nul
lo fidelium, nisi ex tua inspiratione
proueniunt quarumlibet incremen
ta virtutum. Per dominum nostrũ.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalẽ, sacerdos bñdictur⁹ fontẽ accipit pluuiale violaceũ, ꝛ pcedit vsq3 ad fontez, pręcedentibus ministris cum cruce, ꝛ cereo benedicto accenso. Interea, dum descenditur ad fontem cantaẜ sequens Tractus.

ps. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontem aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fontez viuum: quando veniam, ꝛ apparebo ante faciem Dei? ℣. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die, ac nocte: duz dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?

Deinde sacerdos antequã intret ad bñdictionẽ fontis, dicit hãc oꝛonẽ ibi iuxta fontem ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oꝛo.

Omnipotens sempiterne De⁹, respice propitius ad deuotionẽ populi renascentis: qui, sicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: ꝛ concede propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio, animam corpusq́ sanctificet. Per. ℟. Amen.

Postea procedit ad benedictionem fontis, dicens ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Orem⁹. Oꝛo.

Omnipotens sempiterne De⁹, adesto magnę pietatis tuę mysterijs, adesto sacramentis: ꝛ ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nřę humilitatis gerendũ est ministerio, virtutis tuę impleatur effectu. Per do.

Eleuans vocem in modum Pręfationis prosequitur.

Per omnia sę cu la sę cu lo-

rũ. ℟. Amẽ. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spi ritu tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus dño Deo nřo.

℟. Dignum ꝛ iustum est.

Vere dignũ ꝛ iustũ est, ęquũ ꝛ salutare: nos tibi sẽp ꝛ vbiq́ grãs agere: Dñe sancte, pater ops, ęterne

ne Deus. Qui inuisibili poten-
tia sacramētoꝝ tuorum mirabi-
liter operaris effectum. Et licet
nos mysterijs tātis exequēdis
simus indigni: tu tamē gratię tuę
dona non deserēs, etiā ad pces
nostras aures tuę pietatis incli-
nas. Deꝰ, cuiꝰ spūs sup aquas,
inter ipsa mundi primordia fe-
rebat: vt iam tūc virtutē sancti-
ficationis aquaꝝ natura conci-
peret. Deus, q nocentis mūdi
crimina p aquas abluens, rege-
nerationis speciem in ipsa dilu-
uij effusione signasti: vt vnius
eiusdemꝙ elementi mysterio, &
finis esset vitijs, & origo vir-
tutibus. Respice, domine in

Facit crucem supra fontem dicens.

Unde bene ✠ dico te creatura aque: per Deum ✠ viuum: per Deum ve ✠ rū: per Deum ✠ sanctū: per Deū, qui te in principio, verbo separauit ab arida: cuius spiritus super te ferebat.

Diuidit aquam, et effundit in quatuor mundi partes dicens.


Qui te de paradisi fonte manare fecit, et in quatuor fluminibus diuidens, totā terram rigare precepit. Qui te in deserto amarā suauitate indita fecit esse potabilē, et sitiēti populo de petra produxit. Bene ✠ dico te et per Jesum Chrm filiū eius vnicū dnm nrm: q te in Cana Galilee signo admirabili, sua potētia cōuertit in vinū. Qui pedib⁹ sup te



te ambulauit: ⁊ a Joanne in




Jordane in te baptizatus est.




Qui te vna cū sanguine de la-



tere suo ꝑduxit, ⁊ discipulis suis



iussit, vt credentes baptizarent



in te dicens. Ite docete oēs gen-



tes baptizātes eos In nomine




patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti.

Mutat vocem, ⁊ prosequitur in modum lectionis.

HÆc nobis ꝑcepta seruantibus, tu Deus omnipotens clemens adesto: tu benignus aspira.

Halat ter in aquam in modum crucis, dicens. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt pręter naturalem emundationē, quā lauādis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces.

Hic sacerdos ponit cereū paꝝ mꝰ in aquā: ⁊ resumēs tonū ꝑfatiōis dicit.




Descendat in hanc plenitudinem




fontis virtus spiritus sancti.

Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquāto altius repetens, Descendat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua, tertio immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit, Descendat, vt supra. Et deinde sufflans ter in aquam, prosequitur.




Totamq̄ huius aquę substātiā




regenerandi fęcundet effectu.

Hic tollitur cereus de aqua, ⁊ prosequitur.



Hic, omnium peccatoꝝ maculę dele-



Sequentia dicit legendo. Per dominum nostrum Jesum Christū filiū tuū, qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculū p ignē. ℟. Amen.

Deinde per assistentes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex ministris ecclesię, accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendum in domib⁹, ⁊ alijs locis. His peractis, sacerdos qui benedixit fontē, infundit de oleo Catechumenorum in aquā in modū crucis itelligibili voce dicens.

Sanctificetur ⁊ fecūdetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam eternam. ℟. Amen. Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens. Infusio Chrismatis dñi nostri Jesu Chri, ⁊ spiritus sancti paracliti, fiat in noie sancte Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti ⁊ Chrismatis, ⁊ de vtroque simul in modum crucis infundendo dicit.

Commistio chrismatis sanctificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptismatis, pariter fiat, in noie pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ spiritus✠ sancti. ℟. Amē. Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, ⁊ spargit cum manu sua per omnem fontem. Si fuerint baptizandi, eos baptizat, more consueto. Deinde dicuntur litanię. Postea rediens, pparat se p Missa solenniter celebranda.

¶ Ubi vero non sunt fontes baptismales, finita vltima prophetia cum sua oratione, celebrans casula deposita cum ministris ante altare procūbit: ⁊ alijs omnibus genuflexis, cantantur Litanię in medio chori a duobus cantoribus, vtroq; choro idem simul respondente. Circa finē litaniarum sacerdos ⁊ ministri ad sacrarium redeunt: ⁊ induuntur paramentis albi coloris: ⁊ interim accendantur luminaria in altari. In fine Litaniarum cantantur solēniter Kyrie eleison, ⁊ replicantur, vt in Missa moris est.




Kyrie eleison. Chr̃e eleison.




Chr̃e audi nos. Chr̃e exaudi nos.



Pr̃ de celis Deus, miserere nobis.



Fili redẽptor mundi Deus, mi-




serere nobis. Spiritus sancte,



Deus, miserere nobis. Sancta



trinitas vnꝰ deꝰ, miserere nobis.




Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti angeli ⁊ archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis.
Sancte Joannes baptista ora.
Omnes sancti patriarchę ⁊ prophetę, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Omnes sancti apostoli ⁊ euangelistę, orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli Domini, orate pro nobis.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Omẽs sancti Martyres, orate pro.
Sancte Syluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Omnes sancti pontifices ⁊ confessores, orate pro nobis.
Omnes sancti doctores, orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Omnes sancti sacerdotes ⁊ leuitę, orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi ⁊ Eremitę, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctę virgines ⁊ viduę, orate pro nobis.
Omnes sancti, ⁊ sanctę Dei, intercedite pro nobis.



Propitius esto, parce nobis domine.

Propitiꝰ esto, exaudi nos domine.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos dñe.
A morte perpetua, libera nos dñe.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera nos dñe.
Per aduentum tuum, libera nos.
Per natiuitatem tuam, libera nos.
Per baptismum, ⁊ sanctum ieiuniū tuum, libera nos domine.
Per crucem, ⁊ passionem tuā, libera.
Per mortem, ⁊ sepulturam tuam, libera nos domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuā, libera nos domine.
Per aduentum spiritus sancti paracliti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos domine.



Peccatores, te rogamus audi nos.



Ut nobis parcas, te rog. audi nos.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere, ⁊ conseruare digneris, te roga.
Ut domnum apostolicum, ⁊ omnes ecclesiasticos ordines in sctā religione conseruare digneris, te rogamus.
Ut inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, te rogamus audi nos.
Ut regibus, ⁊ principibus Christianis pacem, ⁊ veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Ut nosmetipsos in tuo sctō seruitio ꝯfortare, ⁊ ꝯseruare digneris, te rog.
Ut oībus benefactoribus nr̄is sempiterna bona retribuas, te roga.
Ut fructus terrę dare, ⁊ conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut oībus fidelibꝰ defunctis requiē ęternam donare digneris, te roga.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.



Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi, parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores soleniter incipiūt Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Per singula repetuntur. Interim Sacerdos procedens cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, ⁊ facit confessionem vt moris est in loco ꝯsueto: deinde ascendens osculatur altare, incensat more solito, ⁊ finitis a choro Kyrie eleison. Incipit solenniter Gloria in excelsis Deo. ⁊ pulsant campanę. Quo finito, dicit Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui hanc sacratissimā noctem gloria dominicę resurrectionis illustras: conserua in noua familię tuę progenie adoptionis spiritum quē dedisti: vt corpore, ⁊ mente renouati, purā tibi exhibeāt seruitutē, Per dominū nr̄m, in vnita. eiusdē.

Lectio

Lcō eplę btī Pauli apłi ad Coloss.

Cap. 3. FRatres. Si consurrexistis cum Christo: quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quę sursum sunt sapite, non q̄ sup terrā. Mortui enim estis, ꝛ vita vestra abscōdita est cū Chro̅ i Deo. Cū aūt Chr̄s apparuerit vita vestra: tūc ꝛ vos apparebitis cū ipso in glia. Finita Epistola celebrans incipit.



Al le lu ia.

Et totum decantat ter, eleuādo vocē gradatim: ꝛ Chorus post quālibet vicē in eadē voce repetit illud idē: Postea in choro p̄seq̄t. ℣. Cōfitemini dn̄o

ps. 117 quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Deinde dicitur.

ps. 116 Tractus. Laudate dominum omnes gentes: ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: ꝛ veritas domini manet in ęternū. Ad Euāgeliū nō portant luminaria, sed tātū incensū: ꝛ petitur bn̄dictio. Sequētia scti euang. sm Mattheū.

Ca. 28.



VEspere aūt sabbathi, quę lucescit i prima sabbathi: venit Maria Magdalene, ꝛ altera Maria videre sepulchrū. Et ecce, terręmotus factus est magnus. Angelus eniz dn̄i descendit de cęlo: ꝛ accedēs, reuoluit lapidē, ꝛ sedebat super eum. Erat autez aspectus eius, sicut fulgur: ꝛ vestimentuz eius sicut nix. Prę timore autez eius, exterriti sunt custodes: ꝛ facti sunt velut mortui. Rn̄dens autē angelus, dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio eniz q̄ Jesuz, qui crucifixus est, quęritis. Nō est hic. Surrexit eniz, sicut dixit. Venite, ꝛ videte locū, vbi posit⁹ erat Dn̄s. Et cito eūtes, dicite discipulis eius q̄a surrexit. Ecce, p̄cedet vos in Galileā. Ibi eū videbitis. Ecce, p̄dixi vobis. Nō di Credo. sed finito euāgelio sacerdos dicit. Dn̄s vobisc. ℟. Et cuz spū tuo. ꝛ postea Orem⁹. Non dicitur Offertorium. Secreta.

SVscipe dn̄e, q̄s, preces populi tui, cuz oblationib⁹ hostiarū: vt paschalib⁹ initiata mysterijs: ad ęternitatis nobis medelā te operante p̄ficiāt. Per. Prefatio. Te q̄dez dn̄e. vt infra. fo. 99. Infra actionē. Communicantes ꝛ noctem sacratissimam celebrantes ꝛc. Sed tantum hodie dicitur noctē, deinceps vero diem.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem ꝛc. vt ibidem dicitur. Pax domini sit semper vobiscum. sed pacis osculum nō datur: nec Agnus dei. nec Postcōm. dicuntur. Post sumptionem Sacramenti, pro vesperis in Choro cantat Añā. Alleluia, all'a, all'. ꝛ ps. Laudate dn̄m oēs gentes: cū Gloria pat. in fine: post quez repetitur eadē Añ. Capitulū. Hymnus, ꝛ Versus: non dicuntur, sed statim Sacerdos in cātu incipit añam ad Magnificat.



Vespere autem sab bathi,


Deinde prosequitur Chorus.

Quę lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, ꝛ altera Maria, videre sepulchrum, alleluia. Deinde cantatur Magnificat: cuz Gloria

Gloria patri. in fine, et repetita Añã. Sacerdos dicit. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Spiritum nobis, dñe, tuę charitatis infunde: vt, quos sacramẽtis paschalib⁹ satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per do. Deinde dicit Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea Diaconus cantat.





℟. Deo gratias, Alleluia, alleluia.

Sacerdos cum ingredit ad altare signãs se signo crucis, clara voce dicit.

In nomine patris, et filij, et spũs sancti, Amen. Deinde iũctis manib⁹ ante pectus, incipit cũ ministris antiphonaz. Introibo ad altare Dei. Ministri. ℟. Ad Deum qui lętificat iuuentutem meaz. Postea alternatim cum ministris dicit sequentem Psalmum.

Iudica me De⁹, et discerne causam meaz de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucẽ tuã, et veritatẽ tuã: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in mõtem sanctũ tuũ, et in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei: ad Deũ qui lętificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, qm̃ adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et De⁹ meus. Gloria pr̃i, et filio, et spũi sctõ. Sicut erat in principio, et nũc et sẽp, et i scl'a scloꝝ. Amẽ. Repetit cum ministris Añam. Introibo ad altare Dei. ℟. Ad Deum qui lętificat iuuẽtutẽ meã. Signat se dicẽs. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum et terram. Deinde iũctis manib⁹ inclinat⁹ facit ꝯfessionẽ. In missis defunctorũ, et in missis a dñica Passionis vsqz ad sabbathũ sctm̃ exclusiue, in missis de tpe omittit ps. Iudica. cũ Glria pr̃i. et repetitione Añe: sed dicto. In nomine patris. Introibo. et Adiutorium.

Fit confessio, vt sequitur.

Confiteor Deo oĩpotẽti, beatę Marię sẽp virgini, btõ Michaeli archangelo, btõ Ioãni Baptistę, sctis ap'lis Petro et Paulo, oĩb⁹ sctis, et vobis frẽs: qr peccaui nimis, cogitatione, verbo, et ope, pcutit sibi pect⁹ dicẽs, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo pcor btã Mariaz sẽp virginẽ, btũ Michaelẽ archãgelũ, beatũ Ioannẽ Baptistã, sanctos ap'los Petrũ et Paulũ, oẽs sctõs, et vos, fratres, orare, p me ad dñm Deũ nostrum. Ministri respondent.

Misereat tui oṗs De⁹, et dimissis peccatis tuis, pducat te ad vitã ęternã. Sacerdos dicit, Amñ. Deinde ministri repetũt Cõfessionẽ: et vbi a sacerdote dicebat. vobis fratres, et vos fratres, a ministris dr̃ et tibi pater, et Te pr̃. Postea sacerdos iunctis manib⁹ facit absolutionẽ dicẽs.

Misereatur vestri oṗs Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam ęternam. ℟. Amẽ.

Signat se signo crucis dicens.

Indulgentiam, absolutionem, et remissioné omnium peccatorũ nostrorum tribuat nobis oĩpotens, et misericors dominus. ℟. Amen.

Inclinatus persequitur, ℣. Deus tu cõuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Et prosequitur secreto. Oremus.

Aufer a nobis, q̃s dñe, cunctas iniq̃tates nr̃as: vt ad sancta sanctorũ, puris mereamur mẽtib⁹ introire. Per Christum dñm nr̃m. Amen.

Deinde ascendit ad altare, vbi manibus iũctis sup altare inclinatus dicit.

Oramus te domine per merita sanctorũ tuorum, Osculatur altare dicens, quorũ reliquie hic sunt, et omnium sanctorum: vt indulgere digneris oĩa peccata mea. Amen.

In missa solenni, celebrãs anteq̃ legat Introitum, benedicit incensum dicens. Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen.

Et accepto thuribulo a Diacono incensat altare dicens. Dirigatur domine oratio mea, sicut incensũ in cõspectu tuo: eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinum. Pone dñe custodiam ori meo, et ostium circumstantie labijs meis. Ut non declinet cor meum in verba malitie, ad excusandas excusationes in peccatis.

Deinde diacon⁹ recepto thuribulo a celebrãte, incenset illũ tũ. Postea celebrãs signãs se signo crucis: incipit Introitum: quo finito, iunctis manib⁹, alternatiz cũ ministris dicit.

Kyrie eleison. Kyrie eleis. K[...]
eleison. Christe eleison. C[...]
eleison. Christe eleison. Kyrie [...]
son. Kyrie eleison. Kyrie eleison[...]

Postea ad mediũ altaris exte[...]
et iungẽs manus, caputq̃ aliquã[...]
inclinãs, dicit si dicẽdũ est. Glori[...]
excelsis Deo. et psequit iunctis [...]
mib⁹: cũ dicit. Adoramus te. et G[...]
tias agim⁹ tibi. et Iesu Chre. [...]
scipe deprecationẽ. inclinat capu[...]
Cũ scto spũ. signa[...]
in fine dicens. Cu[...]

In duplicib⁹ et solẽnibus dieb[...]

Gloria in excelsis Deo.

In Missis beate Marie.

Gloria in excelsis Deo.

In Dñicis, festis semiduplici[...]
infra octauas: q̃ nõ sunt bte M[...]

Glo ria in excelsis Deo.

In festis Simplicibus.

Glo ri a in excelsis Deo.

Gloria in excelsis Deo. Et [...]
ra pax hoĩbus bone volũ[...]
Laudam⁹ te. Bñdicim⁹ te. A[...]
ramus te. Glorificamus te. G[...]
agim⁹ tibi, ppter magnã gloria[...]
Dñe Deus, rex celestis: De⁹ [...]
om[...]

omnipotēs. Dñe fili vnigenite Jesu Chr̄e. Dñe Deꝰ agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mūdi, miserere nobis. Qui tollis pctā mūdi, suscipe deprecationē nostrā. Qui sedes ad dexterā patris, miserere nobis. Qm̄ tu solꝰ sctūs. Tu solꝰ dn̄s. Tu solus altissimus Jesu Chr̄e. Cū sancto spiritu, in gloria Dei patris. Am̄.

Sic dicitur Gloria in excelsis Deo, etiam in Missis beate Marie. Deinde osculatur altare in medio, ꝛ versus ad populū dicit ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. postea dicit Oremꝰ Deinde Orōnes, vnā aut plures: sequitur Ep̄l'a. Graduale. Alleluia. vel Tractꝰ. Sequētia. vt tēpus postulat. His finitis: si est missa solēnis, Diaconꝰ ꝑponit librū euāgelioꝝ sup altare, ꝛ bn̄dicto incēso vt supra, genuflexus manibꝰ iūctis an̄ mediū altaris dicit.

Munda cor meum, ac labia mea oīps Deus, qui labia Isaie prophete calculo mūdasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt sanctū euāgeliū tuū digne valeam nunciare. Per Christum dn̄m nostrum. Amen. Deinde accipit librū, ꝛ rursus genuflexus petit bn̄dictionē a sacerdote dicens: Jube dōne benedicere. Sacerdos respōdet.

Dominus sit in corde tuo ꝛ in labijs tuis, vt digne ꝛ competenter annuncies euangeliū suum: in nomine patris, ꝛ filij ✠ ꝛ spiritꝰ sancti. Deinde accepta bn̄dictione osculat̄ manū sacerdotis: ꝛ cū alijs ministris, incēso, ꝛ luminaribꝰ accedēs ad locū euāgelij, stās iūctis manibus dicit ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Pronuncians. Sequētia sancti euāgelij secundū N. siue Initiū. Pollice dextere manus signat librū euangelij, deinde frontē, labia, ꝛ pectus: ꝛ dum ministri rn̄dēt, Gloria tibi dn̄e. incensat ter librum, postea dicit euangelium iunctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librū sacerdoti, qui osculat̄ euangelium, dicens. Per euāgelica dicta deleant̄ nr̄a delicta. Deinde a diacono sacerdos incensatur. Si vero sacerdos sine Diacono, ꝛ Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iunctis manibus, ꝛ inclinatus dicit Munda cor meū, ꝛ Jube domne bn̄dicere, vt supra, ꝛ Dominus sit in corde meo, ꝛ in labijs meis, vt digne ꝛ competēter annunciem euangelium suum.

Deinde ad librum conuersus iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ꝛ pronuncians Initium, siue Sequentia sancti euangelij, ꝛc. signat se, ꝛ legit euangelium, vt dictum est. Quo finito, respondent ministri. Laus tibi Christe. ꝛ sacerdos osculatur euangelium, vt supra. In missis defunctorum dicitur Munda cor meum, sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec osculatur liber.

Deinde ad mediū altaris extēdens ꝛ iungens manus, dicit si dicendum est: Credo in vnum Deum: ꝛ prosequitur iunctis manibus. Quando aūt vētū est ad illud. Et incarnatꝰ est. genuflectit vsq̄ dū dicit̄. Crucifixus etiam pro nobis: In fine ad Et vitam venturi. signat se signo crucis.

Credo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem celi

celi ꝛ terrę, visibilium omniũ, ꝛ inuisibilium. Et in vnum dñm Jesum Christum, filium Dei vnigenitum, Et ex patre natum, ante omnia sc̄la. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri: per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines, ꝛ ꝑpter nostram salutem descendit de cęlis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine: ꝛ homo factus est. Crucifixus etiã pro nobis sub Põtio Pilato, passus, ꝛ sepultus est. Et resurrexit tertia die, scd̃m scripturas. Et ascendit in cęlum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cū gloria iudicare viuos ꝛ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritū sanctum dñm, ꝛ viuificantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre ꝛ filio simul adoratur, ꝛ conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam ꝛ apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sęculi, Amen. Deinde osculatur altare, ꝛ versus ad populum dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit Oremus. Offert. Quo dicto, si est Missa solẽnis diacon⁹ porrigit celebrãti patenã cū hostia: si priuata, sacerdos ipse accipit patenã cũ hostia, quã offerens dicit.



Suscipe, sctē pater omnipotẽs, ęterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo, ꝛ vero, pro innumerabilibus peccatis, ꝛ offensionibus, ꝛ negligentijs meis, ꝛ pro omnibus circũstantib⁹, sed ꝛ pro omnibus fidelibus Christianis, viuis atq; defunctis: vt mihi ꝛ illis proficiat ad salutem in vitam ęternam. Amen.

Deinde reposita hostia super corporale: ministrat diaconus vinũ, subdiacon⁹ aquam in calice: vel, si priuata est Missa, vtrũq; infundit sacerdos, ꝛ aquã miscẽdã i calice bñdicit, dicẽs oꝫ.

Deus, q̃ humanę substãtię dignitatẽ mirabiliter ꝯdidisti, ꝛ mirabilius reformasti: da nobis per huius aquę, ꝛ vini mysteriũ, eius diuinitatis esse cõsortes, qui humanitatis nostrę fieri dignatus est particeps, Jesus Christus filius tuus dñs nr̃. Qui tec.

In Missis pro defunctis dicitur prędicta oratio, sed aqua nõ benedicitur. Accipiens calicem, offert dicens.

Offerimus tibi dñe calicem salutaris, tuã deprecantes clementiam: vt in cõspectu diuinę maiestatis tuę, pro nostra ꝛ totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat. Amẽ.

Deinde posito calice super corporale, ꝛ palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

In spũ humilitatis, ꝛ in ãnimo ꝯtrito suscipiamur a te dñe: ꝛ sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe Deus.

Erectus expãdit man⁹, easq; in altū porrectas iungens, eleuatis ad cęlum oculis, ꝛ statim demissis, dicit,

Veni sanctificator, omnipotens ęterne Deus: benedicit oblata prosequendo ꝛ bene ✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini pręparatũ.

Postea, si solenniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

Per intercessionem beati Michaelis archangeli, stantis a dextris

tris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur dominus bene ✠ dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et accepto thuribulo a diacono incensat oblata, dicens.

INcensum istud a te benedictuz, ascendat ad te Domine: & descēdat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare dicens.

DIrigatur dñe oratio mea, sicut incensum in ɔspectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ sacrificium vespertinū. Pone dñe custodiam ori meo, & ostium circūstantię labijs meis: vt nō declinet cor meum in verba malitię, ad excusādas excusationes in pctis.

Dū reddit thuribulū diacono, dicit.

ACcendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flāmam ęternę charitatis: Amen.

Postea incensatur sacerdos a diacono, deinde alij per ordinem. Interim sacerdos lauat manus, dicens Psal.

LAuabo inter innocentes manꝰ meas: & circundabo altare tuuz domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrez vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuę: & locum habitationis glorię tuę.

Ne pdas cū impijs Deꝰ animā meā: & cum viris sanguinum vitam meā.

In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorū repleta est muneribus.

Ego autē in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc & semper, & in secula seculorum. Amen.

In missis pro defunctis, & tpe Passionis in Missis de Tpe, omittitur Gloria Patri, & filio & spiritui sancto. Deinde ad medium altaris, & aliquātulū inclinatꝰ iunctis manibus dicit.

SUscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriaz passionis, resurrectionis, & ascensionis Jesu Chři dñi nostri: & in honore btē Marię semp virginis, & beati Joānis Baptistę, & sctōꝝ apostolorū Petri & Pauli, & istoꝝ, & omnium sctōꝝ: vt illis pficiat ad honorem, nobis autem ad salutez: & illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea osculatur altare, & versus ad populum, dicit.

ORate fratres: vt meum ac vestrum sacrificiū, acceptabile fiat apud Deū patrē oipotētē. Circūstātes rñdent: aliogn ipsemet sacerdos.

SUscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis vel meis, ad laudem & gloriam nominis sui: ad vtilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesię suę sanctę. Amen.

Deinde manibus extensis absolute subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit. Per omnia secula sclorū. cū Pręfatione, vt in sequētibus. Pręfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super altare: quas aliquātuluz eleuat, cū dicit Sursum corda. Jungit manus, & caput inclinat, cum dicit.


Gratias agamus dño Deo nostro.

Deinde disiungit manꝰ, & disiunctas tenet vsque ad finem Pręfationis, & iterum iungit cū dicit Sanctus. &c.


¶ Sequẽs Præfatio cũ suo cãtu dr̃ a Nat. Dñi, vsqꝫ ad Epiphaniã, Et in Purific. Btẽ Mariẽ virg. Et in festo Corporis Christi, ꝛ per octauam.



PEr omnia sęcula sę-
culoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ
℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursum corda.
℟. Habemus ad Dominum.
℣. Gratias agamus dño Deo nr̃o.
℟. Dignum ꝛ iustum est. Præfatio.
Uere dignũ ꝛ iustũ est, equũ ꝛ sa-
lutare: nos tibi semper, ꝛ vbiqꝫ
gratias agere: dñe sancte, pater
omnipotens, ę terne Deus.
Quia per incarnati verbi my-
sterium, noua mentis nostrę
oculis lux tuę claritatis insul-
sit: vt dum visibiliter Deum co-
gnoscimus, per hunc in inuisi-
bilium amorem rapi a mur.
Et ideo cũ angelis ꝛ Archãgelis,



cuz thronis τ dominationibus



cũq; omni militia celestis exer-



citus, hymnum glorie tue cani-



mus si ne fi ne di centes.

Infra actionem.

Communicãtes τ diẽ vel noctẽ sacratissimã vel sacratissimuz celebrantes: qua vel quo beate Marie intemerata virginitas, huic mundo edidit saluatorem. Sed τ memoriam venerantes, in primis eiusdẽ gloriose semperq; virginis Marie genitricis eiusdez Dei, τ dñi nostri Jesu Chri. Sed τ beatorum apostolorum, τc.

In prima Missa duntaxat dicitur noctem sacratissimam. Deinde semper dicitur diem sacratissimum, vsq; ad octauam Natiuitatis Domini inclusiue, τ non vltra.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Epiphania Domini, τ per octauam.




Per omnia secula se-



culoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ.




℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursum corda.




℟. Habemus ad Dominum.



℣. Gratias agamus dño Deo nro.



℟. Dignum τ iustum est. Prefatio.



Vere dignum τ iustuz est, equum



τ salutare: nos tibi semper τ



vbiq; gratias agere: Domine




san cte, pa ter omnipotens. eter-




eterne Deus. Quia cum vnige-




nitus tuus in substantia nostrę




mortalitatis apparuit, noua nos



immortalitatis suę luce reparauit,



Et ideo cuz Angelis ⁊ Archan



gelis, cũ Thronis ⁊ Domina-



tionibus, cũq omni militia cę-



lestis exercit⁹, hymnũ glorię tuę



canimus sine fi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate carnis nostrę visibiliter corporalis apparuit: Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis gloriosę semperq virginis Marię, genitricis eiusdem Dei, ⁊ Domini nostri Jesu Christi, Sed ⁊ beatorum Apostolorum, ac Martyrum tuorum Petri ⁊ Pauli. ⁊c.

Et dicitur per totam Octauam.

¶ Sequens Prefatio cuz suo cantu dicitur in Dñicis Quadragesime, ⁊ in festis duplicibus, ⁊ semiduplicib⁹ i ea occurrẽtib⁹, vsq ad Dñicã Passionis, nisi in festis ꝓpria assignetur.






Er omnia scl'a seculoꝝ.



℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟.



Et cum spũ tuo. ℣. Sursuz corda.



℟. Habemus ad dominũ. ℣.



Gratias agamus dño Deo nr̃o.

Dignum τ iustũ est. Prefatio.

Vere dignũ τ iustũ est, equũ τ salutare: nos tibi sẽp, τ vbiq; grãs agere, dñe scté, pr̃ omps eterne Deus: Qui corporali ieiunio vitia cõprimis, mentẽ eleuas, virtutes largiris τ pmia: per Chr̃m dñm nr̃m. Per quẽ maiestatẽ tuã laudãt Angeli, adorãt dñationes, tremũt potestates. Celi celorũq; Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione ↄcelebrãt. Cũ qb⁹ τ nr̃as voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes.

Sequens Prefatio cũ suo cantu dicitur in Dñica Passionis, in Dominica Palmarum, in Feria v. in cena Domini, τ in festis duplicibus, τ semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi alia in festis assignetur. Et in solennitatibus sancte Crucis.



Per omnia secula seculorũ. R. Amẽ. V. Dñs vobiscũ. R.

℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dominum. ℣.

Gratias a ga mus do mi-

no De o no stro.

℟. Dignum ꝛ iustum est. Præfatio.

Vere dignũ ꝛ iustum est, ęquũ ꝛ sa-

lutare: nos tibi semper ꝛ vbiqꝫ

gratias agere: dñe sancte, pater

omnipotens, ęterne Deus,

Qui salutem humani generis

in ligno crucis ꝯstituisti: vt vnde

mors oriebat, inde vita resurge-

ret: ꝛ qui in ligno vincebat, in li-

gno quoque vinceretur: Per

Chr̃m dñm nr̃m. Per quē ma-

iestatē tuā laudāt Angeli, adorāt

dñationes, tremunt potestates.

Celi cęlorũqꝫ Virtutes, ac beata




Seraphim, so cia exultatione



concelebrãt. Cũ qb⁹ ⁊ nr̃as voces



vt admitti iubeas deprecamur,



supplici confessione dicentes.

¶ Sequẽs Prefatio cũ suo cãtu dr̃ a Vig. Pasche vsq3 ad Oct. ⁊ in Dñicis vsq3 ad Ascensionẽ: ⁊ in festis duplicib⁹, ⁊ semiduplicib⁹ eo tpe occurrentib⁹, nisi ppria ĩ festis assignet̃. Et ĩ missa sabbathi scti dr̃. In hac potissimuz nocte. In die Pasche vsq3 ad sabbathũ ĩ Albis iclusiue dr̃. In hac potissimum die. Deinceps dicitur In hoc potissimum:






Per oĩa secula se-



culorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ.



℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursuz corda.




℟. Habemus ad Dominum. ℣.



Gratias agamus dño Deo nr̃o.



℟. Dignum ⁊ iustũ est. Prefatio.




Uere dignum ⁊ iustum est, equũ




⁊ salutare: Te quidem domine



omni tempore, sed in hac potis-



simum die glo rio sius predi-




care, cum Pascha nostrum




immo la tus est Chri stus.

Ipse



Ipse enim verus est agnus, qui




abstulit peccata mūdi. Qui mor



tem nostrā moriēdo destruxit, ⁊



vitam resurgendo, reparauit.



Et ideo cuz angelis ⁊ Archan-




gelis, cum thronis ⁊ domina-



tionib⁹, cūq; omni militia cęle-



stis exercitus, hymnū glorię tuę



canimus si ne si ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes, Resurrectionis Dñi nostri Jesu Christi secundum carnem. Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis gloriosę semperq; virginis Marię genitricis eiusdem Dei ⁊ Domini nostri Jesu Christi: Sed ⁊ beatorum Apostolorum, ac martyrum tuorum, ⁊c.


sequitur deinde

Hanc igitur oblationē seruitutis nrę: sed ⁊ cunctę familię tuę, quā tibi offerimus, ꝓ his quoq;, quos regenerare dignatus es ex aqua, ⁊ spū sancto, tribuēs eis remissionē omniū pctōꝝ: quęsumus domine, vt placatus, ⁊c.

Sic dicitur a Vig. Pasche, vsque ad Sabbathum in Albis inclusiue.

¶ Sequens Prefatio cuz suo cantu dicitur a die Ascensionis vsq; ad vigiliam Pentecostes exclusiue, ⁊ in festis tunc occurrentibus.






Per oia sęcula sę-



culoꝝ. ℟. Amē. ℣. Dns vobiscū.



℟. Et cū spū tuo. ℣. Sursum corda.




℟. Habemus ad Dominum.


℣.




℣. Gratias agamus dño Deo nr̃o.



℟. Dignum ⁊ iustũ est.



Uere dignum ⁊ iustũ est, ęquũ ⁊ sa-



lutare: nos tibi semper, ⁊ vbiqꝫ




gratias agere: dñe sancte, pater




omnipotens, ę ter ne Deus:




Per Christum dñm nostrum.



Qui post Resurrectionẽ suam



omnib⁹ discipulis suis manife-



stus apparuit, ⁊ ipsis cernentib⁹




est eleuat⁹ in cęlũ: vt nos diuini-



tatis suę tribueret esse participes.



Et ideo cuꝫ angelis ⁊ Archan-



gelis, cum thronis ⁊ domina-



tionib⁹, cũqꝫ omni militia cęle-



stis exercitus, hymnum glorię



tuę ca ni mus si ne fi-



ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes: quo dominus noster vnigenitus filius tuus vnitatem sibi fragilitatis nostrę substantiã in glorię tuę dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis gloriosę semperq; virg. &c.

Et dicitur per totam Octauam.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cantu dicitur a vigilia Pẽtecostes vsq; ad sequens sabbathum inclusiue.



Per omnia sęcula sę-

culoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ.

℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Sursũ corda.

℟. Habemus ad Dominum. ℣.

Gratias agamus dño Deo nr̃o.

℟. Dignum & iustũ est. Prefatio.



Vere dignum & iustum est, ęquũ



& salutare: nos tibi semp, & vbiq;



gratias agere: Dñe scte, pater



omnips, ęterne Deus. Per Chri-




stum dñm nostrũ. Qui ascendẽs



super omnes cęlos, sedẽsq; ad



dexterã tuã: promissum spiritũ



sanctum hodierna die in filios




adoptionis effudit. Quapropter

pfusis




ꝓfusis gaudijs, totꝰ i orbe terraꝝ



müdꝰ exultat. Sed ⁊ supnę virtutes



atq; Angelicę potestates hymnū



gl'ię tuę ꝯcinūt, sine fine dicētes.

Infra actionem.

C Ommunicantes, ⁊ diem sacratissimum Pentecostes celebrantes: quo spiritus sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit: Sed ⁊ memoriam, ⁊c. Sequitur. H anc igitur oblationem seruitutis nostrę: sed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus, pro his quoq;, quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quęsumus domine, vt placatus. ⁊c.


Et dicitur vsque ad sequens sabbathum inclusiue.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festo sancte Trinitatis.







P Er omnia secula se-



culoꝝ. Amē. ℣. Dñs vobiscū.



℟. Et cū spū tuo. ℣. Sursum corda.



℟. Habemus ad Dominum. ℣.



Gratias agamus dño Deo nrō.



℟. Dignum ⁊ iustum est. Prefatio.



V ere dignū ⁊ iustum est, ęquū ⁊ sa-



lutare: nos tibi semper, ⁊ vbiq;




gratias agere: dñe sancte, pater





omnipotens, ęterne Deus.



Qui cum vnigenito filio tuo,


⁊ spiritui sancto, vnus es Deus,



vnus es dominus. Nō in vnius



singularitate psonę, sed in vnius


Trini ta te substantię. Quod


enim de tua gloria reuelante te


credim⁹, hoc de filio tuo, hoc de


spiritu sctō, sine differētia discre-



tionis sentimus. Vt in ꝯfessione


vęrę sempiternęq; deitatis, ⁊ in



personis proprietas, ⁊ in essen-


tia vnitas: ⁊ in maiestate adoreť


ęqualitas. Quā laudāt Angeli


atq; Archāgeli, Cherubiz quoq;


ac Seraphim, qui non cessant


clamare quotidie vna voce dicētes.

Sequēs Præfatio cum suo cantu dr̄ in festis sctē Marię ⁊ peius octauas (excepto festo Purificationis, ī quo dr̄ de Natiuitate) etiam in festis infra eas occurrentibus, si propriam non habuerint), ⁊ in Missis votiuis de beata Maria, in quibus dicitur **Et te in veneratione:** in festis autem dicitur **Et te in Annunciatione,** vel

Visita-

Visitatione vel Assumptione, Nativitate, vel Cóceptione, secūdū denominationez festi, ⁊ in festo scté Marię ad Nives, dicit. Et te in festiuitate.



Per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus dn̄o Deo nr̄o, ℟. Dignū ⁊ iustū est. Prefatio.


Vere dignum ⁊ iustum est, equum ⁊ salutare: nos tibi semper ⁊ vbiqz gratias agere: Domine san cte, pa ter omnipotens, ęterne Deus. Et te in veneratione beatę Marię semper virginis collaudare, benedicere, ⁊ predicare. Quę ⁊ vnigenitum tuum sancti spūs obūbratione ꝯcepit: ⁊ virginitatis glīa ꝑmanēte. lumē




lumē æternū mūdo effudit Jesum




Chr̄m dn̄m nr̄m. Per quē maie-



statē tuā laudant angeli, adorant




dominationes, tremūt potestates.



Cæli cælorūq̄ Virtutes, ac beata



Seraphim, so ci a exultatione



ɔcelebrāt. Cū qb⁹ & nostras voces



vt admitti iubeas deprecamur,



supplici confessione dicentes.

Sequēs Præfatio cū suo cantu dr̄ in festis Apl̄orū & euangelistarū, & per octauas eorū, & in festis infra eas occurrentibus, nisi propria assignetur.





P Er omnia sæcula sæ-




culorū. ℟. Amē. ℣. Dn̄s vobiscū.




℟. Et cū spū tuo. ℣. Sursum corda.




℟. Habemus ad Dominum.



℣. Gratias agamus dn̄o Deo nr̄o.



℟. Dignum & iustum est. Præfatio.



Vere dignum & iu stum est,




æquum & salutare: Te domine


sup-




supplíciter exorare: vt gregem




tuum pastor eterne non deseras:




sed per beatos apostolos tuos



cōtinua protectione custodias.




Et ijsdem rectoribus guberneť,




quos operis tui vicarios eidem




contu li sti preesse pastores.



Et ideo cum angelis τ Archan-




gelis, cum thronis τ domina-




tionibus, cūqз omni militia cele-



stis exercitus, hymnum glorie




tue ca ni mus si ne fi-



ne di cen tes.

¶ Sequēs Prefatio cū suo cantu dr in oibus festis duplicib. τ poct.eou τ in oibus semiduplicibus, τ Dñicis diebus, vbi propria non habetur.






Er omnia secula se-



culorū ℞. Amen. ℣. Dñs vo-



biscum. ℞. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℞. Habe-
mus




mus ad dominum ℣. Gratia



agamus domino Deo nostro.




℟. Dignũ ⁊ iustũ est. Pręfatio.



Vere dignum ⁊ iustum est,




ęq uum ⁊ salutare, nos ti bi




semper, ⁊ vbiqꝫ gratiaꝫ age-



re: domine sancte, pater om-



ni po tens, ęterne Deus.



Per Christum dominum no-


M. R,



strũ. Per quẽ maiestatem tuam




laudant angeli, adorant dñatio-




nes, tre munt pote sta tes.




Cęli cęlorumque Virtutes,




ac be ata Seraphim, so cia



exul ta tio ne concelebrant.



Cum quibus ⁊ nostras voces,



vt admit ti iu be as deprece-



mur, supplici ꝯfessione dicẽtes,

M Se-

Sequēs Prefatio cū suo cātu dī i diebus ferialib9 Quadrag. a quarta feria Cinerum vsqz ad sabbathum ante Dominicaz Pasśionis inclusiue.




Er omnia secula secu-




lorum. ℟. Amē. ℣. Dn̄s vo-




biscuz, ℟. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habe-




mus ad dominum. ℣. Gratias



agamus domino Deo nostro.



℟. Dignum τ iustū est. Prefatio.



Uere dignum τ iustum est,




equū τ salutare: nos tibi semper,




τ vbiqz gratias agere: dn̄e sācte,




pater omnipotēs, eterne Deus.



Qui corporali ieiunio vitia cō-




primis, mentem eleuas, virtu-



tē largiris τ premia, per Chri-



stum dn̄m nr̄m. Per quē maie-



statē tuā laudāt angeli, adorant




dn̄ationes, tremunt potestates.

Celi



Cęli celorumque virtutes,



ac be ata Seraphim, so ci a



exul ta tio ne concelebrant.



Cum quibus & nostras voces




vt admit ti iu beas depreca-



mur, supplici ꝯfessione dicentes.

Sequēs Præfatio cū suo cantu dr̄ in diebus ferialib⁹, a Dñica Passionis vsq3 ad feriā quintā in Cęna Dñi. Et in missis votiuis sanctę Crucis.






P Er omnia sęcula



sęculorū. ℟. Amē. ℣. Dñs vo-




biscum. ℟. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habe-



mus ad Dominum. ℣. Gratias




agamus domino Deo nostro.




℟. Dignū & iustū est. Præfatio.



Ue r e di gnum & iustum est,



ęquum & salutare: nos ti bi



semper, & vbique gratias age-



re: domine sancte, pater om-

nipo-

nipotens, e ter ne Deus.

Qui salutē humani generis in

ligno Crucis ↄstituisti, vt vnde

mors oriebaꝛ, inde vita resurge-

ret. Et q in ligno vincebat, in ligno

quoqz vinceret, Per Chr̄m dn̄z

nr̄m. Per quē maiestatē tuam

laudant Angeli, adorant dn̄a-

tiones, tremūt potestates, Celi

celorūq̄ virtutes, ab beata Sera-

phim, socia exultatione cōcele-

brāt. Cū q̄bus ⁊ nostras voces, vt

admitti iubeas deprecamur, sup-

plici confessione dicen tes,

Sequēs Prefatio cū suo cātu dr̄ i die bus ferialib. ab oct. Pasche vsqz ad Ascensionē Domini, ⁊ in festis simplicibus eo tempore occurrentibus.

P Er omnia secula

seculoꝝ. ℟. Amen. ℣. Dn̄s vo-

biscuz. ℟. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habe-




mus ad dominum. ℣. Gratias



agamus domino Deo nostro.




℟. Dignum ⁊ iustū est. Prefatio.




Vere dignum ⁊ iustum est,




equum ⁊ sa lu ta re.




Te quidem domine omni tem-



pore, sed in hoc potissimum




gloriosius predicare, cum pa-



scha nostrum immolatus est



Christus. Ipse enim verus est



Agnus, qui abstulit pec ca ta



mundi. Qui mortem nostram



moriendo destruxit, ⁊ vitam re-



surgendo reparauit. Et ideo cū



angelis ⁊ archangelis, cū thro-



nis ⁊ dominationibus, cumq;



omni militia celestis exercitus,





Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de sancta Trinitate.









































singu-




singularitate persone, sed in




vnius trinitate substantie. Quod




enim de tua gloria reuelante te




credimus, hoc de filio tuo, hoc



de spi ri tu sancto, sine diffe-



rentia discretionis sentimus:




vt in confessione vere, sempi-




ternec deitatis, et in personis




proprietas, et in essentia vnitas,




et in maiestate adoretur equa-



litas, Quam laudant Angeli,




atque Archangeli, Cheru-



bim quoque ac Seraphin, qui




non cessant clamare quoti die



vna voce dicentes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in missis votiuis de Spiritu sancto.







PEr omnia secula



seculorum. Amen. Dominus vobiscum.






biscum. ℟. Et cum spiritu tuo.



℣. Sursum corda. ℟. Habe-




mus ad Dominū. ℣. Gratias



agamus domino Deo nostro.




℟. Dignū ⁊ iustū est. Pręfatio.



Ve re di gnum ⁊ iustum est,



ęquum ⁊ salutare: nos tibi




semper ⁊ vbique gratias age-




re: domine sancte, pater om-




po tens, ęterne Deus.




Per Christum dñm nostrum.




Qui ascendens super omnes



cę los, sedensq; ad dexte-



ram tuam, promissum Spi-



ritum sanctum in fi li os ado-



pti o nis effudit. Quapro-



pter profusis gaudijs, totus



in or be terrarum mun dus

exul-

exultat. Sed & superne virtutes, atque angelice potestates, hymnum glo rie tu e con ci nunt sine fine dicentes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de Apostolis.



PEr omnia secula seculorū. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignū & iustū est. Prefatio.

Uere dignum & iustum est, equum & sa lu ta re. Te domine suppliciter exorare, vt gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectione:

tectione custodias. Ut ijsdem

rectoribus gubernetur: quos

operis tui vicarios eidem con-

tulisti prȩesse pastores. Et ideo

cum Angelis et Archangelis

cum Thronis et Do mi na-

tionibus, cumque omni mi-

li tia cȩ le stis exer ci tus,

hymnum glo ri ȩ tu ȩ

cani mus sine fine dicentes.

Sequens Prȩfatio cum suo cantu dicitur in festis simplicibus, et diebus ferialibus, ubi propria non habetur.

P

Er omnia sȩcula sȩcu

lorum. ℟. Amé. ℣. Dñs vo-

biscuz. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda. ℟. Ha be-

mus ad dominum. ℟. Gratias

agamus domino Deo nostro.

℟. Dignū et iustū est.

Prefatio.



Ve re dignum & iustum est,



equum & salutare: nos ti bi



semper, & vbique gratias age-



re: domine sancte, pater om-



nipotens, e ter ne Deus.



Per Christum dñm nostrum.



Per quem maiestatem tuam




laudant Angeli, adorant Do-



minationes, tremunt potesta-




tes. Celi celorumque virtutes,




ac beata Seraphim, socia exul-



tatione concelebrant. Cū qui-



bus & nostras voces, vt admit-



ti iubeas deprecamur, suppli-



ci con fessio ne dicen tes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus sabaoth.

Pleni sunt celi & terra gloria tua.

Osanna in excelsis.

Benedictus q venit in nomine dñi

Osanna in excelsis.





I·N·R·I






Sacerdos extendens & iungens manus, eleuans ad cęlum oculos & demittens, inclinatus ante altare dicit.



TE igitur clementissime Pater, per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus: Osculatur altare. Uti accepta habeas, & benedicas Signet ter super oblata. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ sancta sacrificia illibata. Extensis manibus prosequitur. In primis quę tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro. N. & antistite nostro N. & omnibus orthodoxis, atque catholicę & apostolicę fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmento Domine famulorum famularumque tuarum. N. iungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intédit: deinde extensis manibus prosequitur, Et omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis & incolumitatis suę: tibiq́ reddunt vota sua ęterno Deo viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicantes, & memoriam venerantes: in primis gloriosę semperque virginis Marię genitricis

Dei

Dei ⁊ dñi nostri Jesu Christi. Sed ⁊ beatoꝝ apl'oꝝ, ac martyrum tuorum Petri Pauli, Andreę, Jacobi, Joannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simõis ⁊ Thadęi, Lini, Cleti, Clemẽtis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurẽtij, Chrysogoni, Joannis ⁊ Pauli, Cosmę ⁊ Damiani. Et omnium sctoꝝ tuoruꝫ: quorum meritis precibusq́ꝫ concedas, vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio.

Per eundẽ Chr̃m dñm nostrũ. Amẽ.

Tenẽs man⁹ extẽsas sup oblata dicit

HAnc igitur oblationem seruitutis nostrę, sed ⁊ cunctę familię tuę, quęsumus domine, vt placatus accipias: diesq́ꝫ nostros in tua pace disponas, atqꝫ ab ęterna damnatione nos eripi, ⁊ in electoꝝ tuorum iubeas grege numerari. Jungit man⁹.

Per Christum dñꝫ nostrũ. Amen.

QUam oblationem tu Deus in omnibus, quęsumus, signat ter super oblata bene ✠ dictam, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ, acceptabilemq́ꝫ facere digneris.

Signat semel super hostiam, ⁊ semel super calicem vt nobis cor ✠ pus, ⁊ san ✠ guis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Jesu Christi.

QUi pridie, quam pateretur, accipit hostiam, accepit panez in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuat oculos ad celum. Et eleuatis oculis in cęlum ad te Deũ patrem suum omnipotentẽ, tibi gratias agẽs. signat sup hostiã bene ✠ dixit, fregit, deditq́ꝫ discipulis suis dicens, accipite, ⁊ mãducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hostiã: profert verba consecrationis distincte, secrete, ⁊ attente.

Hoc est enim corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam cõsecratam genuflexus adorat, surgit, ostẽdit ppl'o, reponitq́ꝫ sup corporale, iterũ adorat, ⁊ nõ disiungit pollices ⁊ idices, nisi qñ hostia tractanda est, vsq́ꝫ ad ablutionẽ digitoꝝ, tũc adorato sacro ⁊ dtecto calice dicit

SImili modo postquam cęnatũ est. ambabus manibus accipit calicẽ: accipiens ⁊ hunc pręclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agẽs. sinistra tenẽs calicẽ, dextera signat sup eũ Bñ ✠ dixit, deditq́ꝫ discipulis suis dicẽs. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Profert ꝟba ꝯsecrationis super calicem tenẽs illum paruum eleuatum.

Hic est enim calix sanguinis mei: noui ⁊ ęterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Prolatis ꝟbis ꝯsecratiõis deponit calicẽ sup corporale, ⁊ genuflex⁹ adorat: surgit, ⁊ ostẽdit ppl'o, dicẽs. Hęc quotiescũq́ꝫ feceritis, ĩ mei memoriã facietis. Deponit, coopit, ⁊ iteꝝ adorat. Deinde disiunctis manib⁹ dicit.

UNde ⁊ memores Domine nos serui tui, sed ⁊ plebs tua sancta eiusdem Christi filij tui domini nostri, tam beatę passionis, nec non ⁊

ab inferis Resurrectionis, sed ⁊ in cęlos gloriosę Ascensionis, offerimus pręclarę maiestati tuę, de tuis donis ac datis, signat ter super hostiam ⁊ calicem simul hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatā signat semel sup hostiā, ⁊ semel super calicē panē ✠ sanctum vitę ęternę, ⁊ calicem ✠ salutis ppetuę. Extēsis manib⁹ psequitur.

Supra quę propitio ac sereno vultu respicere digneris, ⁊ accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, ⁊ sacrificiuz patriarchę nostri Abrahę: ⁊ quod tibi obtulit summus sacerdos tu⁹ Melchisedec, sanctum sacrificiū, imaculatā hostiā. Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

Supplices te rogamus omīps Deus: iube hęc perferri p manus sancti Angeli tui in sublime altare tuū, in conspectu diuinę maiestatis tuę: Ut quotquot, osculat altare: ex hac altaris participatione, sacrosanctum filij tui, signat semel super hostiam, ⁊ semel super calicem. Corpus ⁊ san ✠ guinez sumpserimus seipsum signat, omni bene ✠ dictione cęlesti, ⁊ gratia repleamur. Per eūdem Christum dñz nostrū. Amē.

Commemoratio pro Defunctis.

Memento etiam domine famulorum famularumqꝫ tuarꝫ: N. ⁊ N. qui nos pręcesserunt cum signo fidei, ⁊ dormiunt in somno pacis. Iungit manus, orat aliquantulum pro his defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Ipsis domine, ⁊ omnibus in Christo quiescentibus, locuz refrigerij, lucis, ⁊ pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Percutit pect⁹ elata parꝫ voce dicēs.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperātibus, partem aliquam, ⁊ societatem donare digneris, cum tuis sanctis apostolis ⁊ martyribus: cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexādro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cęcilia, Anastasia: ⁊ omnibus sanctis tuis. Intra quorū nos consortium, non ęstimator meriti, sed venię, quęsumus, largitor admitte. Per Christum dominum nrm.

Per quem hęc omnia Domine semper bona creas: signat ter super hostiam ⁊ calicem simul dicēs. Sancti ✠ ficas: viuifi ✠ cas: bene ✠ dicis, ⁊ pręstas nobis. discooperit calicem, genuflectit, accipit sacramentum dextera, tenens sinistra calicem: signat cum hostia ter a labio ad labium calicis dicens. Per ip ✠ sum, ⁊ cum ip ✠ so, ⁊ in ip ✠ so: bis signat inter pectus ⁊ calicem est tibi Deo patri ✠ omnipotēti, in vnitate spiritus ✠ sancti, eleuans parū calicem cum hostia dicit. omnis honor ⁊ gloria, reponit hostiā, cooperit calicem, genuflectit, surgit: ⁊ dicit.




Er omnia sęcula



sęculorꝫ. ℟ Amen.

Iungit


Iungit manus.




O re mus. Pręceptis sa lu-



ta ri bus mo niti, ⁊ di ui-



na in sti tu tio ne formati,




au de mus di ce re.

Extendit manus.



P Ater noster qui es in




cęlis: san cti ficetur nomen




tuum. Ad ue ni at re gnum




tuum, Fiat vo luntas tu a



si cut in cęlo, ⁊ in terra.




Panem nostrum quotidianum




da no bis ho die, Et dimit-




te nobis de bi ta nostra, si-




cut ⁊ nos dimittimus debi-



toribus nostris. Et ne nos



in ducas in ten ta tio nem.



℟. Sed libera nos a ma lo.

Sacerdos secrete respondet Amē.

Supradictus cantus dicitur in duplicibus ⁊ semiduplicibus festis.

Sequens

¶ Sequens cantus dicitur in festis simplicibus, et ferialibus diebus.



Er omnia secula secu-
lorum. ℟. Amen. Oremus.

Preceptis salutaribus moniti,
et diuina in sti tu ti o ne for-
mati, audemus di ce re.

Pater noster, qui es in celis:
sanctificetur nomen tuū. Adue-
niat regnū tuū. Fiat volūtas tua,

sicut in celo, et in terra. Panem
nostrū quotidianū da no bis ho-
die. Et dimitte nobis debita no-
stra, sicut et nos dimittimus debi-
toribus nostris. Et ne nos
inducas in ten ta ti o nem.
℟. Sed libera nos a ma lo.

Sacerdos submissa voce dicit Amē.
Deinde accipit patenam inter indi-
cem et medium digitos, et dicit.


Libera nos, quesumus domi-
ne, ab omnibus malis, preteri-
tis, presentibus, et futuris: et interce-
dente beata et gloriosa semper vir-
gine Dei genitrice Maria, cum bea-
tis apostolis tuis Petro et Paulo,

atque Andrea ⁊ omnibus Sanctis: signat se cū patena a frōte ad pectus: Da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato simus semper liberi, ⁊ ab omni perturbatione securi. Submittit patenam hostię, discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit hostiam, frangit eam super calicem per medium, dicēs. Per eundem dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. Partem quę in dextera est, ponit super patena. Deinde ex parte, quę in sinistra remanserat, frangit particulam dicens. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super patenam, ⁊ dextra tenens particulam paruam super calice, sinistra calicem, dicit.




Per omnia scl'a seculoꝝ. ℟. Am̄.

Cum ipsa particula signat ter super calicem, dicens.



Pax ✠ Domini, sit ✠ sem-



per vo bis ✠ cum. ℟.



Et cum spi ri tu tu o.

Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secrete.

Hæc commixtio, ⁊ consecratio corporis, ⁊ sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam ęternam. Amen.

Cooperit calicem, genuflectit, surgit, ⁊ inclinatus sacramento iunctis manibus, ⁊ ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, dona nobis pacem.

In Missis pro Defunctis, omisso miserere nobis. dicitur dona eis requiem: ⁊ tertio addit sempiternam. Deinde iunctis manibus inclinatus dicit sequentes orationes.

Domine Jesu Christe, qui dixisti apostolis tuis: Pacē relinquo vobis, pacem meā do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidē ecclesię tuę: eamq̄ secundū voluntatē tuā pacificare, ⁊ coadunare digneris. Qui viuis ⁊ regnas Deus: p omnia sęcula sęculorum. Amen. Si danda est pax, osculat altare, ⁊ dans pacē dicit.

Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

In missis Defunctorum non datur pax, neq; dicitur pręcedens Oratio.

Domine Jesu Christe, fili Dei viui, qui ex volūtate patris, cooperāte spiritu sancto, per mortē tuā mundū viuificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, ⁊ sanguinem tuum, ab omnib⁹ iniquitatib⁹ meis, ⁊ vniuersis malis: ⁊ fac me tuis inhęrere mandatis, ⁊ a te nūquā separari permittas. Qui cum eodem Deo patre ⁊ spiritu sancto viuis, ⁊ regnas Deus in sęcula sęculorum: Amen.

PErceptio corporis tui, domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, nõ mihi proueniat in iudicium & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis, & regnas cum Deo patre, in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

genuflectit, surgit, & dicit.

PAnem cęlestem accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Accipit ambas partes hostię inter pollicẽ, & indicẽ sinistrę manus, & patenã inter eundem indicẽ & mediũ, & dextera percutiens pectus, dicit ter.

DOmine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo, & sanabitur anima mea.

Postea dextera se signans cum hostia super patena, dicit.

COrpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animã meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit ambas partes hostię, iungit manus, & quiescit aliquantulũ. Deinde discooperit calicẽ, genuflectit, extergit patenam super illum, & dicit.

QVid retribuam dño pro omnibus, quę retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã, & nomen Domini inuocabo. Laudãs inuocabo dominũ, & ab inimicis meis saluus ero.

Accipit Calicẽ: & eo se signans dicit.

SAnguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animã meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit totum sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequã se purificet. Postea dicit.

QVod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Interim porrigit calicem ministro, qui infundit ei parum vini, quo se purificat: deinde prosequitur.

COrpus tuum, Domine, quod sumpsi, & sanguis, quem potaui, adhęreat visceribus meis: & pręsta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura & sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

Abluit digitos, & sumit ablutionem, extergit calicem, & plicato corporali operit more solito. Deinde prosequit missam. Dicto post vltimam orõnẽ.

Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. dicit Ite missa est, vel Benedicamus domino. Pro qualitate missę. ℟. Deo gratias.

In Missis Defunctorum Requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ Tempore Paschali, hoc est, a Missa sabbathi sancti vsque ad sabbathum in Albis inclusiue.





In festis duplicibus.






In Missis beatę Marię.



In festis semiduplicibus: infra octauas: ⁊ Dominicis diebus infra annum.






In festis Simplicibus.



In Dominicis diebus tempore Aduentus, ⁊ Quadragesimę.





In Ferijs.



In missis Defunctorum.




Dicto Ite missa est. vel Benedicamus domino. inclinat se ante mediũ Altaris, ⁊ dicit.

Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meę, ⁊ pręsta: vt sacrificium, quod oculis tuę maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiq; ⁊ omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum dominum nostrum. Amen. Deinde benedicit populum dicens: Benedicat vos omnipotẽs Deus, pa ✠ ter, ⁊ fi ✠ lius: ⁊ Spiritus ✠ Sanctus. In missis priuatis semel tantum benedicit. Deinde in cornu Euangelij dicto, Dominus vobiscum, ⁊ Initium, vel Sequentia sancti Euangelij, signans vt supra in Euangelio, legit Euangelium secundum Joannẽ. In principio erat verbum, vel aliud Euangelium, vt dictum est in Rubricis generalibus.

¶ In missis Defunctorum non datur benedictio: sed dicto Requiescant in pace. dicit. Placeat tibi ⁊c. Deinde Euãgeliũ sctĩ Joan. vt sup.

¶ Finito Euangelio Sancti Joannis, discedens pro gratiarum actione dicit Añam. Trium puerorum. ⁊c, vt habetur in principio Missalis.

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.



Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

ps. 138 RESurrexi, ⁊ adhuc tecum sum, Alleluia: posuisti super me manum tuam, Alleluia: mirabilis facta est scientia tua, Alleluia, alleluia. ps. Dñe probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam: ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

DEus, qui hodierna die, per vnigenitum tuũ, ęternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti: vota nostra, quę pręueniendo aspiras, etiam adiuuando pſequere. Per eundem.

Lectio epłę btí Pauli apłí ad Cor. 1. Cor 5

FRatres. Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua ɔspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolat⁹ est Christus. Itaq₃ epulemur, nõ in fermẽto veteri, neq₃ in fermento malitię ⁊ nequitię: sed in azymis sinceritatis ⁊ ℣itatis. Grad.

Hęc dies, quam fecit dñs: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Confitemini domino, qm̃ bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Pascha nostrum ps. 117

immolatus est Christus. Sequentia.

Victime paschali laudes immolent Christiani.
Agnus redemit oues: Christus innocẽs patri reconciliauit peccatores.
Mors, ⁊ vita, duello conflixere mirãdo: dux vite, mortuus regnat viuus.
Dic nobis Maria, qd vidisti in via?
Sepulchruz Christi viuentis: ⁊ gloriam vidi resurgentis.
Angelicos testes, sudariũ, ⁊ vestes.
Surrexit Christus spes mea: precedet vos in Galileam.
Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Amen. Alleluia. Sequentia dicit vsqz ad sabbathuz in albis inclusiue.
Sequẽtia sctĩ euangelij scdm Marcũ.

ca. 16. In illo tpe: Maria Magdalene ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Salome, emerunt aromata: vt venientes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbathoꝝ, veniunt ad monumentũ orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Et respicientes, viderũt reuolutũ lapidẽ. Erat q̄ppe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenẽ sedentẽ in dextris, coopertũ stola candida: ⁊ obstupuerũt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum q̄ritis Nazarenũ, crucifixũ: surrexit, non est hic: ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, ⁊ Petro: quia precedet vos in Galileã. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offertoriũ.

ps. 75. Terra tremuit, ⁊ quieuit: dum resurgeret in iudicio Deus, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quesumus dñe, preces populi tui cum oblationib⁹ hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominũ.

Prefatio. Cõicantes. vt supra. 93.

Commun. Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia: itaque epulemur in azymis sinceritatis ⁊ veritatis, Alleluia, alleluia, alleluia. j. cor. 5.

Postcommunio.

Spiritũ nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Post Dominus vobiscum, dicitur Jte missa est, alleluia, alleluia. ℞. Deo gratias, alleluia, alleluia. Sic dr̃ vsque ad sabbathũ in Albis inclusiue.

¶ Jnfra oct. pasche nõ fit de aliquo festo duplici vel semiduplici, sed post octauam celebratur. De simplici autem fit tantum cõmem. post triduũ.

FERIA SECVNDA

Statio ad S. Petrum. Jntroitus.

Jntroduxit vos dominus in terram fluentem lac, ⁊ mel, Alleluia: ⁊ vt lex Domini semper sit in ore vestro: Alleluia, alleluia. Ps. ex. 13.

Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ps. 104

℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ spiritui. Oratio.

Deus, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum, quesumus, celesti dono prosequere: vt ⁊ perfectam libertatem consequi mereatur: ⁊ ad vitam proficiat sempiternam. Per do.

Lectio Actuum Apostolorum.

Jn diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit. Uiri fratres, vos scitis quod factũ est verbuz per vniuersam Judeam, incipiens enim a Galilea, post baptismum q̃d pdicauit Joannes, Jesum a Nazareth, quomodo vnxit eum Deus spiritu ca. 10.

ritu

ritu sancto ⁊ virtute, qui pertransijt benefaciendo, ⁊ sanando oēs oppressos a diabolo: quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omniū quę fecit in regione Judęoꝝ ⁊ Jerusalem: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die: ⁊ dedit eum manifestuз fieri, non omni populo: sed testibus pręordinatis a Deo, nobis qui manducauimus ⁊ bibimus cū illo postquaз surrexit a mortuis. Et pręcepit nobis ꝑdicare populo ⁊ testificari: quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, ⁊ mortuoꝝ. Huic omnes prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eū.

Ps. 117 Graduale. Hęc dies, quam fecit dn̄s: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicat nunc Jsrael quoniam bonus, quoniam in sęculum

Matt. 28. misericordia eius. Alleluia, allelu. ℣. Angelus domini descendit de cęlo: ⁊ accedens reuoluit lapidem, ⁊ sedebat super eum.

Sequentia.

Victimę paschali. cū Alleluia. in fine.

Sequētia sancti euāgelij ſm Lucam.

cap. 2. In illo tēpore: Duo ex discipulis Jesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadioꝝ sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus. Et ipsi loquebant̄ adinuicem de his omnibus, quę acciderant. Et factum est: dum fabularentur ⁊ secum q̄rerent, ⁊ ipse Jesus appropinquans ibat cū illis. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, ⁊ estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Jerusalem, ⁊ non cognouisti quę facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quę? Et dixerunt. De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere ⁊ sermone coram Deo ⁊ omni populo. Et quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes, ⁊ principes nostri in damnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eū. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redēpturus Jsrael. Et nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie ꝙ hęc facta sunt. Sed ⁊ mulieres quędam ex nostris, terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ nō inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eū viuere. Et abierunt quidā ex nostris ad monumentum: ⁊ ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, ⁊ tardi corde ad credendū in omnibus, quę locuti sunt ꝓphetę. Nōne hęc oportuit pati Christū, ⁊ ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse ⁊ omnibus prophetis, interpretabat̄ illis in omnib⁹ scripturis, quę de ipso erant. Et appropinquauerūt castello quo ibant: ⁊ ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, ⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factum est: dum recūberet cuз illis, accepit panē, ⁊ benedixit, ac fregit, ⁊ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eoꝝ, ⁊ cognouerūt eum: ⁊ ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt ad inuicē. Nōne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueret̄ in via, ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Jerusalē: ⁊ inuenerunt ꝯgregatos vndecim, ⁊ eos qui cum ipsis erant, dicentes: quia surrexit dominus vere, ⁊ appa-

ruit Simoni. Et ipsi narrabant quę gesta erāt in via: ⁊ quomodo cognouerūt eū in fractione panis. Credo.

ma. 28. Offert. Angelus domini descendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quem quęritis, surrexit sicut dixit, Alleluia. Secreta.

SUscipe, quęsumus domine, pręces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per.

Comunio. Surrexit, dominus, ⁊ apparuit Petro, Alleluia. Postcōmunio.

SPiritū nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis pascalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

ma. 20. eccl. 15



Qua sapientię potauit eos, Alleluia: firmabitur in illis: ⁊ non flectetur, Alleluia: ⁊ exaltauit eos in ęternum. Alleluia, alleluia. psal.

ps. 104 Confitemini domino, ⁊ inuocatę nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per dominum nostruz Jesū.

ca. 12. Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Surgens Paulus, ⁊ manu silentium indicens, ait. Uiri fratres, filij generis Abrahā, ⁊ qui in vobis timent Deum: vobis verbū salutis huius missum est. Qui enim habitant Jerusalem, ⁊ principes eius ignorantes Jesum, ⁊ voces pphetaꝝ, quę per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt: ⁊ nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, vt interficerent eum. Cūqꝫ ɔsummassent omnia quę de eo scripta erant: deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus autē suscitauit eum a mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, q ascenderant simul cum eo de Galilęa ī Jerusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deꝰ adimpleuit filijs vestris, resuscitans Jesum Christum dominum nostrū.

Gradu. Hęc dies quam fecit dominus: ps. 117
exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicāt nunc qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici: ⁊ de regionibus cōgregauit eos: Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno, Sequētia. Uictimę paschali. vt in Dominica Paschę.

Sequentia sancti euang. sm Lucaz.

IN illo tpe. Stetit Jesus in me- ca. 24
dio discipuloꝝ suoꝝ, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero ⁊ ɔterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, ⁊ cogitationes ascendunt in corda vestra? Uidete manus meas ⁊ pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ⁊ mirantibus prę gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, ⁊ fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias

dedit

dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc sunt verba, quę locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia, quę scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia: & prędicari in nomine eius pęnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertorium.

ps. 17. Intonuit de cęlo dominus: & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secreta.

SVscipe Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum. Cōmu.

Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quęrite: vbi Christus est in dextera Dei sedens, Alleluia; quę sursum sunt sapite, Alleluia. Postcommunio.

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. Per dominū.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Mat 25 VEnite benedicti patris mei: percipite regnū, Alleluia: quod vobis paratum est ab origine mundi, Alleluia, alleluia, alleluia. Psalmus.

ps. 95. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, q̄ nos resurrectionis dñicę annua solennitate lętificas: concede propitius: vt per temporalia festa quę agimus, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundem.

Ab hac die vsque ad octauam, post orationem diei dicitur vna ex sequentibus orationibus tantum.

Contra persecutores ecclesię Oro.

ECclesię tuę, quęsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per. Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulū tuum N. quem pastorem ecclesię tuę prǽesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo & exēplo quibus prǽest, pficere: vt ad vitam, vna cū grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per.

Lectio Actuum Apostolorum. cap. 3.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri Israelitę, & qui timetis Deū, audite. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorū glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidē tradidistis, & negastis ante faciē Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petijstis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitę interfecistis, quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et nūc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem qui pręnunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Pęnitemini igit, & cōuertimini: vt deleant peccata vr̄a.

Graduale. Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus, & lętemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutē, Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dn̄s vere, & appa- ps. 117

⁊ apparuit Petro. Sequētia. Victimę paschali. vt in Dominica Paschę.
Sequentia scti euangelij sm Ioānē.

Ca. 21. In illo tpe: Manifestauit se iterū Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erāt simul Simon Petrus, ⁊ Thomas q dicitur Didymus, ⁊ Nathanael qui erat a Chana Galileę, ⁊ filij Zebedęi, ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piscari. Dicūt ei. Venimus ⁊ nos tecū. Et exierūt ⁊ ascēderunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prendiderunt. Mane autē facto, stetit Jesus in littore: non tamē cognouerūt discipuli qa Jesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri, nūquid pulmentarium habetis? Rñderunt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in dexterā nauigij rete, ⁊ inuenietis. Miserunt ergo: ⁊ iam non valebāt illud trahere p multitudine pisciuꝫ. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus, Petro. Dñs est. Simō ergo Petrus cū audisset qa dñs est: tunica succinxit se, (erat enim nudus) ⁊ misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erāt a terra, sed quasi cubitis ducētis) trahentes rete pisciū. Vt ergo descēderunt in terrā, viderunt prunas positas, ⁊ piscē superpositū ⁊ panē. Dicit eis Jesus. Afferte de piscibꝰ quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, ⁊ traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centū quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus. Venite, prandete. Et nemo audebat discūbentium interrogare eū. Tu qs es? scientes quia dominus est. Et venit Jesus, ⁊ accepit panē, ⁊ dabat eis: ⁊ piscem similiter. Hoc iā tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cū resurrexisset a mortuis. Credo.

Offertorium. Portas cęli aperuit Dominus: ⁊ pluuit illis manna vt ederent: panem cęli dedit eis: panem angelorum manducauit homo, Alleluia. Ps. 77.

Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter ⁊ pascitur, ⁊ nutritur. Per dominū. Alia secreta.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum no.

Vel pro Papa.

Oblatis, q̄s dñe, placare muneribus: ⁊ famulū tuum N. quē pastorem ecclesię tuę p̄esse voluisti, assidua ptectione guberna. Per do.

Cōmunio. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, alleluia: mors illi vltra nō dominabit, alleluia alleluia. Joā. 6.

Postc.

Ab omni nos, q̄s dñe, vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda pceptio in nouā trāsferat creaturā. Qui viuis. Alia postcōmunio.

Quęsumus dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere piculis. Per. Vel p papa.

Hęc nos, q̄s dñe, diuini sacramēti pceptio ptegat: ⁊ famulū tuū N. quem pastorē ecclesię tuę esse voluisti, vna cū commisso sibi grege, saluet semper ⁊ muniat. Per dominū.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

Victricem manum tuā dñe laudauerunt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os mutum, ⁊ linguas infantium fecit disertas, Alle- Sa. 10

Alleluia, alleluia. Psalmꝰ Cantate domi-
Ps. 97. no canticum nouũ: quia mirabilia fecit. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

DEus, qui diuersitatem gentium in cõfessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, ⁊ pietas actionum. Per dominum nostrum. Deinde Ecclesię. vel Deus omnium. Ut in feria pręcedenti.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 8. IN diebus illis. Angelus dñi locutus est ad Philippũ, dicens. Surge, ⁊ vade contra meridianum, ad viam quę descendit ab Jerusalem in Gazam, hęc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce, vir Æthiops eunucus, potens Candacis reginę Æthiopũ, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Jerusalē: ⁊ reuertebatur sedens super currum suum, legensq́ Jsaiam pphetā. Dixit autē spiritus Philippo. Accede, ⁊ adiunge te ad currũ istum. Accurens autē Philippus, audiuit illum legentem Jsaiam pphetā: ⁊ dixit. Putasne intelligis q̃ legis? Qui ait. Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq́ Philippũ, vt ascēderet, ⁊ sederet secũ. Locus aũt scripturę, quā legebat, hic erat. Tanquā ouis ad occisionē ductus est: ⁊ sicut agnus corā tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. Jn humilitate iudiciũ eius sublatũ est. Generationē eius qs enarrabit? Quoniā tolletur de terra vita eius. Rñdens aũt Eunuchus Philippo, dixit. Obsecro te: de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiens aũt Philippus os suum: ⁊ incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi Jesum. Et dum irent per viam: venerunt ad quādam aquam: ⁊ ait Eunucus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et rñdens, ait. Credo filiū Dei esse Jesum Chr̃m. Et iussit stare currum: ⁊ descenderunt vterq́ in aquam, Philippus ⁊ Eunuchus: ⁊ baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua: Spiritus dñi rapuit Philippũ, ⁊ amplius nō vidit eũ Eunuchus. Jbat autē per viā suā gaudens. Philippus aũt inuentus est in Azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibꝰ cunctis, donec veniret Cęsaream, nomen dñi Jesu Christi.

Gradu. Hęc dies quam fecit dñs: exul- Ps. 107
temus ⁊ lętemur in ea. ℣. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli: a domino factũ est istud: ⁊ est mirabile ĩ oculis nostris. Alleluia alleluia. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: ⁊ misertus est humano generi.

Sequentia. Victimę paschali. vt in Dominica Paschę.

Sequentia sc̃i euang. s̃m Joannem.

IN illo tp̃e. Maria stabat ad monumentũ foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, ⁊ pspexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, ⁊ vnũ ad pedes vbi positũ fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi. Mulier qd ploras? Dicit eis. Quia tulerũt dñm meum, ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hęc cum dixisset, conuersa est retrorsum: ⁊ vidit Jesum stantē: ⁊ non sciebat quia Jesus est. Dicit ei Jesus. Mulier quid ploras? Quē quęris? Jlla existimans quia hortulanꝰ esset, dicit ei. Dñe, si tu sustulisti eū, dicito mihi vbi posuisti eum: ⁊ ego eũ tollā. Dicit ei Jesus. Maria? Conuersa illa, dicit ei. Rabboni: qđ dicit magi-

ster. Dicit ei Jesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Uade auté ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patré meum & patrem vestruz: Deum meũ & Deũ vestrum. Uenit Maria Magdalene annũcians discipulis, quia vidi dñm: & hęc dixit mihi. Credo. Offertoriũ.

exo. 13 In die solénitatis vestrę, dicit dominus, inducam vos in terram fluentem lac & mel, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quęsumus dñe, munera populoꝝ tuorum propitius: vt confessione tui nominis, & baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequamur. Per dñm. Deinde Protege nos. vel Oblatis. vt in feria pręcedenti. Communio.

ij. pe. 2. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, Alleluia.

Postcommunio.

Exaudi domine preces nostras: vt redemptionis nostrę sacrosancta commercia & vitę nobis conferant pręsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per dominũ. Deinde Quęsumus Domine. vel Hęc nos. vt in feria pręcedenti.

FERIA VI.

Statio ad Sanctam Mariam Rotundam. Introitus.

ps. 77. Eduxit eos Dñs in spe, alleluia: & inimicos eoꝝ operuit mare alleluia, alleluia, alleluia. Psalmus. Attẽdite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui paschale sacramẽtũ in recõciliationis humanę federe ↄtulisti: da mentibus nostris: vt quod ꝓfessione celebramus, imitemur effectu. Per. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in iiij. feria pręcedenti.

Lectio ep̃lę beati Petri Apostoli. i. ca. 3.

Charissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus ꝓ iniustis: vt nos offeret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus, veniens pręedicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, idest, octo animę saluę factę sunt per aquã. Quod & vos nunc similis formę saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordium, sed ↄsciẽtię bonę interrogatio in Deum, per resurrectionem Jesu Chr̃i dñi nostri, q est in dextera Dei. Grad. Hęc dies, quam fecit domin⁹: exultemus & lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus & illuxit nobis. Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. ps. 117 Sequentia. Uictimę paschali. vt in Dominica Paschę.

Sequẽtia scti euãge. sm Mattheũ.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in Galilęam, in montem vbi constituerat illis Jesus. ca. 28. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quecunqȝ mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sęculi. Credo. Le. 13. Offertoriũ. Erit vobis hęc dies memorabilis,

rabilis, Alleluia: ⁊ diem festum celebrabitis solemnem domino in progenies vestras: legitimum sempiternum diem, Alleluia, alleluia, alleluia. Secreta.

HOstias, q̄s dñe, placatus assume: quas ⁊ pro renatorum expiatione peccati deferimus, ⁊ pro acceleratione cęlestis auxilij. Per do. Deinde Protege nos. vel Oblatis. vt in quarta feria pręcedenti.

Matt. 28. Communio. Data est mihi omnis potestas in cęlo, ⁊ in terra, alleluia: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti. Allelu.

Postcommunio.

REspice, q̄s dñe, populum tuuz: ⁊ quem ęternis dignatus es renouare mysterijs: a temporalibus culpis dignanter absolue. Per dñm. Deinde Quęsumus Domine. vel Hęc nos. vt in iiij. feria pręcedenti.

SABBATHO in Albis.

Statio ad S. Joan. in Later. Intro.

Ps. 104 

EDuxit dñs populū suū in exultatione, Alleluia, ⁊ electos suos in lętitia, Alleluia, alleluia. Ps. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

COncede, q̄s omnipotēs Deus: vt, q festa paschalia venerando egimus: per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per dominū. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in quarta feria pręcedenti.

Lctō epistolę beati Petri Apostoli.

1. ca. 2. CHarissimi. Deponentes omnē malitiam, ⁊ omnē dolū, ⁊ simulationes, ⁊ inuidias, ⁊ omnes detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac ꝯcupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniaz dulcis est dñs. Ad quem accedētes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum ⁊ honorificatū: ⁊ ipsi tanquam lapides viui superędificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo p Jesum Christuz. Propter quod ꝯtinet scriptura. Ecce ponam in Sion lapidem summum angularem, probatum, electū, pretiosum. Et qui crediderit in illum, non confundetur. Uobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli: ⁊ lapis offensionis ⁊ petra scādali, his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo ⁊ positi sunt. Uos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus: nunc autem populus Dei. Qui non cōsecuti misericordiā: nunc autez misericordiam consecuti.

¶ Ab hac die vsq3 ad oct. Pentecostam in officio de tēpore, quaz de sanctis, non dr Graduale: sed eius loco dicunt duo versus cū quatuor Alla. ordine infrascripto: pter quā in missis Rogationū, ⁊ vigilię Pētecostes, in quibus dicitur vnum Alla. cum vno versu: similiter ⁊ post quālibet pphetiā in sabbatho Quatuor tporū post Pētec. Alio tēpore vsq3 ad Septuagesimam, quando dicitur Graduale, dicunt tria Alla. post Graduale: bis, ante ℣sum, ⁊ semel post ℣suz: cū aūt dicitur Sequētia, Alla, qđ dicendū esset post ℣sum, dr post Sequētiam.

Alle-

ps.117 Alleluia, alleluia. ℣. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Alle-
ps.112 luia. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sequentia. Victime paschali. vt in dominica Pasche, et in fine Alleluia.

Sequentia sancti euang. secundum Joannem.

cap.20 In illo tempore. Una sabbathi, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum, quem diligebat Jesus: et dicit eis. Tulerunt dominum de monumento: et nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introiuit in monumentum: et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit, et credidit. Nondum enim sciebant scripturas, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo.

ps.117 Offertorium. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: Deus dominus, et illuxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

Concede, quesumus Domine, semper nos per hec sacra mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio, perpetue nobis fiat causa letitie. Per do. Deinde Protege, vel Oblatis, vt in feria quarta preceden. Commu.

Gal.3. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, Alleluia. Postcommu.

Redemptionis nostre munere vegetati, quesumus domine: vt hoc perpetue salutis auxilio, fides semper vera proficiat, Per Dominum. Deinde Quesumus domine. vel Hec nos. vt in feria quarta precedenti.

DOMINICA in octaua Pasche.

Statio ad S. Pancratium. Introit.



Quasi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles sine dolo, lac concupiscite. Alleluia, allelu. Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria pa. Oro. i. Pet. 2. / ps. 80

Presta, quesumus omnipotens Deus: vt qui paschalia festa peregimus: hec, te largiente, moribus et vita teneamus. Per dominum no.

Lectio epistole beati Joannis apostoli.

1. Jo. 5. Charissimi. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus. Non in aqua solum: sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres vnum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis: et hi tres vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Alleluia, alleluia. ℣. In die resurre- Matth. 28.

surrectionis meę, dicit dñs, pręcedam vos
Jo. 20. in Galileam. Alleluia. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Jesus in medio discipulorum suorũ, ⁊ dixit: Pax vobis. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

Jo. 20. IN illo tpe. Cum esset sero die illa, vna sabbathorũ, ⁊ fores essent clausę, vbi erant discipuli congregati propter metũ Judęorũ: venit Jesus, ⁊ stetit in medio eorũ, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater, ⁊ ego mitto vos. Hęc cum dixisset, insufflauit: ⁊ dicit eis. Accipite spiritum sanctum: quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorũ retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cũ eis, quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ, ⁊ mittam digitum meum in locum clauorũ, ⁊ mittam manum meã in latus eius: non credã. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, ⁊ Thomas cum eis. Uenit Jesus ianuis clausis, ⁊ stetit in medio, ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitum tuum huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manum tuam, ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, ⁊ dixit ei: Dominus meus, ⁊ Deus meus. Dicit ei Jesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, ⁊ crediderunt. Multa quidem, ⁊ alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quę non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt, vt credatis quia Jesus est filius Dei: ⁊ vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Credo.

Offertorium.

Angelus Domini descendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quem quęritis, surrexit, sicut dixit, Alleluia. Matt. 28.

Secreta.

SUscipe munera, q̃s Dñe, exultantis ecclesię: ⁊ cui causam tanti gaudij pręstitisti, perpetuę fructum concede letitię. Per dñm.

Cõmu. Jo. 20.

Mitte manum tuam, ⁊ cognosce loca clauorum, alleluia: ⁊ noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia, alleluia.

Postcommu.

QUęsumus domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, q̃ pro reparationis nostrę munimine contulisti: ⁊ pręsens nobis remedium esse facias, ⁊ futurum. Per dominũ.

Fer. ij. post oct. Pasche, vsq; ad Ascẽsionẽ, post Orõnẽ diei dicuntur Orõnes sequentes, si non est festũ duplex.

De beata virgine. Oratio.



COncede nos famulos tuos, quęsumus dñe Deus, perpetua mentis, ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia.

Contra persecutores Ecclesię.

ECclesię tuę, q̃s dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per do.

Uel pro Papa.

DEus omnium fideliũ pastor ⁊ rector, famulum tuũ N. quẽ pastorẽ ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo ⁊ exẽplo quibus pest, proficere: vt ad vitam, vna cũ grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum.

De

De beata Uirgine. Secreta.

TUa domine ꝓpitiatione, ⁊ beatę Marię semp virginis intercessione, ad ꝑpetuá atqꝫ ꝓsenté, hęc oblatio nobis proficiat, ꝓsperitaté ⁊ pacé.

Contra persecutores ecclesię. Secre.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per. Uel pro Papa. Sec.

OBlatis, q̄s dñe, placare muneribus: ⁊ famulū tuū N. qué pastoré ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per do.

De beata Uirgine. Postcōmunio.

SUmptis Dñe salutis nostrę subsidijs: da quęsum⁹, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati.

Contra ꝑsecutores Ecclesię. Postc.

QUęsumus dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nó sinas subiacere ꝑiculis. Per. Uel p Papa.

HÆc nos, q̄s dñe, diuini sacraméti ꝑceptio, ꝓtegat: ⁊ famulū tuū N. qué pastoré Ecclesię tuę esse voluisti: vna cum commisso sibi grege, saluet semp ⁊ muniat. Per dominū.

DOMINICA SECVNDA post Pascha. Introitus.

Ps. 32. MIsericordia Domini plena est terra, alleluia: verbo domini cęli firmati sunt, alleluia, alleluia. Ps. Exultate iusti in domino; rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate, iacenté mundū erexisti: fidelibus tuis ꝑpetuá ꝯcede lętitiá: vt quos ꝑpetuę mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sépiternis ꝑfrui. Per eū.

Alię orones. Concede, ⁊ Ecclesię tuę. vel Deus omniū. vt su. fol. 112.

Lectio epistolę beati Petri apostoli.

CHarissimi. Christus passus est pro nobis, vobis relinqués exéplū, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, nó maledicebat. Cum pateretur, non comminabatur. Tradebat auté iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignuꝫ: vt peccatis mortui, iustitię viuamus. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, ⁊ episcopum animarum vestrarum. 1. ca. 2.

Alleluia, alleluia. ℣. Cognouerunt discipuli dñm Jesum in fractione panis. Allelu. Luc. 24.

℣. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me meę, Alleluia. Jo. 10.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tpe: Dixit Jesus pharisęis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animaꝫ suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, ⁊ q non est pastor, cuius non sunt oues proprię, videt lupum venientem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: ⁊ nó pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me meę. Sicut nouit me pater, ⁊ ego agnosco patrem: ⁊ animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere, ⁊ vocem meam audient: ⁊ fiet vnum ouile, ⁊ vnus pastor. Credo. cap. 10

Offer-

Ps. 62. Offertorium. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. Secreta.

Benedictionem nobis dñe conferat salutarem sacra semper oblatio: vt, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per do. Deinde Tua domine & Protege. vel Oblatis. folio. 112. Communio.

Joan. 10. Ego sum pastor bonus, Alleluia, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Presta nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt viuificationis tuę gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriemur. Per do. Deinde Sumptis domi. & Quęsumus. vel Hęc nos. vt supra. 112.

DOMINICA III. post Pascha. Introitus.

Ps. 65. Iubilate Deo omnis terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius alleluia: date gloriam laudi eius, alleluia alleluia. psal℟. Dicite Deo, quã terribilia sunt opera tua do- ibidez.
mine: in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui ℣. Gloria pat. Oratio.

Deus, qui errantibus, vt in viaz possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quę huic inimica sunt nomini: & ea quę sunt apta, sectari. Per dominum. Et dicitur Concede nos. Ecclesię. vel Deus omnium fidelium. vt supra folio. 112.

Lectio epistole bti Petri apostoli.

1. pe 2. Charissimi: Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam: conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanę creaturę ꝓpter Deũ, siue regi quasi pręcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitię libertatẽ, sed sicut serui Dei. Omnes honorate: Fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis. Hęc est enim gratia: in Christo Jesu domino nostro.

Alleluia, alleluia ℣. Redemptionem Ps. 110
misit dñs populo suo, Alleluia. ℣. Oportebat pati Christũ, & resurgere a mortuis: Luc. 24.
& ita intrare in gloriam suam, alleluia.

Sequentia scti euãg. ſm Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Modicũ & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex discipulis eius adiuicẽ. Quid est hoc qđ dicit nobis: Modicũ & non videbitis me: & iterũ modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autẽ Jesus, qa volebant eũ interrogare: & dixit eis. De hoc quęritis inter vos, quia dixi: Modicũ & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mun- ca. 16.

dus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eiꝰ: cum autem peperit puerum, iam nō meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor vestrū: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Credo.

ps. 145 Offertorium. Lauda anima mea domi num: laudabo dominum in vita mea: psallam Deo meo quandiu ero, alleluia. Secr.

HIs nobis dñe mysterijs ꝯferatꝰ, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare cęlestia. Per. Deinde Tua domine. ⁊ Protege. vel Oblatis. folio. 112. Communio.

Joan. 16. Modicum ⁊ non videbitis me: alleluia, iterum modicum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem alleluia, alleluia. Postcomu.

SAcramenta quę sumpsimus, q̄sumus domine, ⁊ spiritualibus nos instaurent alimentis, ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dñm. Deinde Sumptis dñe. ⁊ Quęsumus. vel Hęc nos. vt sup. folio. 112.

DOMINICA QVARTA Post Pascha. Introitus.

ps. 97. 

CAntate domino canticum nouum, alleluia: quia mirabilia fecit dominus, alleluia: ante cōspectum gentiū reuelauit iustitiam suā, alleluia, alleluia, alꝫ. ps. Saluabit sibi dextera eiꝰ, ⁊ brachiū sctm̄ eiꝰ. ℣. Gloria. Orō.

DEus, qui fidelium mētes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod pręcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mūdanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per.

Alię Orationes. Concede, quęsumus. ⁊ Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt supra.

Lcō epistole beati Jacobi apstoli.

CHarissimi. Omne datū optimū ⁊ omne donū perfectū de sursum est, descendens a patre luminū: apud quem non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem oīs homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquendū, ⁊ tardꝰ ad iram. Ira enim viri iustitiā Dei non operatꝰ. Propter quod, abijcientes omnem immunditiā, ⁊ abūdantiam malitię, in māsuetudine suscipite insitū vbū, qd̄ potest saluare aīas vr̄as. cap. 1.

Alleluia, alleluia. ℣. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutē, alleluia. ℣. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritꝰ: mors illi vltra non dominabitur, alleluia. ps. 117 Ro. 6.

Sequentia sancti euāg. scdm Joānē.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Vado ad eum, qui misit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed, qa hęc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vr̄m. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundū d̄ peccato, ⁊ d̄ iustitia, ⁊ d̄ iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad patrem vado, ⁊ iā non videbitis me. De iudicio autē: qa princeps huius mūdi iā iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cū autē venerit ille

spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Non enim loquet a semetipso: sed quecunqꝫ audiet, loquet: & que ventura sunt, annũciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Credo.
ps. 65. Offertorium. Iubilate Deo omnis terra, iubilate Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis, omnes q timetis Deum, quanta fecit dominus anime mee, alleluia. Secret.
DEus, qui nos per huius sacrificij veneranda cõmercia, vnius summeqꝫ diuinitatis participes esse fecisti: presta quesumus: vt sicut tuam cognouimus veritatẽ, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominũ. Deinde Tua dñe. & Protege. vel Oblatis, quesu. folio 112. Comu.
Jo. 16. Cũ venerit paraclitus spũs veritatis: ille arguet mũdũ d pctõ, & d iustitia, & de iudicio, alleluia, al. Postcõ.
ADesto nobis dñe De' noster: vt p hec, que fideliter sumpsimus, & purgemur a vitijs, & a periculis omnibus eruamur. Per dominũ. Deinde Sumptis domine. Quesumus. vel Hec nos. vt sup. fol. 112.

DOMINICA QVINTA post Pascha. Introitus.

Is. 48. VOcem iucunditatis annũciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremum terre: liberauit dominus populum suum, alleluia, alleluia.
ps. 65. ps. Jubilate Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria pat. Oratio.
DEus, a quo bona cuncta procedũt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus, te ĩspirãte, q̃ recta sũt: & te gubernante, eadẽ faciamus. Per do. Et dicitur Concede. & Ecclesie. vel Deus omnium. vt sup. fol. 112.
Lectio eple beati Jacobi apostoli. 1. ca.
CHarissimi: estote factores verbi, & non auditores tantũ, fallẽtes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hi comparabit viro ɔsideranti vultũ natiuitatis sue in speculo. Considerauit eniꝫ se, & abijt, & statiꝫ oblitus est qualis fuerit. Qui autẽ pspexerit in lege perfecte libertatis, & permanserit in ea: non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si qs autem putat se religiosuꝫ esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suũ: huius vana est religio. Religio mũda, & imaculata apud Deũ & patrem, hec est. Uisitare pupillos, & viduas i tribulatione eoꝝ: & immaculatum se custodire ab hoc sclo. All. al.
℣. Surrexit Christus, & illuxit nobis: quos redemit sanguine suo. Alleluia. ℣. Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem: Alleluia. Jo. 19. Jo. 16.
Sequentia sci euang. sm Joannem.
IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: siquid petieritis patrẽ i nomine meo, dabit vobis. Usqꝫ modo non petistis quicquã i noie meo. Petite & accipietis: vt gaudiũ vr̃ꝫ sit plenũ. Hec in puerbijs locutus sum vobis. Uenit hora, cũ iã nõ in puerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annũciabo vobis. Jllo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrẽ de vobis. Ipse enim pater amat vos, qa vos me amastis, & credidistis, qa a Deo exiui. Exiui a patre, & veni in mundũ: iteꝝ relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Dicunt ei discipuli eius. Ecce, nunc palam loqueris, & prouerbiuꝫ nullũ dicis. Nunc ca. 16.

scimus q̄a scis omnia, τ non est opus tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, q̄a a deo existi. Credo. Offe.

ps. 65. Benedicite gentes dominum Deum nostrum, τ obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, τ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meā, τ misericordiā suā a me, alleluia. Sec.

Suscipe domine fideliū preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus, Per. Deinde. Fug dñe. τ Protege. vel Oblatis. vt supra fo. 112. Commun.

ps. 95. Cantate domino, alleluia, cantate domino, τ benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Tribue nobis dñe cęlestis mēsę virtute satiatis, τ desiderare q̄ recta sunt, τ desiderata percipere. P. Deinde Sumptis domine. τ Quęsumus. vel Hęc. vt supra. 112.

In Litanijs maioribus.

In festo S. Marci. Statio ad sanctum Petrum. Et in minoribus: ante Ascensionem. Ferria ij. Rogationum. Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Feria iij. Ad sanctum Joannem in Laterano. Feria iiij. ad sanctum Petrum. Introitus.

ps. 17. Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, alleluia: τ clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures

ibidē 3. eius, al. al. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū, τ refugiū meum, τ liberator meus. ℣. Gloria. In hac missa nō dr. Gloria in excelsis. neq̄ Credo. Oro.

Presta, q̄s ops Deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, cōtra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per do. Et dicit. Concede. Ecclesię. vel Deus omnium fide. vt sup.

Lcō epistolę beati Jacobi apostoli.

Charissimi: Cōfitemini alterutrū peccata vestra: τ orate pro inuicē vt saluemini. Multum eniz valet deprecatio iusti assidua. Elias hō erat similis nobis passibilis: τ oratione orauit vt nō plueret super terram, τ nō pluit annos tres τ menses sex. Et rursū orauit, τ cęlū dedit pluuiaz, τ terra dedit fructū suū. Fratres mei, siquis ex vobis errauerit a veritate, τ conuerterit q̄s eū: scire debet, q̄m q̄ cōuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animaz ei⁹ a morte, τ operiet multitudinē peccatorū. Alla. cap. 5. 3. Re.

℣. Confitemini domino q̄m bonus: ps. 117
quoniam in sęculū misericordia eius.

Sequētia sancti euāgelij s̄m Lucaz.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Quis vestrum habebit cap. 11
amicum, τ ibit ad illū media nocte, τ dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit d̄ via ad me, τ non habeo q̄d ponam ante illum. Et ille deintus respōdens dicat. Noli mihi molest⁹ esse: iam ostiū clausuz est, τ pueri mei mecū sunt in cubili: non possum surgere τ dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, τ si non dabit illi surgens, eo quod amicus ei⁹ sit, propter improbitatem tamen eius surget, τ dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, τ dabitur vobis: querite, τ inuenietis: pulsate, τ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: τ qui quęrit, inuenit: τ pulsanti aperiet. Quis autem ex vobis patrem petit panem

nem, nunquid lapidē dabit illi? Aut pi
scem: nunquid pro pisce serpentem dabit
illi? Aut si petierit ouū: nunquid porri-
get ei scorpionē? Si ergo vos cū sitis
mali, nostis bona data dare filijs ve-
stris: quanto magis pr vester de cęlo
dabit spm̄ bonū petentib⁹ se? Offert.
Ps. 108 Confitebor domino nimis in ore meo: ꝛ in
medio multorum laudabo eum, qui astitit
a dextris pauperis, vt saluum faceret a per
sequentib⁹ animam meam, Alleluia. Sec.

HAEc munera, q̄s dn̄e, ꝛ vincula
nr̄e prauitatis obsoluant, ꝛ tuę
nobis misericordię dona ꝯciliēt. Per.
Deinde Tua domine. ꝛ Protege.
vel Oblatis vt sup fol. 112. Com.
Lu. 11 Petite, ꝛ accipietis: quęrite, ꝛ inuenietis:
pulsate, ꝛ aperietur vobis: omnis enim qui
petit, accipit: ꝛ qui quęrit, inuenit, ꝛ pulsanti
aperietur, Alleluia. Postcōmunio.

VOta nostra, q̄s dn̄e, pio fauore
ꝓsequere: vt dū dona tua in tri-
bulatione ꝑcipimus, de consolatione
nostra in tuo amore crescamus. Per.
Deinde Sumptis dn̄e. ꝛ Quęsu-
mus. vel Hęc nos. vt su. folio. 112.

IN VIG. ASCENSIONIS.

¶ Si hodie occurrat festū simplex,
fit de ipso tantum commemoratio in
missa. Si occurrat festum duplex, vel
semiduplex, missa dicitur de festo cū
commemoratione vigilię. Sed in Ec
clesijs Collegiatis dicuntur duę mis-
sę, vna de festo, alia de vig. Introitus.
Isa. 48 VOcem iucunditatis annun-
ciate: ꝛ audiatur, alleluia:
annunciate vsque ad extre-
mum terrę: liberauit domi-
nus populum suum, alle-
Ps. 65. luia, alleluia, alleluia. Ps. Jubilate
Deo omnis terra: psalmum dicite nomini
eius, date gloriam laudi eius. Gloria pa
tri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto.

M, R.

Et dicitur. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, a quo bona cuncta proce
dunt, largire supplicibus tuis:
vt cogitemus te inspirante quę recta
sunt, ꝛ te gubernante eadē faciamus.
Per dominum. Secunda oratio
de rogationibus. Pręsta, quęsumus.
iij. de sctā Maria. Concede. f. 112.
Ubi autē in Ecclesijs collegiatis di-
citur alia quoq; Missa de rogationi
bus: secunda orō erit de sancta Ma-
ria: tertia contra persecutores eccle-
się, vel pro papa. vt supra. fol. 102.
Lectio epistolę beati Pauli aposto-
li ad Ephesios.

FRatres. Unicuiq; nostrū data cap. 4.
est gratia secundum mensuram
donationis Christi. Propter quod
dicit: Ascendens in altum, captiuam
duxit captiuitatem: dedit dona ho-
minibus. Quod autē ascendit: quid
est nisi quia ꝛ descendit primū in in-
feriores partes terrę? Qui descen-
dit, ipse est, ꝛ qui ascendit super om-
nes cęlos, vt adimpleret omnia. Et
ipse dedit quosdam quidem Aposto
los, quosdam autem Prophetas,
alios vero Euangelistas, alios autē
pastores ꝛ doctores ad consumma
tionem sanctorum, in opus ministe-
rij, in ędificationem corporis Chri-
sti, donec occurramus omnes in vni
tatem fidei, ꝛ agnitionis filij Dei: in
virum perfectum, in mensuram ęta-
tis plenitudinis Christi. Alleluia,
alleluia. ℣. Surrexit Christus, ꝛ illuxit Jo. 16.
nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia
℣. Exiui a patre, ꝛ veni in mundum: ite-
rum relinquo mundum, ꝛ vado ad patrem,
alleluia.

Sequētia sancti euāg. sm Joānem.

IN illo tempore: Subleuatis ca. 17.
Jesus oculis in cęlū, dixit. Pa-

ter, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitam ęternam. Hęc est autem vita ęterna, Vt cognoscant te, solum Deum verum, ꝛ quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui, priusquã mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quę dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quę dedisti mihi, dedi eis: Et ipsi acceperunt: ꝛ cognouerunt vere, quia a te exiui: ꝛ crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt: ꝛ tua mea sũt: ꝛ clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: ꝛ hi in mundo sunt: ꝛ ego ad te venio. ꝛ dicitur prefatio paschalis.

p̃s. 65. Offertorium.

Benedicite gentes dominum Deum nostrum: ꝛ obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam, ꝛ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, ꝛ misericordiam suam a me, alleluia.

Secreta.

SUscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum Jesum.

De beata virgine. Secreta.

TUa domine propitiatione, ꝛ beatę Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam atque presentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem ꝛ pacem.

Contra persecutores ecclesię.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quęsumus domine, placare muneribus: ꝛ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum nostrum.

Et dr̃ Prefatio Paschal. vt sup.

Communio. Cantate domino, alleluia: cantate domino, ꝛ benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. p̃s. 95

Postcommunio.

TRibue domine cęlestis mensę virtute satiatis, ꝛ desiderare q̃ recta sunt, ꝛ desiderata percipere. Per dominum nostrum Jesum.

De beata virgine. Postcõmunio.

SUmptis domine salutis nostrę subsidijs, da quęsumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq; protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati.

Contra persecutores Ecclesię.

QUęsumus dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ꝛ famulũ tuum N. quem pastorẽ Ecclesię tuę p̃esse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, ꝛ muniat. Per dominum nr̃m.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.



Statio ad S. Petrum. Introitus.

Act. 1. Iri Galilei, quid admiramini aspicientes in celum? alleluia. quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum, ita veniet, alleluia. al. alleluia. Ps. Omnes gen-
Ps. 46. tes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Gloria. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens Deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus: ipsi quoque mente in celestib⁹ habitemus. Per eundem dominuz.

Lectio actuum Apostolorum.

Primum quidem sermonez feci de omnibus, o Theophile, que cepit Jesus facere, et docere, vsqz in dié qua precipiens apostolis per spiritū sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus et prebuit seipsum viuum post passioné suá in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et conuescens, precepit eis ab Jerosolymis ne discenderent, sed expectarent promissioné patris, quam audistis (inqt) per os meum: quia Joannes quidé baptizauit aqua: vos auté baptizabimini spū sancto nō post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabát eū, dicétes. Dñe, si in tépore hoc restitues regnū Israel? Dixit auté eis. Nō est vestrū nosse tépora vel momenta, que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalé, et in omni Judea, et Samaria, et vsqz ad vltimū terre. Et cū hoc dixisset, vidétib⁹ illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eoruz. Cumqz intuerentur in celū eunté illū, ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestib⁹ albis, qui et dixerūt. Viri Galilei, quid statis aspicentes in celum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celū, sic veniet, queadmodū vidistis eum eunté in celuz.

Alleluia, alleluia. ℣. Ascendit Deus in iubilatione: et dominus in voce tube, Alleluia. ℣. Dominus in Sina, in sancto, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Alleluia. Ps. 46.

Sequentia sancti euág. sm Marcū. ca. 16.

In illo tpe: Recūbétibus vndecim discipulis, apparuit illis Jesus: et exprobrauit incredulitaté eoꝝ, et duritiá cordis, qa iis, q viderant euz resurrexisse, non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mūdū vniuersum, predicate euangeliū omni creature. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa auté eos qui crediderint, hec sequentur. In noie meo demonia eiicient, Linguis loqntur nouis, Serpentes tollent, Et, si mortiferū quid biberint, non eis nocebit:

bit: Super ęgros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postquã locutus est eis, assumptus est in cęlum, & sedet a dextris Dei. Illi aũt profecti, p̄dicauerũt vbiq̃: domino cooperante, & sermoné confirmãte, sequẽtibus signis.

¶ Dicto euangelio extinguit cereus paschalis, nec amplius accendit vlterius, nisi i sabbatho Pẽtecostes ad bñdictioné fontiũ. Credo. Offertoriuz.

ps.46. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubę. Alleluia. Secreta.

Suscipe domine munera, quę pro filij tui gloriosa Ascensione deferimus: & concede propitius: vt a presentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus ęternam. Per eundem. Pręfatio. Qui post resurrectionem suam. vt sup. f.105.

Et dicitur vsq̃ ad vigiliam Pentecostes, exclusiue. Infra actionem

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes. Et dicitur per octa. tantum. Communio.

ps.76. Psallite domino, qui ascendit super cęlos cęlorum ad orientem, alleluia.

Postcommunio.

Presta nobis, quęsumus omnipotens, & misericors Deus: vt quę visibilbus mysterijs sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per dominum nostrum.

¶ Infra octauam Ascensionis quotidie, dicitur missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione octauę: de simplici autem fit tantum cómmemoratio.

Post orationem diei dicitur secunda oratio de sancta Maria. Concede nos famulos tuos. tertia Ecclesię. vel pro Papa, vt supra. folio, 112.

DOMINICA INFRA Octauam Ascensionis. Introitus.

Exaudi Domine vocez meam, qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, quęsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam a me, Alleluia, alleluia. Psalmus. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? ps.26. ibidez.

℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatem: & maiestati tuę sincero corde seruire. Per dominũ.

Et fit commemoratio de Ascensione tantum. Concede, quęsumus.

Lectio epistolę beati Petri apli.

Charissimi, Estote prudẽtes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes: qa charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deus. Ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum dominum nostrũ. 1.ca.4.

Alleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam, alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor vestrum Alleluia. ps.46. Jo.14

Sequentia sancti euangelij secundũ Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, ca.15.

patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecũ estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis faciẽt vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se pręstare Deo. Et hęc facient vobis: quia nõ nouerunt patrẽ, neque me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Credo. Offertoriũ.

Ps. 46. Ascendit Deus in iubilatione: & dominus in voce tubę, alleluia. Secreta.

Sacrificia nos domine immaculata purificent, & mentibus nostris supernę gratię dent vigorem. Per dominum nostrum Jesum. &c.

Pro Ascensione. Secreta.

Suscipe domine munera. 116.

Jo. 17. Communio. Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mũdo: sed vt serues eos a malo, alleluia alleluia.

Postcommunio.

Repleti domine muneribus sacris, da q̃s: vt in gratiarum semper actione maneamus. Per dominum nostrum Jesum Christũ filiũ.

Pro Ascensione. Postcommunio.

Presta nobis, quęsumus ops. 116.

¶ In octaua Ascensionis dr̃ missa sicut in die cum vna tantum oratione.

¶ Feria vj. post octauam Ascensionis si festum duplex, vel semiduplex non fuerit, missa dicitur de Dominica pręterita, cum oratione de Sancta Maria.

Concede & Ecclesię. vel pro papa. fol. 112. De simplici fit tñ cõmemoratio: & nõ dicitur, Credo i vnũ.

IN VIGILIA Pentecostes.

Statio ad sanctum Joannem in Laterano.



Hora competenti dicit̃ Nona. Qua finita, sacerdos, & ministri induti vestimẽtis violaceis facta reuerentia ante altare, in locis suis sedent: postea leguntur prophetię sine titulo. In fine prophetiarum dicuntur Orationes sine. Flectamus genua. Prophetia prima.

In diebus illis. Tentauit Deus Abraham. vt in Sabbatho sancto. folio 79. qua finita, Sacerdos dicit.

Oremus. Oratio.

Deus, qui in Abrahę famuli tui opere, humano generi obediẽtię exempla prębuisti: concede nobis & nostrę voluntatis prauitatem frangere, & tuorum pręceptorum rectitudinẽ in omnibus adimplere. Per.

Prophetia secunda.

In diebus illis: Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciens Exo. 14.
dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruum, ferebanturq̃ in profundum. Dixerũt ergo Ægyptij. Fugiamus Jsraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moysen. Extende manum tuam super mare: vt reuertãtur aquę ad Ægyptios super currus & equites eorum. Cumq̃ extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugentibusq̃ Ægyptijs occurrerunt aquę: & inuoluit eos dominus

in

in medijs fluctib⁹, versęq; sunt aquę, ꝛ operuerunt currus ꝛ ęquites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes, ingressi fuerant in mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris: ꝛ aquę eis erant quasi pro muro a dextris ꝛ a sinistris. Liberauitq; dominus in die illo Israel de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, ꝛ manum magnam quam exercuerat domin⁹ contra eos. Timuitq; populus dominum: ꝛ crediderunt domino, ꝛ Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses, ꝛ filij Israel, carmē hoc domino, ꝛ dixerunt.

Exo. 15 Tractus. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est: equum ꝛ ascensorem proiecit in mare: adiutor ꝛ protector factus est mihi in salutem.

℣. Hic Deus meus, ꝛ honorificabo eum: Deus patris mei, ꝛ exaltabo eum.

℣. Dominus conterēs bella: dominus nomen est illi. Oratio.

Deus, qui in primis temporib⁹ īpleta miracula noui testamenti luce reserasti, vt ꝛ mare rubrum forma sacri fontis existeret: ꝛ liberata plebs ab Ægyptiaca seruitute, chřianí populi sacramēta p̄ferret: Da, vt omnes gentes, Israelis priuilegium merito fidei consecutę, spiritus tui participatione regenerentur. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdē.

Deut. 31. Prophetia tertia. In diebus illis: Scripsit Moyses canticum: ꝛ docuit filios Israel. vt in sabbatho sancto. fol. 81.

Tractus. Attende cęlum, ꝛ loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo.

Deut. 32. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: ꝛ descendant sicut ros verba mea.

℣. Sicut imber super gramen, ꝛ sicut nix super fęnum: quia nomen domini inuocabo.

℣. Date magnitudinem Deo nostro: Deus verax: opera eius, ꝛ omnes vię eius iudicia. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus ꝛ sanctus dominus.

Oremus. Oratio.

Deus glorificatio fidelium, ꝛ vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoq; modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gentibus misericordię tuę munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: vt quod pronunciatum est ad supplicium, in remedium transferatur ęternum. Per dominum nostrum. Prophetia quarta. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Isa. 4 vt in sabbatho sancto. folio. 8

Tractus. Vinea facta est dilecto meo Isa. 5 in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, ꝛ circunfodit, ꝛ plantauit vineā Sorech, ꝛ ędificauit turrim in medio eius.

℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim dñi sabaoth, domus Israel est. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne De⁹, qui per vnicum filium tuum ecclesię tuę demonstrasti te esse cultorem: omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, vt fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto, per fontem baptismi transtulisti, nullę peccatorum spinę pręualeant: vt spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundem. in vnitate eiusdem. Baruc ca. 3.

Prophetia quinta. Audi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias. vt in sabbatho sancto. folio. 80.

Oremus. Oratio.

Deus

DEus, qui nobis per propheta rum ora pręcepisti temporalia relinquere, atque ad ęterna festinare: da famulis tuis: vt quę a te iussa cognouimus, implere cęlesti inspiratione valeamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Ezech. 3. Prophetia sexta. In diebus illis. Facta est super me manus domini. vt in sabbatho sancto. folio. 80

Oremus. Oratio.

DOmine Deus virtutum, qui collapsa reparas, τ reparata conseruas: auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptisinate diluuntur, tua semper inspiratione dirigantur. Per dominum nostrum.

His expletis, presbyter accipit pluuiale violaceum, τ descendendo ad fontes cantatur. Tractus.

Ps. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, τ apparebo ante faciem Dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?

Deinde ad fontes antequā sacerdos intret ad benedictioné fontium: dicit, Dominus vobiscū. Orem⁹. Oratio.

COncede, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui solemnitatem doni sancti spiritus colimus, cęlestibus desiderijs accensi, fontez vitę sitiamus. Per dominum nostrum.

Deinde procedit ad benedictionem fontium, vt in sabbatho sancto. f. 82. Ubi vero non fuerint fontes. Tract⁹. Sicut ceruus. τ oratio sequens tractum, τ fontium benedictio pretermittuntur: sed finita oratione. Dñe Deus virtutum. Sacerdos casula

deposita cū ministris ante altare pro-
cumbit: τ alijs omnibus genuflexis
cantantur litanię a duobus cantori-
bus in medio chori, vtroque choro
idem simul respōdente. Circa finem
Litaniarū, sacerdos τ ministri solem
niter induuntur vestimentis rubeis,
τ accenduntur luminaria circa alta-
re. Peruento autem ad Kyrie-
eleison. Litaniarum. Kyrie elei-
son. pro missa a cantoribus solem-
niter incipitur. Quo incepto, sacer-
dos cum ministris facit confessionē:
τ ascendens ad altare, finito Kyrie
eleison. incipit solemniter Gloria in
excelsis. Et campanę pulsant. Oro.

PResta, quęsumus omnipotens Deus: vt claritatis tuę super nos splendor effulgeat: τ lux tuę lucis, corda eorū, qui per gratiam tuā renati sunt, sancti spiritus illustratione confirmet. Per. in unitate eiusdē.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Factum est cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, τ inueniret quosdam de discipulis: dixitque ad eos. Si spiritum sanctum accepistis, credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Joannis baptismate. Dixit autem Paulus. Joannes baptizauit baptismo pęnitentię populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsuz, vt crederét, hoc est, in Jesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, τ loquebantur linguis, τ prophetabant. Erant autem ca. 19.

tem

tem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem Paulus in synagogā, cū fiducia loquebat per tres mēses, disputans & suadēs de regno dei.
ps. 116 Alleluia. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. nō rep. Allel. sed immedite sequitur
ps. 116 Tractus. Laudate dominū omnes gētes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas dn̄i manet in eternuz.

¶ Ad euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.

Sequentia S. euāgelij sm̄ Joannē.

ca. 14



In illo tēpore: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternum, spm̄ veritatis, quē mūdus non potest accipere, quia nō videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinq̄ vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicū: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mādata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum.

Non dicitur Credo. Offertorium.
ps. 103 Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terre: sit gloria domini in secula, alleluia.

Secreta.

Munera, quesumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Prefatio. Qui ascendens super omnes celos. 94. Infra actionem. Communicantes, & diem sacratissimum celebrātes. Alia infra actionē. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre. Et dicuntur vsque ad sequens sabbathum inclusiue.

Communio.

Ultimo festiuitatis die dicebat Jesus: qui in me credit, flumina de ventre eius fluent Joan. 7.
aque viue: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus.

¶ In missis priuatis huius vigilie, omissis prophetijs, orationibus, & litanijs vt supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra Introi.

Cum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de Ezech. 3.
vniuersis terris: & effundam super vos aquam mundaz, & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. Psalmus.
Benedicam dominum in omni tempore: ps. 37.
semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut. &c. deinde dicitur.
Kyrie eleison. Gloria in excelsis. & alia vt supra.

IN DIE PENTE-
COSTES.



Statio ad Sanctum Petrum
Introitus.

Sap. 2. SPiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluia: ⁊ hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. psalmus. Exurgat Deus,
Ps. 67. ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eũ a facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sãcto. Oro.

DEus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper cõsolatione gaudere. Per dominum nostrum Jesum Christum. in vnitate eiusdem spiritus.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 2. IN diebus illis. Dum complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cęlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, ⁊ repleuit totam domũ vbi erant sedentes: Et apparuerunt illis dispertitę linguę tanquam ignis, seditqꝫ supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, ⁊ cęperũt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erãt autem in Jerusalem habitantes Judęi, viri religiosi ex omni natione, quę sub cęlo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo: ⁊ mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autez omnes, ⁊ mirabantur, dicentes. Nonne ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilęi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, ⁊ Medi, ⁊ Elamitę, ⁊ qui habitant Mesopotamiam, Judęaz, ⁊ Cappadociam, Pontum, ⁊ Asiã, Phrygiam, ⁊ Pamphiliam, Ægyptum, ⁊ partes Libię quę est circa Cyrenem, ⁊ aduenę Romani: Judęi quoque, ⁊ Proselyti, Cretes, ⁊ Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Alleluia, alleluia. ℣. Emitte spiritum Ps. 103
tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę, Alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fideliũ: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia.

UEni sancte spiritus, ⁊ emitte cęlitus lucis tuę radium.

Ueni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animę, dulce refrigerium.

In labore requies, in ęstu tẽperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine,

ne, nihil est innoxium.
Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium.
Flecte quod est rigidū, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.
Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium.
Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudiuz. Amen. Alleluia. Et dicit quotidie per totam octauā: vsq ad sabbathum inclusiue.
Sequētia scti euāge. sm Joannem.
Ca. 14. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Hęc locutus sū vobis, apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus, quē mittet Pater ī nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrū, neq formidet. Audistis, quia ego dixi vobis. Uado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq, q̄ vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquā fiat: vt, cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem: &, sicut mādatum dedit mihi pater, sic facio. Credo.
Ps 67 Offertorium. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis a templo tuo, quod est in Jerusalem: tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.
Munera, quęsumus domine, oblata sanctifica: & corda nr̄a sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum nost. Cōmunio.
Factus est repente de cęlo sonus tanquā aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. Act.
Postcommunio.
Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fęcundet. Per dominum nost. in vnitate eiusdem.
In fra oct. Pentecost. non fit de aliquo festo duplici vel semidup. sed post octa. celebrantur: de simplici fit commemoratio post triduum.

FERIA SECVNDA
Statio ad sanctū Petrum ad vincula. Introitus.



Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle saturauit eos, Alleluia, alleluia, alleluia. Ps. 80
Ps. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria patri. &c. Oratio.
Deus, q̄ apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tuę pię petitionis effectū: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per dominum, in vnitate eiusdem.
Lectio Actuum Apostoloruz.
Ca. 10. In diebus illis: Aperiens Petrus os suum, dixit. Uiri fratres & patres: nobis pręcepit dominus prędicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuoruz. Huic omnes prophetę testimoniū perhibent remissionem peccatorum accipere

per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbũ. Et obstupuerũt ex circũcisione fideles qui venerant cum Petro: quia ⁊ in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, ⁊ magnificantes Deũ. Tũc respondit Petrus. Nũquid aquã quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut ⁊ nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi Jesu Christi.

Act. 2. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Alleluia. ℣. Ueni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia

Ueni sancte spiritus. in fine Alla. Hęc nos. vt sup. in Dñica Pente.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Joãnẽ.

cap. 2. In illo tempore: Dixit Jesus Nicodemo. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitam ęternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluet mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomina vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mũdum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, ⁊ non venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius: quia in Deo sunt facta. Credo. Offertoriũ.

Intonuit de cęlo dominus: ⁊ altissimus dedit vocem suam: ⁊ apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Ps. 17. Secreta.

Propitius, domine quęsumus hęc dona sanctifica: ⁊ hostię spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus ęternũ. Per.

Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia, quęcunque dixero vobis, alleluia, alleluia. Joan. 14. Postcomunio.

Adesto, quęsumus domine, populo tuo: ⁊ quem mysterijs cęlestibus imbuisti: ab hostium furore defende. Per dominum nostrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctã Anastasiã. Introi.

Accipite iucunditatem glorię vestrę, alleluia: gratias agentes Deo, alleluia: qui vos ad cęlestia regna vocauit: alleluia, alleluia, alleluia. Jo. 1. Psalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Ps. 7. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui.

Oratio.

Adsit nobis, quęsumus Domine, virtus spiritus sancti: quę ⁊ corda nostra clementer expurget, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum nostrũ. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 8. In diebus illis. Cum audissent apostoli, q erant Jerosolymis, quia recepisset Samaria ṽbũ Dei: miserunt ad eos Petrum, ⁊ Joannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, ⁊ accipiebant spiritum sanctum.

Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus

sanctus docebit vos, quecunqꝫ dixe-
ro vobis Alleluia. ℣. Ueni sancte
spiritus, reple tuorum corda fideliū:
⁊ tui amoris in eis ignem accende.
Veni sancte spiritus.
Sequentia. Ueni sancte spiritus. ⁊ in fine Alleluia.
vt supra 119.
Sequētia sancti euāg. ſm Joannem.

ca. 10. IN illo tempore. Dixit Jesus
Phariseis. Amen amen dico
vobis, qui nō intrat per ostiū in ouile
ouiū, sed ascendit aliunde: ille fur est
⁊ latro. Qui autem intrat per ostium,
pastor est ouium. Huic ostiarius ape
rit: ⁊ oues vocem eius audiunt: ⁊ pro-
prias oues vocat nominatim, ⁊ edu-
cit eas. Et cum proprias oues emise
rit, ante eas vadit: ⁊ oues illū sequū
tur, quia sciunt vocem eius. Alienū
autem non sequuntur, sed fugiunt
ab eo: quia non nouerunt vocem alie
norum. Hoc prouerbiū dixit eis Je-
sus. Jlli autem non cognouerunt
quid loqueretur eis. Dixit ergo eis
iterum Jesus. Amen amen dico vo-
bis, quia ego sum ostium ouiū. Om-
nes quotquot venerunt, fures sunt ⁊
latrones: sed nō audierunt eos oues.
Ego sum ostiū. Per me siquis intro
ierit, saluabitur: ⁊ ingredietur, ⁊ egre
dietur, ⁊ pascua inueniet. Fur non
venit, nisi vt furet, ⁊ mactet, ⁊ pdat.
Ego veni vt vitam habeāt: ⁊ abūdan
tius habeant. Credo. Offertorium.

ps. 77. Portas celi aperuit dominus, ⁊ pluit illis
manna, vt ederent: panem celi dedit eis:
panem angelorum manducauit homo, al-
leluia.

Secreta.

Purificet nos, quesumus domi-
ne, muneris presentis oblatio:
⁊ dignos sacra participatione effi-
ciat. Per dominum. Communio.

Joan. 15. ⁊ 16. Spiritus qui a patre procedit, alleluia,
ille me clarificabit, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Mentes nostras, quesumus do-
mine, spiritus sanctus diuinis
reparet sacramentis: quia ipse est re-
missio omnium peccatorum. Per.

FERIA QVARTA
Quatuor temporum Pent.
Statio ad Sanctā Mariam Maio-
rem. Introitus.

ps. 67. Deus cum egredereris co-
ram populo tuo, allel-
ia, iter faciens eis, ha-
bitans in illis, alleluia:
terra mota est, celi distilla-
uerunt, Alleluia alleluia. Psalmus.
ibidem. Exurgat Deus, ⁊ dissipentur inimi-
ci eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a
facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.
dicto Kyrie eleison. dī Oremus.
Et non dicitu Flectamus gen. Orō.

Mentes nostras, quesumus do-
mine, paraclitus, qui a te pro-
cedit, illuminet: ⁊ inducat in omnem,
sicut tuus promisit filius, veritatem.
Qui tecū viuit. ⁊ reg. in vnitate eius.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 2. IN diebus illis. Stans Petrus
cum vndecim, leuauit vocem
suam, ⁊ locutus est eis. Uiri Judei,
⁊ qui habitatis Jerusalem vniuersi:
hoc vobis notum sit, ⁊ auribus per-
cipite verba mea. Non enim, sicut
vos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit
hora diei tertia: sed hoc est quod di-
ctum est per prophetam Joel. Et
erit in nouissimis diebus, dicit dn̄s,
effundam de spiritu meo super om-
nem carnem, ⁊ prophetabunt filij ve
stri ⁊ filie vestre: iuuenes vestri visio-
nes videbunt, ⁊ seniores vestri som-
nia somniabunt. Et quidem super ser
uos meos, ⁊ super ancillas meas in
diebus illis effundam de spiritu meo,

⁊ pro-

ꝛ prophetabunt. Et dabo prodigia in cęlo sursum, ꝛ signa in terra deorsum: sanguinem, ꝛ ignem, ꝛ vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, ꝛ luna in sanguinem: ante quam veniat dies Dñi magnus ꝛ manifestus. Et erit: Omnis quicunqꝫ inuocauerit
ps. 32. nomē Domini, saluus erit. Alleluia. ℣. Verbo domini cęli firmati sūt: ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Hic dicitur Gloria in excelsis. Postea dicitur. Dñs vobiscum. Oratio.

PResta, quęsumus omnipotens, ꝛ misericors Deus: vt spiritus sanctus aduenięs, templum nos glorię tuę dignanter inhabitando perficiat. Per dñm. in vnitate eiusdem.

¶ Ab hac die vsqꝫ ad Dominicam sequentem, post orationem diei, dicitur Ecclesię tuę, quęsumus. vel Deus omnium. vt supra. folio. 112.

ca. 5. Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Per manus autem apostolorum fiebant signa, ꝛ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in dño multitudo viroꝝ ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos, ꝛ ponerent in lectulis ꝛ grabatis: vt veniente Petro, saltez vmbra illius obumbraret quenquam illorum, ꝛ liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem ꝛ multitudo vicinarum ciuitatum Jerusalem, afferentes ęgros, ꝛ vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes: Alleluia, alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, ꝛ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt supra. in Dñica, in fine. Alleluia.

Sequentia sci euang. scdm Joannem. cap. 6.

IN illo tempore. Dixit Jesus turbis Judęorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: ꝛ ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erūt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre, ꝛ didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a Deo: hic vidit patrem. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam ęternam. Ego sum panis vitę. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: ꝛ mortui sunt. Hic est panis de cęlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis, quez ego dabo, caro mea est pro mūdi uita. Credo in vnum.

Offertorium. Meditabor in mandatis ps. 118
tuis, quę dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi, alleluia.

Secreta.

ACcipe, quęsumus domine, munus oblatum: ꝛ dignanter operare: vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum. Deinde. Protege. vel Oblatis, quęsumus. folio. 112.

Communio. Pacem relinquo vobis, Jo. 14.
Alleluia: pacem meam do vobis, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

SUmentes domine cęlestia sacramenta, quęsumus clementiam tuam: vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs consequamur. Per dominū nostrū. Deinde Quęsumus. vel. Hęc nos qs. 112.

FERIA QVINTA.
Statio ad sanctū Laurentium extra muros. Introitus.

Sap. 1

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, alleluia: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia,
ps. 67. alleluia. Ps. Emitte spiritū tuū, & creabunt: & renouabis faciē terrę. V. Gloria pa. Orō.

DEus, q hodierna die corda fideliū sancti spūs illustratione docuisti: da nobis in eodē spū recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per dūm. in vnitate eiusdem. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt supra. folio. 112.

Lectio actuum Apostolorum.

cap. 8. IN diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem Samarię, prędicabat illis Christum. Intendebant autem turbę his quę dicebantur a Philippo, vnanimiter audientes, & videntes signa quę faciebat. Multi enim eorū qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuita
ps. 103 te. Alleluia, alleluia. V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę. Alleluia. V. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia. Ueni sancte spiritus. vt sup. in Dominica, in fine Alleluia.

Sequentia sancti euāgelij sēm Lucam.

cap. 9. IN illo tpe. Conuocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dęmonia: & vt languores curarēt. Et misit illos prędicare regnum Dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicū̄que non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique. Credo.

Offertorium. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerusalem: tibi offerent reges munera, alleluia. ps. 67. Secreta.

MUnera, quęsumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dūm. in vnitate eiusdē. Deinde Protege. vel Oblatis. vt sup. f. 112.

Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. Act. 2 Postcommunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fęcundet. Per dūm. in vnitate eiusdem. Deinde Quęsumus domine Deus. vel Hęc nos, quęsumus. vt sup. fol. 112.

FERIA SEXTA
Quatuor temporum Pent.
Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.


REpleatur os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia. ps. 70.
Psalmus. In te Domine speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. V. Gloria. Oratio. ibidem.

ORA, quęsumus, ecclesię tuę misericors Deus: vt spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per dominum. in vnitate eiusdē. Deinde Ecclesię tuę. vel Deus oīum. vt sup. fo. 112.

Lectio Joelis prophetę.

ca. 2. HÆc dicit dñs Deus. Exultate filię Siō, ⁊ lętamini in domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorez iustitie: ⁊ descēdere faciet ad vos imbrē matutinū, ⁊ serotinum sicut in principio. Et implebuntur areę frumento, ⁊ redundabunt torcularia vino ⁊ oleo. Et comedetis vescentes, ⁊ saturabimini: ⁊ laudabitis nomen dñi Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia: ⁊ nō ꝯfundet populus meus in sempiternū. Et scietis, quia in medio Israel ego sum: ⁊ ego dñs Deus vester, ⁊ non est amplius: ⁊ nō ꝯfundetur populus meus in ęternum. Ait dñs omnipotens. Alleluia, all.

Sap. 12. ℣. O quam bonus ⁊ suauis est, domine, spiritus tuus in nobis. Alleluia.

℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Ueni sancte spirit⁹. vt supra in Dominica Pentecoste.

Sequētia sancti euāgelij sm Lucam.

ca. 5. IN illo tēpore. Factū est in vna dierum, ⁊ Jesus sedebat docēs. Et erant pharisęi sedentes ⁊ legisdoctores, qui venerant ex omni castello Galilęę, ⁊ Judęę, ⁊ Jerusalem: ⁊ virtus domini erat ad sanandū eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, ⁊ q̄rebant eum inferre, ⁊ ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illū inferrent p̄ turba, ascēderūt supra tectum ⁊ per tegulas submiserunt illum cū lecto in medium, ante Jesum. Quorꝫ fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare scribę ⁊ pharisęi, dicentes. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vr̄is? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, ⁊ ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, ⁊ vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis tulit lectum in quo iacebat: ⁊ abijt in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehēdit omnes: ⁊ magnificabant Deū. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo.

Offertorium. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quandiu ero, alleluia. ps. 145

Secreta.

SAcrificia Domine tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorum Christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem dominum nostrum. in vnitate eiusdē. Protege. vel Oblatis. vt sup. folio. 112. Com.

Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia: ⁊ gaudebit cor vestrum, alleluia. Jo. 14.

Postcommunio.

SUmpsimus Domine sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt quę in tui commemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas cum. Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. vt supra. fol. 112.

SABBATHO
Quatuor tēpoꝝ. Pentec.
Statio ad S. Petrum. Introitus.

Ro. 5. 
Haritas Dei diffusa est in cordibus nostris, allelu-ia, per inhabitantem spi-ritum eius in nobis, alle-luia, alleluia.

Psalmus. Benedic anima mea domi-no: ⁊ omnia quę intra me sunt nomini sctō
ps. 102 eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Orationes sequentes dicuntur sine Flectamus gen. Oremus. Oratio.

MEntibus nostris, quęsumus do-mine, spiritum sanctum beni-gnus infunde: cuius ⁊ sapientia con-diti sumus, ⁊ prouidentia guberna-mur. Per do. in vnitate eiusdē spir.

Lectio Joelis prophetę.

ca. 2. HÆc dicit dominus Deus. Effun-dam spiritum meum super om-nem carnem: ⁊ prophetabunt filij vestri, ⁊ filię vestrę. Senes vestri somnia somniabunt: ⁊ iuuenes ve-stri visiones videbunt. Sed ⁊ super seruos meos ⁊ ancillas meas, in die-bus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in cęlo sursum, ⁊ signa in terra deorsum: sanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi. Sol con-uertetur in tenebras, ⁊ Luna in san-guinem: antequam veniat dies Do-mini magnus ⁊ horribilis. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit no-

Joan. 6. men domini, saluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus est, qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Oratio.

ILlo nos igne, quęsumus domi-ne, spiritus sanctus inflammet, quem dominus noster Jesus Chri-stus misit in terrā: ⁊ voluit vehemen-ter accēdi. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Locutus est dn̄s ca. 23.
ad Moysen dicens. Loquere fi-lijs Israel, ⁊ dices ad eos. Cum in-gressi fueritis terram quam ego da-bo vobis, ⁊ messueritis segetem: fere-tis manipulos spicaꝝ, primitias mes-sis vestrę ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū coram dn̄o, vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbathi, ⁊ sā-ctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die sabbathi, in quo obtulistis manipulos primitiaꝝ, septem hebdo-madas plenas, vsq; ad alteram diem expletionis hebdomadę septimę. Et sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o ex oī-bus habitaculis vestris: panes primi-tiaꝝ duos d̄ duab⁹ decimis similę fer-mētatę, quos eleuabit sacerdos corā dn̄o. cumq; eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiaꝝ coram dn̄o, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque san-ctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiter-num erit in cunctis habitaculis, ⁊ ge-nerationibus vestris: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Spiritus Thob. 26.
eius ornauit cęlos. Oratio.

DEus, qui ad animarum mede-lam ieiunij deuotione castigari corpora pręcepisti: concede nobis p̄-pitius, ⁊ mente, ⁊ corpore tibi semp̄ esse deuotos. Per dominum nostrū.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis. Dixit Moyses cap. 26.
filijs Israel. Audi Israel quę ego pręcipio tibi hodie. Cum intra-ueris terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam, ⁊ obtinueris eam, atque habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, ⁊ pones in cartallo: p̄gesq;

ad locuz, quē dn̄s Deus tuus elegerit, vt ibi inuocet nomen eius. Accedesq ad sacerdotē, q fuerit in diebus illis, ꝛ dices ad eū. Profiteor hodie corā dn̄o Deo tuo, q exaudiuit nos, ꝛ respexit humilitatē nr̄am, ꝛ laborez atq angustias: ꝛ eduxit nos de Ægypto in manu forti, ꝛ brachio extento, in ingenti pauore, in signis atq portentis: ꝛ introduxit ad locū istū, ꝛ tradidit nobis terrā lacte ꝛ melle manātem. Et idcirco nunc offero primitias frugū terrę, quaz dn̄s dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu dn̄i Dei tui. Et adorato dn̄o deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quę dn̄s Deus tuus dederit tibi. Alleluia. ℣. Dum complerentur dies Pentecostes, erāt omnes pariter sedentes. Oratio.

Act. 2.

PRęsta, qs, ops Deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab oībus etiā vitijs abstinētes, ꝓpitiationē tuā facilius impetremus. Per dominū.

Lectio libri Leuitici.

cap. 26 IN diebus illis. Dixit dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, ꝛ dices ad eos. Si i p̄ceptis meis ambulaueritis, ꝛ mādata mea custodieritis, ꝛ feceritis ea: dabo vobis pluuiā tēporib⁹ suis, ꝛ terra gignet germen suū: ꝛ pomis arbores replebuntur. Apprehēdet messiū tritura vindemiā, ꝛ vindemia occupabit sementem: ꝛ comedetis panē vestrū in saturitate: ꝛ absq pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacē in finib⁹ vestris: dormietis, ꝛ nō erit q exterreat. Auferā malas bestias: ꝛ gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: ꝛ corruent coraz vobis. Persequent quinq de vestris cētū alienos: ꝛ cētū de vobis decem millia: cadēt inimici vestri gladio i cōspectu vestro. Respiciā vos, ꝛ crescere faciā: multiplicabimini, ꝛ firmabo pactū meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū, ꝛ vetera nouis superueniētib⁹ proijcietis. Ponā tabernaculū meuz in medio vestri, ꝛ non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, ꝛ ero vester Deus, vosq eritis populus meus: dicit Dn̄s ops. Allelu. ℣. Ueni sācte spiritus, reple tuorum corda fidelium, ꝛ tui amoris in eis ignē accēde. Oremus. Orō.

PRęsta, quęsumus, omnipotens Deus, fac nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentib⁹ pariter ieiunemus. Per dominum.

Lectio Danielis prophetę.

IN diebus illis. Angelus dn̄i descēdit cū Azaria ꝛ socijs eius in fornacē: ꝛ excussit flāmā ignis de fornace: ꝛ fecit mediū fornacis quasi vētū roris flantē. Flāma autē diffusa est super fornacem, cubitis quadraginta nouē: ꝛ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis ministros regis, qui eā incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neqꝫ ꝯtristauit, nec qcq̄ molestię intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, ꝛ glorificabant, ꝛ bn̄dicebant Deuz in fornace, dicētes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine Deus patrū nostrorum, ꝛ laudabilis in sęcula. Finito versu dicitur Gloria in excelsis. Sequit. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oratio.

cap. 3.

Dan. 3

DEus, q trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: ꝯcede ꝓpiti⁹: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. Per dn̄m. Deinde pro Papa. Orō. Deus omnium, vel Ecclesię.

Lctō ep̄lę bti Pauli ap̄li ad Rom.

FRatres. Iustificati igit ex fide, pacē habeamus ad Deum per cap. 5.

Jesum Chr̄m dn̄z nostrū: p quem ꝛ accessum habemus per fidez in gratiam istam, in qua stamus, ꝛ gloriamur in spe glorię filiorum Dei. Non solum autē: sed ꝛ gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiā operatur: patientia autem probationē: ꝓbatio vero spem. Spes autē non ↄfundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

p̄s.116 Tract. L audate dominum omnes gentes: ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia ei⁹: ꝛ veritas domini manet in ęternū. Sequentia. Ueni sancte spiritus. vt sup. in Dn̄ica fine Allelu. in fine. Sequētia sancti euāgelij ſm Lucam.

cap. 4. In illo tp̄e: Surgens Jesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebat̄ magnis febribus: ꝛ rogauerunt illū pro ea. Et stās super illā, imperauit febri: ꝛ dimisit illā. Et ↄtinuo surgens, ministrabat illis. Cū sol autē occidisset, omnes q̄ habebant infirmos varijs languorib⁹, ducebāt illos ad Jesum. At ille singulis man⁹ imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis, clamantia ꝛ dicentia: Quia tu es filius Dei. Et increpās, nō sinebat ea loqui, q̄a sciebāt ipsum esse Chr̄m. Facta autē die, egressus ibat in desertū locū: ꝛ turbę requirebant eū, ꝛ venerunt vsq̄ ad ipsuz: ꝛ detinebāt illū, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ꝛ alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnuz Dei: q̄a ideo missus sum. Et erat p̄dicans in synagogis Galilęę. Credo.

p̄s.87. Offerto. Domine Deus salutis meę, in die clamaui, ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo dn̄e, all'a. Secreta.

Hęc accepta tibi sint dn̄e nostra ieiunia: pręsta nobis, quęsum⁹, huius munere sacramenti, purificatū tibi pectus offerre. Per dominū. Altera secr. Oblatis q̄sum⁹ dn̄e. vel Protege. folio 112. Communio.

Spiritus, vbi vult, spirat: ꝛ vocem eius audis, alleluia, alleluia: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alleluia. Joā. 3.

Postcommunio.

Prębeant nobis Domine diuinum tua sancta feruorem, quo eorum pariter ꝛ actu delectemur, ꝛ gustu. Per dominum nostrum. ꝛc. Altera Postcō. Hęc nos q̄sumus. vel Quęsumus dn̄e. vt sup. fol. 112.

IN FESTO Sanctę Trinitatis. Introitus.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscū misericordiaz suam. p̄s. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Orō. Thob. cap. 12 / p̄s. 8.

Omnipotēs sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriam agnoscere, ꝛ in potentia maiestatis adorare vnitatem: quęsumus: vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominum nostrum Jesum. ꝛc. Deinde fit cōmem. de Dn̄ica j. post Pentec. Orō. Deus in te sperantiū. vt inferius habetur in eius Missa.

Lectõ eplę btĩ Pauli apl'i ad Rom.

ca. 11. O Altitudo diuitiarum sapientię, & scientię Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum dñi? Aut quis cõsiliarius eius fuit? aut qs prior dedit illi, & retribuetur ei? Qm ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor, & gloria, in sęcula sęculorũ. Amé.

Dan. 3 Grad. Benedictus es domine, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim.

℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, & laudabilis in sęcula. Alleluia, alleluia.

℣. Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sęcula, alleluia.

Sequẽtia scti euang. sm Mattheũ.

ca. 28. In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quęcunq mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum vsq ad consummationem sęculi. Credo.

Offertorium. Benedictus sit Deus pater, vnigenitusque Dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

SAnctifica, quęsumus Domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: & per eam nosmetipsos tibi perfice munus ęternũ. Per do.

Pro cõmemoratione Dñicę. Secr. Hostias nostras. vt infra. fol. 124.

Pręfatio. Qui cũ vnige. 95. Cõm.

Tob. 11. Benedicimus Deum cęli, & corã omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcõm.

PRoficiat nobis ad salutez corporis & animę, dñe Deus noster, huius sacramẽti susceptio: & sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdemq indiuiduę vnitatis confessio. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Pro commemoratio. dominicę.

Postcommunio.

Tantis Domine. vt infra. fol. 125.

DOMINICA PRIMA post Pentecosten. Introitus.

DOmine, in tua misericordia speraui: exultauit cor meũ in salutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi. ps. Vsquequo domine obliuisceris me in finẽ? vsquequo auertis faciem tuam a me? ℣. Gloria pat. Orõ. ps. 12. ibidez.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: pręsta auxilium gratię tuę: vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

¶ Ab hac die, vsque ad Aduentum Domini exclusiue, in Missa tam de tempore, quam de sanctis eodem tẽpore occurrentibus, excepto nisi sit duplex, vel infra octa. Secunda oratio dicitur ad poscenda suffragia sanctorum, vt infra. Oratio.

A Cunctis nos, quęsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata, & gloriosa, semperq virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia vero oratio dicatur ad libitũ Sacerdotis.

Lectio epl'e beati Joannis apostoli.

1. ca. 4. Charissimi. De⁹ charitas ē. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: qm̄ filium suū vnigenitū misit Deus in mundū, vt viuam⁹ per euz. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerim⁹ Deū: sed qm̄ ipse prior dilexit nos, ⁊ misit filiū suū ꝓpitiationem p̄ pctis nr̄is. Charissimi: si Deus dilexit nos, ⁊ nos debem⁹ alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnquā. Si diligimus inuicē, De⁹ in nobis manet: ⁊ charitas ei⁹ in nobis pfecta est. In hoc cognoscimus, qm̄ ī eo manem⁹, ⁊ ipse in nobis: qm̄ de spū suo dedit nobis. Et nos vidim⁹, ⁊ testificamur: qm̄ p̄r misit filiū suū saluatorē mundi. Quisqs ꝯfessus fuerit, qm̄ Jesus est filius Dei: Deus in eo manet, ⁊ ipse in Deo. Et nos cognouim⁹, ⁊ credidimus charitati, quā habet Deus in nobis. De⁹ charitas est: ⁊ q manet in charitate, in Deo manet, ⁊ De⁹ ī eo. In hoc pfecta est charitas Dei nobiscū, vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij: quia sicut ille est, ⁊ nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est in charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorem: qm̄ timor panem habet. Qui aūt timet, non est pfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum: qm̄ Deus prior dilexit nos. Siqs dixerit qm̄ diligo Deū, ⁊ fratrem suū oderit: mēdax est. Quieniz nō diligit fratrē suum, quē videt: Deū quē nō videt, quomodo pōt diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo: vt qui diligit Deum, diligat ⁊ fratrem suum.

ps. 40. Graduale. Ego dixi, dn̄e, miserere mei: sana animam quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit super egenū, ⁊ pauperem: in die mala liberabit eū dn̄s. Alleluia,
ps. 5 alleluia. ℣. Uerba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Alleluia.

Sequentia sancti euang. sm̄ Lucam.



In illo tp̄e. Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut ⁊ Pr̄ vester misericors est. Nolite iudicare, ⁊ nō iudicabimini. Nolite cōdēnare, ⁊ nō ꝯdēnabimini. Dimittite, ⁊ dimittemini. Date, ⁊ dabitur vobis. Mensuram bonā, ⁊ cōfertā, ⁊ coagitatā, ⁊ supeffluentē dabunt in sinū vestrū. Eadem quippe mēsura, qua mēsi fueritis, remetief vobis. Dicebat autē illis ⁊ similitudinē. Nūquid potest cęcus cęcū ducere? Nōne ambo in foueā cadunt? Nō est discipulus super magistrū. Perfect⁹ aūt oīs erit, si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabē autē, quę in oculo tuo est, non cōsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciā festucam de oculo tuo, ipse trabē in oculo tuo non vidēs? Hipocryta, eijce primum trabem de oculo tuo: ⁊ tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui. Credo. cap. 6.

Offertorium. Intende voci orationis meę, rex meus, ⁊ Deus meus: quoniam ad te orabo, domine. ps. 5.

Secreta.

Hostias nostras, q̄s dn̄e, tibi dicatas placatus assume, ⁊ ad perpetuuz nobis tribue prouenire subsidium. Per do. Ad poscēda suffragia sanctorum. Oremus. Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutē, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis: gratiam tribuēs ī presenti, ⁊ gloriam in futuro.

Cōmu. Narrabo omnia mirabilia tua: ps. 9.

letabor

lętabor, τ exultabo in te: psallam nomini
tuo, altissime. Postcommunio.

TAntis dñe, repleti muneribus,
pręsta, quęsumus: vt τ salutaria
dona capiamus, τ a tua laude nũquã
cessemus. Per dominum nostrum.

Ad poscẽda suffragia sctõꝝ. Postcõ.

MUndet τ muniat nos, q̃s dñe, di-
uini sacramenti munus oblatũ:
τ intercedente beata virgine Dei ge-
nitrice Maria, cuz beatis Apostolis
tuis Petro τ Paulo, atq; beato N.
τ omnibus sanctis: a cũctis nos red-
dat τ peruersitatibus expiatos, τ ad-
uersitatibus expeditos. Per dñm.

IN SOLEMNITATE sacratissimi Corporis Christi.



Introitus.



ps. 80. CIbauit eos ex adipe frumẽ-
ti, allã: τ de petra melle sa-
turauit eos, allã, allã, allã.
Ibidez. ps. Exultate Deo adiu-
tori nostro: iubilate Deo
Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramẽto
mirabili, passionis tuę memo-
riaz reliquisti: tribue q̃s: ita nos corpo-
ris τ sanguinis tui sacra mysteria ve-
nerari: vt redẽptionis tuę fructum in
nobis iugiter sentiamus. Qui viuis
τ regnas cum Deo patre in vnitate.

Lectõ eplę bti Pauli apli ad Corin. j.ca. xj

FRatres. Ego enim accepi a do-
mino quod τ tradidi vobis: qm̃
dñs Jesus in qua nocte tradebatur,
accepit panẽ, τ gratias agens, fregit,
τ dixit. Accipite, τ manducate: Hoc
est corpus meum qđ pro vobis tra-
detur: Hoc facite in meã cõmemora-
tionẽ. Similiter τ calicez postquã cę-
nauit, dicens: Hic calix nouum testa-
mẽtum est in meo sanguine. Hoc fa-
cite, quotiescũq; bibetis, in meam cõ-
memorationem. Quotiescũq; enim
manducabitis panem hunc, τ calicẽ
bibetis: mortez Dñi annunciabitis:
donec veniat. Itaq; quicunq; man-
ducauerit panẽ, τ biberit calicez Dñi
indigne: reus erit corporis τ sangui-
nis Dñi. Probet autem seipsum ho-
mo: τ sic de pane illo edat, τ de calice
bibat. Qui enim manducat τ bibit
indigne: iudicium sibi manducat τ
bibit, nõ diiudicãs corpus Domini.

Grad. Oculi oĩum in te sperant dñe: τ tu ps. 144
das illis escam in tpe opportuno. ℣. Ape-
ris tu manũ tuã: τ imples omne animal be-
nedictione. Alleluia. ℣. Caro mea vere est Joã. 6.
cibus: τ sanguis meus vere est potus: q mã-
ducat meam carnem, τ bibit meum sangui-
nẽ, in me manet, τ ego in eo. Sequentia.

LAuda Sion Saluatorem, lau- S. Thomas Aquinas.
da ducem τ pastorem, in hym-
nis τ canticis.
Quantum potes, tantũ aude: quia
maior oĩ laude, nec laudare sufficis.
Laudis thema specialis, panis vi-
uus τ vitalis hodie proponitur.
Quez in sacrę mensa cęnę, turbę fra-
trũ duodenę, datum non ambigitur.
Sit laus plena, sit sonora, sit iucũda,

sit

sit decora, mentis iubilatio.
Dies enim solemnis agitur, in qua mensę primo recolit huius institutio.
In hac mensa noui regis, nouū pascha nouę legis, phase vet⁹ terminat.
Vetustatem nouitas, vmbraz fugat veritas, noctem lux eliminat.
Quod in cęna Chrs gessit, faciēduz hoc expressit, in sui memoriam.
Docti sacris institutis, panem vinuz in salutis consecramus hostiam.
Dogma datur Christianis, quod in carnē trāsit panis, τ vinū in sanguinē.
Quod nō capis, qđ nō vides, aiosa firmat fides, pręter rerum ordinem.
Sub diuersis speciebus, signis tantum, τ non rebus, latent res eximię.
Caro cibus, sanguis potus: manet Chrs tamen totus sub vtraqꝫ specie.
Asumente non concisus, non cōfractus, non diuisus: integer accipitur.
Sumit vnus, sumunt mille: quantuz isti, tātū ille: nec sumptus cōsumitur.
Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inęquali, vitę vel interitus.
Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis, quā sit dispar exitus.
Fracto demum sacramento, ne vacilles: sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.
Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur.
Ecce panis angelorum, factus cib⁹ viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus.
In figuris pręsignatur, cum Isaac immolatur, agnus Paschę deputatur: datur manna patribus.
Bone pastor, panis vere, Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuētiū.
Tu qui cuncta scis τ vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, cohęredes τ sodales fac sanctorum ciuium. Amen, Alleluia.

Sequentia sci euang. fm Ioannem.

In illo tpe: Dixit Iesus turbis Iudęoꝝ. Caro mea vere est cibus: τ sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnē, τ bibit meū sanguinē: in me manet, τ ego in illo. Sicut misit me viuēs pr̄, τ ego viuo ꝓpter patrem: τ q mādūcat me, τ ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis q de cęlo descendit. Non sicut māducauerunt patres vestri māna: τ mortui sunt. Qui māducat hūc panez, viuet in ęternum. Credo. cap. 6.

Offertorium.

Sacerdotes domini incensum τ panes offerunt Deo: τ ideo sancti erunt Deo suo, τ non polluent nomen eius, alla. Leuit. 21.

Secreta.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, vnitatis τ pacis ꝓpitius dona concede: quę sub oblatis muneribus mystice designantur. Per do.

Prefatio. Quia p incarnati. fol. 90. Et dicitur per totam octa.

Commu.

Quotiescūqꝫ māducabitis panē hūc, τ calicē bibetis, mortē dn̄i annūciabitis, donec veniat: itaqꝫ qcūqꝫ māducauerit panem, τ biberit calicē dn̄i indigne, reus erit corporis, τ sanguinis domini, alla. 1. Cor. 2.

Postcommu.

Fac nos, quęsumus domine, diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri: quam pręciosi corporis τ sanguinis tui, temporalis perceptio pręfigurat. Qui viuis, τ regnas.

¶ Infra octauā nō fit de aliquo sancto, nisi fuerit dup. In die octauę non fit nisi de festo S. Ioan. Baptistę, τ scoꝝ aploꝝ Petri τ Pauli, si occurrat: τ tunc fit de festo cū cōmemoratione octauę. Secunda Oratio infra octauā de sancta Maria. Concede. tertia. Ecclię. vel pro Papa. f. 112.

DO

DOMINICA SECVNDA post Pentec. quę est infra octauã Corporis Christi. Introitus.

ps.17. 
Factus est dominus protector meus: & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniã voluit me. ps.
ibidem. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

SAncti nominis tui domine timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio de octa. Corporis Christi tantum. Deus, qui nobis. vt supra. folio 125.

Lectio ep̃lę beati Ioannis apostoli.

1.ca.3. CHarissimi: Nolite mirari, si odit vos mũdus. Nos scimus, quoniam trãslati sumus de morte ad vitam, quoniaz diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam ęternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suã posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet i eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere, & veritate.

ps.119 Grad. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Domine, libera animã meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Alleluia, alleluia. ℣. Domine Deus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me, alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis, parabolaz hanc. Homo quidã fecit cęnam magnã, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis vt venirẽt: quia iam parata sunt omnia. Et cęperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villaz emi: & necesse habeo exire, & videre illã: rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit. Juga bouũ emi quinq;, & eo ꝓbare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorẽ duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hęc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, & cęcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias & sepes: & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorũ illorum qui vocati sunt, gustabit cęnam meam. Credo. Offertorium. cap.14

Domine conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. ps.6.

Secreta.

OBlatio nos, quęsumus domine, tuo nomini dicanda, purificet: & de die in diem ad cęlestis vitę transferat actionem. Per dominuz.

Communio. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. ps.12.

Postcommunio.

SVmptis muneribꝰ sacris, quęsumus domine: vt cum frequẽtatione mysterij, crescat nostrę salutis effectus. Per dominum nostrum.

DO-

DOMINICA TERTIA post Pentecosten. Introitus.

ps. 24. Espice in me, & miserere mei domine, quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea, Deus meus. ps. Ad te
ibidem. domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, & filio. &c. Oratio.

PRotector in te sperãtiũ Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuã: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus ęterna. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde A cunctis. vt supra. f. 124.

Tertia ad libitum.

Lectio Epl'ę beati Petri Apostoli.

j. Pet. 5. CHarissimi: Humiliamini sub potẽti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinẽ vestrã proijcientes in eũ: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquã leo rugiens, circuit quęrens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionem ei, quę in mũdo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratię, qui vocauit nos in ęternã suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, & imperium in sęcula sęculorum. Amen. Graduale.

ps. 54. Iacta cogitatum tuum in domino: & ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. Alleluia: alleluia.

ps. 7. ℣. Deus iustus, fortis, & patiens, numquid irascetur per singulos dies? Alleluia.

Sequentia sctĩ euãgelij sm̃ Lucam.

cap. 15 IN illo tp̃e. Erãt appropinquantes ad Jesum publicani, & peccatores, vt audirent illũ. Et murmurabant Pharisęi, & scribę, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istã, dicẽs. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniẽs domum, cõuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meã, quę perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cęlo super vno peccatore pęnitentiam agente, quam supra nonagintanouẽ iustis, qui non indigent pęnitentia. Aut quę mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmã vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quęrit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicẽs. Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam pdiderã. Ita, dico vobis, gaudiũ erit corã angelis Dei super vno peccatore pęnitentiã agẽte. Credo.

Offertorium. Sperent in te omnes, qui ps. 9.
nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quęrentes te: psallite domino, qui habitat in Sion: quoniam nõ est oblitus orationem pauperum. Secreta.

REspice, quęsumus domine, munera supplicantis ecclesię: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per domi.

Deĩde Exaudi nos De⁹. vt su. 124.

Communio. Dico vobis, gaudium est Lu. 15
angelis Dei super vno peccatore pęnitentiam

tiam agente. Postcommunio.

SAncta tua Domine nos sumpta viuificent: & misericordię sempiternę pręparent expiatos. Per. Deinde Mundet & mun. vt su. f. 125.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten. Introitus.

ps. 26. DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus defensor vitę meę: a quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. ps.
ibidem. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria patri, & filio.

Oratio.

DA nobis, quęsumus domine, vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione lętetur. Per dominum. Deinde. A cunctis nos. vt in j. Dominica. folio. 125.

Lctō eplę bti Pauli apli ad Rom.

cap. 8. FRatres: Existimo, quod non sunt condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed nosipsi primitias spiritus habētes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. In Chrō Jesu domino nrō.

ps. 78. Graduale. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas ęquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia. ps. 9.

Sequētia sancti euāgelij sm Lucam.

IN illo tpe. Cum turbę irruerēt in Jesum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autē descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quę erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturā. Et respōdens Simon, dixit illi. Pręceptor, per totam noctem laborātes, nihil cępimus: in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorū. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simō Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens. Exi a me, quia homo peccator sum, dñe. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quā cęperant. Similiter autem & Jacobum & Joannem filios Zebedęi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonē Jesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus, secuti sūt eū. Credo. cap. 5.

Offertorium. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum. ps. 12.

eum. Secreta.

Oblationibus nostris, quesumus domine, placare susceptis: et ad te nostras etiam rebelles cōpelle propitius voluntates. Per dñm. Exaudi. vt in j. Dñica. folio. 124.

ps. 17. Communio. Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus: adiutor meus. Postcommunio.

Mysteria nos, Domine, q̄s, sumpta purificent: et suo munere tueantur. Per. Deinde Mundet et muniat. vt in j. Dñica. folio. 125.

DOMINICA QVINTA post Pentecostem. Introitus.

ps. 26. Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris

ibidem. meus. ps. Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nr̄is tui amoris affectū: vt te in oībus, et sup omnia diligentes: promissiones tuas, que omne desiderium superant, consequamur. Per dñm. A cunctis nos. vt supra. folio. 124.

Lctō ep̄le beati Petri apostoli.

ca. 3. Charissimi: Omnes vnanimes in oratione estote, cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Non redentes malum pro malo: nec maledictū pro maledicto, sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionē hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos: coerceat linguam suam a malo, et labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, et faciat bonum: inquirat pacem, et sequatur eam. Quia oculi Domini super iustos: et aures eius in preces eorum: Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non cōturbemini. Dominū autem Jesum Chr̄m sanctificate in cordibus vr̄is.

Graduale. Protector noster aspice Deus, ps. 83.
et respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine in ps. 20
virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer, alleluia.

Sequētia sācti euāg. sm Mattheū.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi cap. 5.
abūdauerit iustitia vestra plusq̄ꝫ scribarum, et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides: qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: q͞a omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tūc veniens, offeres munus tuum. Credo.

Offertorium. Benedicam Dominum, ps. 15.
qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Secre.

Propitiare Dñe supplicationibus nr̄is: et has oblationes famulorum famularūq; tuarum benignus assume: vt quod singuli obtulerunt

runt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per dñm. Deinde. Exaudi nos. vt sup. f. 224.
Communio. Unaȝ petij a domino, hãc
ps. 26. requiram: vt in habitem in domo domini oibus diebus vitę meę. Postcõmun.

Uos Domine cęlesti dono saciasti: pręsta quęsumus: vt a nostris mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per dñm. Deinde Mũdet ⁊ mun. vt su. f. 125.

DOMINICA VI. post Pentec. Introitus.

ps. 27. Dominus fortitudo plebis sue: ⁊ protector salutarium Christi sui est: saluum fac populum tuum domine, ⁊ benedic hereditati tuę, ⁊ rege eos vsque in seculum. ps. Ad te domi
ibideȝ. ne clamabo: Deus meus ne sileas a me: ne quando taceas a me: ⁊ assimilabor descendentibus in lacũ. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimuȝ, insere pectorib⁹ nostris amorem tui nominis: ⁊ pr̃sta in nobis religionis augmentũ: vt q̃ sunt bona nutrias: ac pietatis studio, q̃ sunt nutrita, custodias. Per. Secunda oratio. A cunctis nos. vt supra. fol. 124. Tertia ad libitum. Lectõ eplẽ btĩ Pauli aplĩ ad Rom.

cap. 6. Fratres: Quicũqȝ baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus, Consepulti enim sumus cũ illo per baptismuȝ in mortẽ: vt quomodo surrexit Chr̃s a mortuis per gloriam patris, ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si eniȝ complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est pctõ, mortuus est semel: quod autẽ viuit, viuit Deo. Ita ⁊ vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem Deo, in Chr̃o Jesu dñol nr̃o.
Graduale. Conuertere domine aliquantulum: ⁊ deprecare super seruos tuos. ps. 83
Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. Alleluia, alleluia. ℣. In te domine speraui, non con- ps. 30.
fundar in ęternum: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera vt eripias me, alleluia.
Sequẽtis sancti euãg. sm Marcuȝ. cap. 8.

In illo tpe. Cũ turba multa esset cum Jesu, nec haberent qđ manducarent: conuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor super turbã: quia ecce iã triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et p̃cepit turbę discumbere super terraȝ. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, ⁊ dabat discipulis suis, vt apponerent, ⁊ apposuerũt turbę. Et habebant pisciculos paucos: ⁊ ipsos benedixit, ⁊ iussit apponi. Et mãducauerunt, ⁊ saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmẽtis,

ris, septem sportas. Erant autem qui mãducauerãt, quasi quatuor millia: et dimisit eos. Credo.

Ps. 16. Offertorium. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, domine. Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta quesumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nost.

Alia secr. Exaudi nos. vt sup. f. 124.

Ps. 26 Cõmunio. Circuibo, et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, et psalmum dicam dño. Postcõmun.

Repleti sumus domine muneribus tuis: tribue quesumus: vt eorum mundemur effectu, et muniamur auxilio. Per dominum nostrũ.

Alia Postcõm. Mundet. fol. 124.

DOMINICA VII. post Pentec. Introitus.

Ps. 46. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Ps.

ibidem. Quoniam dominus excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas, et omnia nobis profutura concedas. Per dominum nostrum.

Alie orationes vt supra. folio. 124.

cap. 6. Lcõ eplẽ bti Pauli apli ad Roma.

Fratres: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie, et iniquitati ad iniquitatem: ita et nũc exhibete mẽbra vestra seruire iustitie, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita eterna. In Christo Jesu domino nostro. Graduale. Ps. 33.

Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestre non confundentur.

Alleluia, alleluia. ℣. Omnes gentes Ps. 46. plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis, alleluia.

Sequẽtia sancti euãg. sm Mattheũ.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Attendite a falsis cap. 7. prophetis, qui veniunt ad vos ĩ vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine, dñe, intrabit in regnum celorũ: sed qui facit volũtatẽ patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Credo. Dan. 3.

Offertorium. Sicut in holocaustis arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum,

a strum in conspectu tuo, hodie, vt placeat tibi: quia non est confusio confidentibus in te, domine. Secreta.

DEus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt qđ singuli obtulerunt ad maiestatis tuę honorē, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostrū.

Alię secretę, vt supra. folio 124.

ps. 30. Communio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas me. Postcommunio.

TUa nos dñe medicinalis operatio, & a nostris peruersitatib⁹ clementer expediat, & ad ea quę sunt recta, perducat. Per dominū nostrū.

Alię postcommuniones, vt su. f. 124.

DOMINICA OCTAVA post Pentec. Introitus.



ps. 47. SUscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę: iustitia plena est

ibidē. dextera tua. ps. Magnus dñs, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

LArgire nobis, quęsumus domine, semper spiritum cogitandi quę recta sunt propitius & agēdi: vt, qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per dñm.

Deinde A cunctis. vt sup. fol. 124.

Lctō eplę btī Pauli apłi ad Rom.

cap. 8. FRatres: Debitores sumus: nō carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunque enim spiritu Dei agunť: hi filij Dei sunt. Nō enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filioꝝ, in quo clamamus. Abba, pater. Ipse eniꝫ spūs testimoniū reddit spiritui nostro, ꝙ sumus filij Dei. Si aūt filij: & hęredes. Hęredes qdeꝫ Dei: cohęredes autem Christi.

Graduale. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias. ps. 30.

℣. Deus, in te speraui: domine non cōfundar in ęternum. Alleluia, alla. ℣. Magnus dominus, & laudabilis valde: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, alleluia. ps. 47.

Sequentia sancti euāgelij sm̄ Lucā.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolaꝫ hanc. Homo quidā erat diues, q̄ habebat villicū: & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illuꝫ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tuę: iam enim non poteris villicare. Ait auteꝫ villicus intra se. Quid faciā, quia dñs meus aufert a me villicationē? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciā: vt cū amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaq̄ singulis debitorib⁹ dñi sui, dicebat primo. Quantum debes dño meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq̄ illi. Accipe cautionem tuam: & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dñs villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudētiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiāt vos in ęterna tabernacula. Credo. cap. 16

ps. 17. Offertorium. Populum humilem saluū facies domine, ꝛ oculos superborum humiliabis: quoniā quis Deus pręter te, domine?

Secreta.

Suscipe, q̄s dñe, munera, quę tibi de tua largitate deferimus: vt hęc sacrosancta mysteria, gratię tuę operāte virtute, ꝛ pręsentis vitę nos conseruatione sanctificēt, ꝛ ad gaudia sempiterna perducāt. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Deinde Exaudi nos. vt sup. fo. 124.

ps. 33. Communio. Gustate, ꝛ videte, quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Postcommuniō.

Sit nobis dñe reparatio mentis ꝛ corporis cęlestę mysteriuꝫ: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

Deinde Mundet ꝛ mun. vt su. 125.

DOMINICA IX. post Pentec. Introitus.

ps. 53. Ecce Deus adiuuat me: ꝛ dominus susceptor est animę meę: auerte mala inimicis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos, protector meꝰ

ibideꝫ. domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: ꝛ in virtute tua libera me. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.

Pateant aures misericordię tuę dñe precibus supplicantium: ꝛ vt petentibus desiderata concedas: fac eos quę tibi sunt: placita postulare. Per dominum nostrum. ꝛc.

Secunda oīo. A cunctis. 124.

Lectio epł'ę btī Pauli apłī ad Cor.

ca. 10. Fratres: Non simus concupiscētes maloꝝ, sicut ꝛ illi ꝯcupierūt. Neqꝫ idololatrę efficiamini, sicut qdā ex ipsis: quemadmodū scriptum est. Sedit populus manducare ꝛ bibere, ꝛ surrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, ꝛ ceciderunt vna die vigintitria millia. Neqꝫ tētemus Christum: sicut quidā eorum tentauerunt ꝛ a serpentibus perierūt. Neqꝫ murmuraueritis: sicut quidam eorū murmurauerunt, ꝛ perierūt ab exterminatore. Hęc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionē nostraꝫ, in quos fines seculorū deuenerūt. Itaqꝫ qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentū, vt possitis sustinere.

Graduale Domine dominus noster, quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? ps. 8. ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cęlos. ps. 17. Alleluia, all'. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus, ꝛ ab insurgentibus in me libera me. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tpe: Cū appropinquaret Jesus Jerusalē, videns ciuitatē, fleuit super illā dicens. Quia si cognouisses ꝛ tu. Et qdē in hac die tua, quę ad pacē tibi. Nunc autē absc̄ōdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ꝛ circundabunt te inimici tui vallo: ꝛ circūdabunt te, ꝛ coangustabūt te vndiqꝫ: ꝛ ad terrā ꝓsternēt te, ꝛ filios tuos q in te sunt: ꝛ nō relinquent in te lapidē super lapidē: eo q non cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum cepit eijcere vendentes in illo, ꝛ ementes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Uos autē fecistis illā speluncā latronū. Et erat docens quotidie in templo. ca. 19. Credo.

Offert.

18. Offertorium. Iustitię Domini rectę, lętificantes corda, & iudicia eius dulciora super mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea.

Secreta.

Concede nobis, quęsumus domine, hęc digne frequentare mysteria: quia quoties huius hostię commemoratio celebratur, opus nostrę redemptionis exercetur. Per d.

Scda sec. Exaudi nos. vt sup. f. 124.

ioã. 6. Communio. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinez, in me manet, & ego in eo, dicit dominus. Postcommu.

Tui nobis, quęsumus dñe, communio sacramenti & purificationē ꝯferat, & tribuat vnitatē. Per dominum. Secunda postcõmunio. Mundet, & mun. vt supra. folio. 125.

DOMINICA DECIMA post Pentecosten. Introitus.

ps. 54. Dum clamarez ad dominũ, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi: & humiliauit eos qui est ante sęcula, & manet in ęternum: iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet.

ibidez. ps. Exaudi Deus orationez meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri, & filio.

Oratio.

Deus, qui omnipotentiam tuaz parcendo maxime, & miserando manifestas: multiplica super nos gratiã tuã: vt, ad tua promissa currentes, cęlestium bonorum facias esse cõsortes. Per dominum nostrum.

Alia oratio. A cunctis nos. fol. 124.

Lectõ epłę btĩ Pauli apłi ad Corin.

2. cor. 12. Fratres: Scitis quoniam cum gẽtes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notũ vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominꝰ Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autez spiritus. Et diuisiones ministrationũ sunt: idem autem dñs. Et diuisiones operationum sunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqꝫ autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatẽ. Alij quidẽ per spiritũ datur sermo sapientię: alij autẽ sermo sciẽtię, secundũ eũdẽ spiritum. Alteri fides in eodẽ spiritu: alij gr̃a sanitatũ in vno spũ: alij operatio virtutũ: alij, ꝓphetia: alij discretio spirituũ: alij genera linguarũ: alij interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

Graduale. Custodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem. ps. 16

Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Alleluia. ps. 16.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucaz.

In illo tpe: Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cęteros, parabolam istã. Duo homines ascẽderunt in templum vt orarent: vnus Pharisęus, & alter Publicanus. Pharisęus stans, hęc apud se orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non sum sicut cęteri hominũ: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanꝰ. Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium quę possideo. Et Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad cęlũ leuare: sed percutiebat pectꝰ suũ, dicens. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis: descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo, ca. 18.

Quia omnis q se exaltat humiliabit, 7 q se humiliat exaltabitur. Credo.
ps. 24. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nõ erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicata reddãtur: quę sic ad honorẽ nominis tui deferenda tribuisti: vt eadẽ remedia fieri nostra pręstares. Per dñm. Alia secreta. Exaudi. vt su. fol. 124.
ps. 50. Communio. Acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, 7 holocausta, super altare tuum, domine. Postcommunio.

Quęsumus dñe Deus noster: vt quos diuinis reparare nõ desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxilijs. Per. Postcõ. Mundet, 7 muniat. vt sup. fol. 125.

DOMINICA XI. post Pentec. Introitus.

ps. 67. Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutem 7 fortitudi-
ps. 87. nem plebi suę. ps. Exurgat Deus, 7 dissipentur inimici eius: 7 fugiant qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri, 7 filio. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus: qui abundantia pietatis tuę, 7 merita supplicuz excedis, 7 vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas quę conscientia metuit, 7 adijcias quod oratio non pręsumit. Per dominum nostrum Jesum. 7c. Alię orationes vt supra. folio 124.

Lectõ eplę btĩ Pauli aplĩ ad Corin.

1. cap. 15. Fratres. Notum vobis facio euangeliũ, quod prędicaui vobis, qđ 7 accepistis, in quo 7 statis, per quod 7 saluamini: qua ratione prędicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod 7 accepi: quoniaz Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: 7 quia sepultus est: 7 quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: 7 quia visus est Cephę: 7 post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingẽtis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autez dormierunt. Deinde visus est Jacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium, tanquam abortiuo, visus est 7 mihi. Ego enim sum minimus Apostoloruz: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei. Gratia autez Dei, sum id quod sum: 7 gratia eius in me vacua non fuit.

Graduale. In Deo sperauit cor meum, ps. 27.
7 adiutus sum: 7 refloruit caro mea: 7 ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: Deus meus ne sileas: ne discedas a me. Alleluia, alleluia.
℣. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate ps. 80.
Deo Jacob: sumite psalmum iucundum cũ cithara, alleluia.

Sequentia scti euãg. sm Marcum.

In illo tpe: Exiens Jesus de fini cap. 7.
bus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilęę, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surduz 7 mutũ: 7 deprecabantur eum, vt imponat illi manũ. Et apprehendẽs euz de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: 7 expuens, tetigit linguam eius. Et suspiciens in cęluz, ingemuit: 7 ait illi. Epheta, quod est, adaperire. Et statim apertę sunt aures eius, 7 solutum est vinculum linguę eius, 7 loquebatur recte. Et pręcepit illis, ne cui dicerent. Quanto

autem

autem eis precipiebat, tanto magis plus pdicabāt: ⁊ eo amplius admirabant dicentes. Bene oīa fecit: ⁊ surdos fecit audire, ⁊ mutos loq. Credo

ps. 27. Offertorium. Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te, ⁊ sanasti me.

Secreta.

Respice, domine, quesumus, ad nostram propitius seruitutem: vt qđ offerimus, sit tibi munus acceptū, ⁊ sit nostre fragilitatis subsidiū. Per dñm. Alię secr. vt su. fol. 124.

Communio. Honora Dominū de tua substantia, ⁊ de primitijs frugū tuarum: ⁊ implebuntur aree tue saturitate, ⁊ vino torcularia redundabunt. Postcommunio.

Sentiamus, qs Dñe, tui perceptione sacramenti, subsidiū mētis ⁊ corporis: vt in vtroqꝫ saluati, celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm. Alię postcomunio. vt sup.

DOMINICA XII. post Pentecosten. Introitus.

ps. 69. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: confundantur ⁊ reuereantur inimici mei, qui querunt animam meam. ps. Auertantur retrorsum ⁊ erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Omnips, ⁊ misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quesumus: vt ad promissiones tuas, sine offensione curramus. Per dominum nostrum.

A cunctis. vt in j. Dominica.

Lcō eplē bti Pauli apłi ad Corint.

Fratres: Fiduciam talem habemus per Christū ad Deū: non qꝫ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui ⁊ idoneos nō fecit ministros noui testamēti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spiritꝰ autē viuificat. Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt nō possent intendere filij Israel in faciē Moysi, propter gloriam vultus eius, que euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitie in gloria.

Graduale. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ps. 33.

℟. In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, ⁊ letētur. Alleluia, alleluia. ps 87.

℣. Domine Deus salutis mee, in die clamaui, ⁊ nocte coram te. Alleluia.

Sequētia sancti euāgelij sm Lucā.

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Beati oculi, qui vident que vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis, ⁊ non viderunt: ⁊ audire que auditis, ⁊ non audierunt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit tentans illum, ⁊ dicens. Magister, quid faciendo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex omnibs viribus tuis, ⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximum tuum sicut teipsum. Dixitqꝫ illi. Recte respondisti: hoc fac, ⁊ viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Jesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Jesus, dixit. Homo quidam descendebat ab Jeru- ca. 10.

salem in Jerico, ⁊ incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: ⁊ plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autem, vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: ⁊ viso illo preterijt. Similiter ⁊ Leuita, cum esset secus locum, ⁊ videret eũ, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: ⁊ videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum ⁊ vinũ: ⁊ imponens illum in iumentũ suum, duxit in stabulum, ⁊ curam eius egit. Et altera die, ptulit duos denarios, ⁊ dedit stabulario, ⁊ ait: Curam illius habe: ⁊ quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus. Uade, ⁊ tu fac similiter. Credo.

Ex. 32. Offertorium. Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, ⁊ dixit: quare domine irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento Abraham, Isaac, ⁊ Jacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac ⁊ mel: ⁊ placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

Secreta.

Hostias, q̃s dñe, ppitius intende, quas sacris altarib⁹ exhibem⁹: vt nobis indulgentiaz largiendo, tuo nomini dent honorez: Per dominũ.

Secunda Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, ⁊ gloriam in futuro.

ps. 103 Communio. De fructu operum tuorũ domine satiabitur terra: vt educas panem de terra, ⁊ vinum letificet cor hominis: vt exilaret faciem in oleo, ⁊ panis cor hominis confirmet.

Postcommunio.

Uiuificet nos, quesumus domine, huius participatio sancta mysterij: ⁊ pariter nobis expiationẽ tribuat, ⁊ munimen. Per dominũ.

Secunda Postcommunio.

Mundet ⁊ muniat nos, q̃s dñe, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente btã virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq3 btõ N. ⁊ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Per dñz.

DOMINICA XIII. post Pentecosten. Introitus.

Respice domine in testamentum tuum, ⁊ animas pauperum tuoruz ne derelinquas in finem: exurge domine, ⁊ iudica causam tuam: ⁊ ne obliuiscaris voces querentium te. Ps. Ut quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue: ℣. Gloria. ps. 73

Oratio.

Omnips sempiterne De⁹: da nobis fidei, spei, ⁊ charitatis augmentũ: ⁊ vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod preci pis. Per dominum.

Alie orones, vt in j. Dñica. fol. 124.

Lcõ eplẽ bti Pauli aplĩ ad Galatas cap. 3.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones, ⁊ semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentũ confirmatũ a Deo, que post quadringentos ⁊ triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex

lege hereditas, iam nõ ex promissio-
ne. Abrahę autem per repromissio-
nẽ donauit Deus. Quid igitur lex?
Propter transgressionem posita est,
donec veniret semen cui promiserat:
ordinata per angelos in manu me-
diatoris. Mediator autẽ vnius non
est: Deus aũt vnus est. Lex ergo ad-
uersus pmissa Dei? Absit. Si enim
data esset lex, q̃ posset viuificare: vere
ex lege esset iustitia. Sed conclusit scri
ptura, omnia sub peccato, vt pmissio
ex fide Jesu Christi daret credẽtib⁹.
Ps. 73. Graduale. Respice domine in testamen
tum tuum: ꝛ animas pauperum tuorum ne
obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, ꝛ
iudica causam tuam: memor esto opprobrij
seruorum tuorum. Alleluia, alleluia.
Ps. 89. ℣. Domine refugium factus es nobis a ge
neratione in generationem, alleluia.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.

Ca. 17. In illo tempore. Dum iret Je-
sus in Jerusalem, transibat per
mediam Samariam ꝛ Galilęam. Et
cum ingrederetur quoddam castel-
lum, occurrerunt ei decem viri lepro
si. Qui steterunt a longe, ꝛ leuaue-
runt vocem, dicentes. Jesu pręceptor,
miserere nostri. Quos vt vidit, dixit.
Jte, ostendite vos sacerdotib⁹. Et fa
ctum est: dũ irent mundati sunt. Vnus
autẽ ex illis, vt vidit qa mũdatus est,
regressus est cum magna voce ma-
gnificans Deum: ꝛ cecidit in faciẽ an
te pedes eius, gratias agens. Et hic
erat Samaritanus. Rñdens autem
Jesus dixit. Nonne decem mundati
sunt, ꝛ nouẽ vbi sunt? Nõ est inuẽtus
qui rediret, ꝛ daret gloriam Deo, nisi
hic alienigena. Et ait illi. Surge, va-
de: qa fides tua te saluũ fecit. Credo
Ps. 30. Offertorium. In te speraui Domine: di
xi, tu es Deus meus: in manibus tuis tem-
pora mea. Secreta.

Propitiare, q̃s dñe, ppl̃o tuo͛, p
pitiare muneribus: vt hac obla
tione placatus, ꝛ indulgentiã nobis
tribuas, ꝛ postulata ꝯcedas. Per d.
Alię secretę, vt in j. Dominica. 124.
Cõmunio. Panem de cęlo dedisti nobis
domine, habentem omne delectamentum,
ꝛ omnẽ saporem suauitatis. Postcõmu.

Sumptis dñe cęlestib⁹ sacramẽ
tis, ad redẽptionis ęternę, q̃su-
mus, proficiamus augmentũ. Per.
Alię postcõ. vt in j. Dñica. fol. 124.

DOMINICA XIIII. post Pentec. Introitus.

Protector noster aspice de
us, ꝛ respice in faciem Chri
sti tui: quia melior est dies
vna in atrijs tuis super mil-
lia. Ps. Quam dilecta ta- Ps. 83.
bernacula tua domine virtutum? concupi-
scit, ꝛ deficit anima mea in atria Domini.
℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Custodi, quęsumus domine, ec
clesiam tuã propitiatione per-
petua: ꝛ quia sine te labitur humana
mortalitas, tuis semper auxilijs ꝛ
abstrahatur a noxijs, ꝛ ad salutaria
dirigatur. Per dominum nostrum.
Deinde A cũctis. vt in j. dñica. 124
Lctõ epl̃ę beati Pauli apl̃i ad Gal.

Fratres: Spiritu ambulate, ꝛ cap. 5.
desideria carnis non perficie-
tis. Caro enim concupiscit aduersus
spiritum: spiritus autem aduersus
carnem. Hęc enim sibi inuicem ad-
uersantur, vt nõ quęcũq; vultis, illa
faciatis. Qd̃ si spiritu ducimini: non
estis sub lege. Manifesta autem sunt
opera carnis, quę sunt fornicatio, im
munditia, impudicitia, luxuria, ido-
lorum seruitus, veneficia, inimicitię,
contentiones, ęmulationes, irę, rixę,

dissensiones, sectę, inuidię, homicidia,
ebrietates, comessationes, τ his simi
lia. Quę prędico vobis, sicut prędi-
xi: quoniam qui talia agunt, regnum
Dei non consequentur. Fructus au-
tem spiritus est, charitas, gaudium,
pax, patiētia, longanimitas, bonitas,
benignitas, mansuetudo, fides, mo-
destia, continentia, castitas. Aduer-
sus huiusmodi non est lex. Qui autē
sunt Christi, carnem suam crucifixe-
runt cum vitijs, τ concupiscentijs.
ps. 117 Graduale. Bonum est confidere in domi
no, quam confidere in homine. ℣. Bonū
est sperare in domino, quam sperare in prin
ps. 94. cipibus. Alleluia, alleluia. ℣. Veni-
te, exultemus domino: iubilemus Deo salu
tari nostro, alleluia.
ca. 6. Sequētia sācti euāg. sm Mattheū.
In illo tpe. Dixit Jesus discipu
lis suis. Nemo potest duobus
dominis seruire. Aut enim vnum
odio habebit, τ alterum diliget: aut
vnum sustinebit, τ alterū contemnet.
Non potestis Deo seruire, τ mam-
monę. Ideo dico vobis: ne soliciti si-
tis animę vestrę quid manducetis,
neq corpori vestro quid induamini.
Nonne anima plus est, quam esca? τ
corpus plus, quam vestimentum?
Respicite volatilia cęli, quoniam non
serunt, neq metunt, neque congre-
gant in horrea: τ pater vester cęlestis
pascit illa. Nonne vos magis pluris
estis illis? Quis autem vestrū cogi
tans, potest adijcere ad staturam suā
cubitum vnum? Et de vestimento
quid soliciti estis? Cōsiderate lilia agri
quomodo crescunt: non laborant,
neque nent. Dico autem vobis, qm
nec Salomon in omni gloria sua co-
opertus est sicut vnū ex istis. Si au
tem fenum agri, quod hodie est, τ
cras in clibanum mittitur, Deus sic
vestit: quanto magis vos modicę fi-
dei? Nolite ergo soliciti esse, dicētes:
Quid manducabimus? aut quid bi-
bemus? aut quo operiemur? Hęc
enim omnia gentes inquirunt. Scit
enim pater vester cęlestis, quia his
omnib⁹ indigetis. Quęrite ergo pri-
mum regnum Dei, τ iustitiā eius: τ
hęc oia adijcientur vobis. Credo.
Offertorium. Immittit angelus domini i ps. 33.
circuitu timentium eum, τ eripiet eos: gusta
te, τ videte, qm suauis est dñs. Secreta.
Concede nobis, q̄s dñe: vt hęc
hostia salutaris τ nostrorum
fiat purgatio delictorum, τ tuę pro-
pitiatio potestatis. Per dominum.
Deinde. Exaudi. vt ij. Dñica. 124.
Communio. Primum quęrite regnum mat. 6.
Dei: τ omnia adijcientur vobis, dicit domi-
nus. Postcommunio.
Purificent semper, τ muniant tua
sacramenta nos Deus: τ ad pe-
petuę ducant saluationis effectum.
Per dñm. Deinde Mundet, τ mu.
vt in prima Dominica. folio. 125.

DOMINICA XV.
post Pentec. Introitus.

Inclina domine aurem tu- ps. 85.
am ad me, τ exaudi me: sa
luum fac seruum tuum De
us meus sperantem in te:
miserere mihi domine, quo
niam ad te clamaui tota die. ps. Lętifica
animam serui tui: quia ad te Domine animā
meam leuaui. ℣. Gloria patri, τ filio, τ spūi.
Oratio.
Ecclesiam tuam domine misera
tio continuata mundet τ mu-
niat: τ quia sine te non potest salua
consistere, tuo semper munere gu-
bernetur. Per domi. Deinde orō.
A cunctis. vt in j. Dominica.

Lctõ epl'e bti Pauli apl'i ad Galat.

cap. 5. 7. 6. FRatres. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi: inuicē prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legē Chri. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq;: & sic, in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quę enim seminauerit homo, hęc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam ęternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime aūt ad domesticos fidei.

ps. 91. Graduale. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo, altissime.

℣. Ad annunciandum mane misericordiā tuam, & veritatem tuam per noctem.

Alleluia, alleluia. ℣. Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram, alleluia.

Sequētia sancti euāgelij sm Lucā.

cap. 7 IN illo tempore. Ibat Jesus in ciuitatem quę vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portę ciuitatis: ecce, defunctus efferebatur filius vnicus matri suę, & hęc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dñs, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illū matri suę. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & qa Deus visitauit plebem suā. Credo.

Offertorium. Expectans expectaui dominum, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meā: & immisit in os meum canticū nouum, hymnum Deo nostro. ps. 39.

Secreta.

TUa nos domine sacramenta custodiant: & contra diabolicos semper tueant' incursus. Per dñm.

Deinde. Exaudi nos Deus. f. 124.

Commu. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sęculi vita. Joā. 6

Postcommun.

MEntes nostras & corpora possideat, quęsumus domine, doni cęlestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed eius iugiter pręueniat effectus. Per dominum nostrū.

Deinde. Gaudet, vt in j. Dñica. 125

DOMINICA XVI.
post Pentecosten. Introitus.

MIserere mei domine, quoniā ad te clamaui tota die: quia tu domine suauis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. ps. 85. Ps. Inclina domine aurem tuā mihi, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. ℣. Gloria patri, & filio, & spūi.

Oratio.

TUa nos, quęsumus Domine, gratia semper pręueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter

pręstet

prestet esse intentos. Per dominum.
Alia oio. A cũctis vt i j. Dñica. 224
Lctó eplẽ btĩ Pauli apli ad Ephe.
Fratres: Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quę est gloria vestra. Huius rei grã, flecto genua mea ad patrem dñi nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis ⁊ in terra nominatur: vt det vobis secundũ diuitias glorię suę, virtutẽ, corroborari per spiritũ eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati ⁊ fundati, vt possitis cõprehendere cũ omnibus sanctis, quę sit latitudo, longitudo, sublimitas, ⁊ profundũ: scire etiam supereminentez scientię charitatẽ Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem, quę operatur ĩ nobis: ipsi gloria in ecclesia, ⁊ in Christo Jesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen. Graduale.
ps. 101 Timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam.
℣. Quoniam ędificauit Dominus Sion: ⁊ videbit in maiestate sua. Alleluia alleluia.
ps. 97. ℣. Cantate domino canticum nouum: qa mirabilia fecit dominus. Alleluia.
Sequẽtia sancti euãgelij ẜm Lucam.
ca. 14. In illo tpe. Cum intraret Jesus in domũ cuiusdã principis pharise℞ sabbatho manducare panẽ: ⁊ ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hidropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos. Si licet sabbatho curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: ⁊ non continuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterant ad hęc respondere illi. Dicebat autez ⁊ ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: ⁊ veniẽs is, qui te ⁊ illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: ⁊ tunc incipias cum rubore nouissimum locuz tenere. Sed cum vocatus fueris, vade ⁊ recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: ⁊ qui se humiliat, exaltabitur. Credo.
Offertorium. Domine in auxiliũ meum respice: confundantur, ⁊ reuereãtur qui quęrunt animam meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. Secreta. ps. 70
Munda nos, quęsumus dñe, sacrificij pręsentis effectu, ⁊ perfice miseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. per. Alia secre.
Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in pręsenti, ⁊ gloriam in futuro.
Communio. Domine, memorabor iustitię tuę solius: Deus docuisti me a iuuẽtute mea, ⁊ vsque in senectam ⁊ senium, Deus ne derelinquas me. Postcommunio.
Purifica, q̃sumus domine, mentes nostras benignus, ⁊ renoua cęlestibus sacramentis: vt consequenter animarum ⁊ corporum pręsens pariter ⁊ futurum capiamus auxiliũ. Per dominum. Alia postcõmunio.

Muniat nos, quesumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque btõ N. et oibus sctis: a cũctis nos reddat et puersitatib⁹ expiatos, et aduersitatibus expeditos. Per dñm.

DOMINICA XVII. post Pentecosten. Introitus.

Iustus es domine, et rectum iudicium tuum: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. Ps. Beati im-
ps. 118 maculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, et filio.

Oratio.

Da, quesumus dñe, populo tuo diabolica vitare ꝯtagia: et te solum Deũ pura mente sectari. Per.

Alię orationes, vt in j. Dñica. 124.

Lectõ eplę bti Pauli apli ad Ephe.

cap. 4. Fratres: Obsecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cũ omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus dominus, vna fides, vnum baptisma. Unus Deus et pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Gradu.

Ps. 32. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum: populus, quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Verbo Domini cęli firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus
Ps. 101 eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te perueniat, alleluia.

Sequẽtia sãcti euãg. bm Matthęũ.

In illo tpe: Accesserunt ad Jesum pharisei: et interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor, tentans eũ. ca. 22.
Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus. Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua. Hoc est maximum, et primũ mandatum. Secũdũ autẽ simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, et prophete. Congregatis autem phariseis, interrogauit eos Jesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicũt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dñm: quomodo filius eius est? Et nemo poterat rñdere ei ℣bũ: neque ausus fuit qsq̃ ex illa die eũ amplius interrogare. Credo. Offerto.

Oraui dominum Deum meum ego Daniel, dicens: Exaudi domine preces serui tui, illumina faciez tuam sup sanctuariũ tuũ: et propitius intende populũ istum, sup quem inuocatum est nomẽ tuum, Deus. Secre. Dan. 9

Maiestatẽ tuã dñe suppliciter deꝑcamur: vt hec sctã q̃ gerim⁹, et a ꝑteritis dlictis nos exuãt, et futuris. Per. Alię secr. vt in j. Dñica. f. 124.

Cõm. Vouete, et reddite dño deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera: terribili, et ei qui aufert spm̃ principum, terribili apud oẽs reges terrę. Postcõmu. Ps. 75.

Sanctificationib⁹ tuis ops de⁹, et vitia nr̃a curentur, et remedia nobis ęterna proueniãt. Per dñm.

Alię Postcõ. vt in j. Dñica. fol. 125.

FERIA QVARTA
Quatuor tpoꝝ mēsis Septēb.
Statio ad S. Mariā maiorē. Intr.

ps. 80. Exultate Deo auditori nostro, iubilate Deo Jacob: sumite psalmum iucundum cum cithara: canite initium mensis tuba, quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Jacob. ps. Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguam quā nō nouerat, audiuit. ℣. Gloria patri & filio. Dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Misericordię tuę remedijs, q̄s domine, fragilitas nostra subsistat: vt, quę sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominū.

Lectio Amos prophetę.

Hæc dicit dn̄s Deus. Ecce dies veniunt: & comprehendet arator messorē, & calcator vuę mittentē semen: & stillabunt mōtes dulcedinē, & omnes colles culti erūt. Et conuertā captiuitatē populi mei Israel: & ędificabūt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum eaꝝ: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltra de terra sua, quam dedi eis: dicit dominus omnipotens. Gradu.

ps. 112 Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cęlo & in terra? ℣. Suscitans a terra inopem: & de stercore erigens pauperem. Hic dicitur. Dn̄s vobiscū. sine Flecta. gen. Orō.

Præsta, q̄s dn̄e, familię tuę supplicāti: vt dū a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs quoq; mēte ieiunet. Per. Alia orō dr. A cūctis, vt f. 124.

Tertia dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio libri Esdrę.

Nehē. vel esd j. cap. 8 In diebus illis: Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam quę est ante portā aquarum: & dixerunt Esdrę scribę, vt afferret librum legis Moysi, quam præceperat dn̄s Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legē corā multitudine viroꝝ ac mulierum, cunctisq; qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte ī platea quę erat ante portam aquarū, de mane vsq; ad mediam diē, in conspectu viroꝝ ac mulierū, & sapientium: Et aures omnis populi erant erectę ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradū ligneum, quem fecerat ad loquendū: & steterunt leuitę iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras dn̄o Deo voce magna. Et respondit omnis populus. Amē amē: eleuans manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerunt Deum proni in terram. Porro leuitę silentium faciebant in populo ad audiendā legem: populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei distincte, & apposite, ad intelligēdū. Dixit aūt Nehemias & Esdras sacerdos, & scriba, & leuitę īterpretātes vniuerso pp̄lo. Dies sctificatus est dn̄o Deo nostro: nolite lugere, & nolite flere. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsū, & mittite partes eis qui nō præparauerunt sibi: quia sanctus dies dn̄i est, & nolite contristari. Gaudiū etenim Dn̄i est, fortitudo nostra.

Graduale. Beata gens, cuius est domi- ps. 32
nus, Deus eorū: populus quem elegit dominus in hęreditatem sibi.

℣. Verbo Domini cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sequentia scti euang. scdm Marcum.

Cap. 9. IN illo tpe: Rñdés vnus de turba, dixit ad Jesum. Magister, attuli filium meum ad te, habenté spiritum mutum: qui vbicunq; eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet détibus, & arescit: & dixi discipulis tuis, vt eijcerent illum, & nó potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O gñatio incredula, quandiu apud vos ero? quádiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus cóturbauit eum: & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantũ temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, vt euz pderet. Sed siquid potes, adiuua nos misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credé credere, omnia possibilia sunt credéti. Et cótinuo exclamás pater pueri cum lacrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicés illi. Surde & mute spiritus, ego pręcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manũ eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant euz. Quare nos non potuimus eijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

ps. 118 Offertorium. Meditabor in mandatis tuis quę dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi. Secreta.

HÆc hostia, quęsumus domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sctificet. Per dominum nostrum Jesum.

Alia secreta. Exaudi nos. vt su. 124.

Tertia ad libitum. Communio.

Comedite pinguia, & bibite mulsũ: & mittite partes eis qui non pręparauerunt sibi: sanctus enim dies domini est, & nolite contristari: gaudium etenim domini est, fortitudo nostra. Nehe. cap. 8. Postcommunio.

SUmentes Domine dona cęlestia suppliciter deprecamur: vt quę sedula seruitute, donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per do. Alia postcõmu. Mundet. fol. 124. Tertia ad libituz.

FERIA SEXTA.

Quatuor tpm Septemb.

Statio ad Sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

LÆtetur cor quęrentiuz dominum: quęrite dominum, & confirmamini: quęrite faciez eius semper. ps. 104 Ps. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ibidez. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PRęsta, quęsumus, omnipotens Deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolétes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per do.

Alia Oratio. A cunctis. folio 124.

Lectio Osee prophetę.

HÆc dicit dñs Deus: Cóuertere Jsrael ad dñm Deum tuum, ca. 14. quoniã corruisti in iniqtate tua. Tollite vobiscuz verba: & ꝯuertimini ad dñm, & dicite ei. Omné aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos: super equos non ascen-

ascendemus: nec dicemus vltra, dij nostri opera manuũ nostrarum: quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium: ⁊ erumpet radix eius, vt libani. Ibunt rami eius, ⁊ erit quasi oliua gloria eius: ⁊ odor eius, vt libani. Conuertentur sedentes in umbra eius: viuent tritico, ⁊ germinabunt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinũ Libani. Ephraim, qd mihi vltra idola? Ego exaudiam, ⁊ dirigam eum ego vt abietem virenté: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, ⁊ intelliget ista? intelligés, ⁊ sciet hęc? qa rectę vię dñi: ⁊ iusti ambulabunt in eis: pręuaricatores vero corruét in eis. Graduale.

ps. 89. Conuertere domine aliquantulum, ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.

Euangelium secundum Lucam.

cap. 7. Rogabat Jesum qdam phariseus, vt manducaret cum illo. vt in feria v. post Dñicã Passio. fol. 51. Offerto.

ps. 102 Benedic anima mea domino, ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius: ⁊ renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint, domine, q̃sumus, nostri dona ieiunij, quę ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiãt, ⁊ ad sempiterna promissa perducant. Per dominum nostrum.

Alia secreta. Exaudi. vt su. fol. 124.

ps. 118 Communio. Aufer a me opprobrium, ⁊ contemptum: quia mandata tua exquisiui domine: nam testimonia tua meditatio mea est. Postcommunio.

Quęsumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribꝰ gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per domi. Alia postcõio.

Mundet ⁊ muniat. vt supra. fol. 124.

S A B B A T H O

Quatuor temporum.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



Venite, adoremus Deum, ⁊ ps. 94. procidamus ante dominũ, ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est dominus Deus noster. ps. Venite, exultemus domino: iubilemus Deo salutari nostro. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. ibidem.

dicto Kyrie eleis. dĩ Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotés sempiterne Deus: qui per continentiã salutarẽ, ⁊ corporibus mederis ⁊ mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, ⁊ pręsentia nobis subsidia tribuas, ⁊ futura. Per dominũ.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen, dicens. Decimo die mensis huius septimi, dies expiationũ erit celeberrimus, ⁊ vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo, ⁊ offeretis holocaustũ dño. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus vester. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: ⁊ quę operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus, ⁊ habitationibus vestris: sabbathum requietionis est: affligetisq; animas vestras. Die nono mésis a vespera vsq; ad vesperã celebrabitis sabbatha vestra, ca. 23.

stra,

stra. Dicit dominus omnipotens.

ps. 78. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes. Ubi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: ꝛ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

DA nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt ieiunando tua gratia satiemur, ꝛ abstinendo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23. IN diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen, dicens. A quintodecimo die mensis septimi, quã do ꝯgregaueritis omnes fructus terrę vestrę, celebrabitis ferias dñi septẽ diebus. Die primo, ꝛ die octauo erit sabbathũ, (idest, reqes.) Sumetisq́ vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, spatulasq́ palmarum, ꝛ ramos ligni densarum frondium, ꝛ salices de torrente: ꝛ lętabimini coram dño Deo vestro: celebrabitisq́ solẽnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, ꝛ habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit ĩ tabernaculis, vt discãt posteri vestri q in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cũ educerem eos de terra Ægypti. Ego dñs Deꝰ vester.

ps. 83. Graduale. Protector noster aspice Deus: ꝛ respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

TUere, quęsumus domine, familiam tuam: vt salutis ęternę remedia, quę te inspirante requirimus, te largiente, consequamur. Per do.

Lectio Michee prophetę.

DOmine Deus noster, pasce populum tuum in virga tua, gregem hęreditatis tuę, habitãtes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ꝛ ꝯfundenť super oĩ fortitudine sua. Quis Deꝰ similis tui, q aufers iniqtatẽ, ꝛ transfers peccatũ reliquiaꝝ hęreditatis tuę? Non immittet vltra furorẽ suum, quoniã volens misericordiã est. Reuerteť, ꝛ miserebiť nostri. Deponet iniquitates nostras: ꝛ proijciet in ꝓfundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatẽ Jacob, misericordiam Abraham, quę iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dñe Deus noster. cap. 7.

Graduale. Conuertere domine aliquantulum: ꝛ deprecare super seruos tuos. ps. 89.
℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

PRęsta, q̃s dñe, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per.

Lectio Zacharię prophetę.

IN diebus illis: Factũ est verbũ Dñi ad me, dicens. Hęc dicit dñs Deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos, cũ ad iracundiã me prouocassent patres vestri, ꝛ non sum misertus: sic ꝯuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciã domui Juda ꝛ Jerusalem: nolite timere. Hęc sunt ergo verba quę facietis. Loquimini veritatẽ vnusquisq́ cũ proximo suo. Ueritatẽ, ꝛ iudiciuꝫ pacis iudicate in portis vestris: Et vnusquisque, malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: ꝛ iuramẽtũ mendax ne diligatis. Omnia enim hęc sunt, quę odi, dicit dominus. Et factum est verbum dñi exercituum cap. 8.

ad me, dicens. Hęc dicit dn̄s exercituum. Ieiunium quarti, ⁊ ieiunium quinti, ⁊ ieiunium septimi, ⁊ ieiuniū decimi, erit domui Iudę in gaudium ⁊ lętitiam, ⁊ in solēnitates pręclaras. Veritatem tantum, ⁊ pacem diligite: dicit dominus exercituum. Gradua.

ps. 1. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinū. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Orō.

UT nobis, dn̄e, tribuis solēne tibi deferre ieiuniū: sic nobis, q̄s, indulgentię p̄sta subsidium. Per d.

Lectio Danielis prophete.

cap. 3. IN diebus illis: Angelus domini descendit cum Azaria, ⁊ socijs eius in fornacem. Et excussit flāmam ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantem. Flāma autem diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouē: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis ministros regis, qui eā incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq̄ cōtristauit, nec quicquam molestię intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant Deū in fornace, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es, domine De⁹ patrum nostrorum. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Et benedictum nomen glorię tuę, quod est sanctum. Et laudabile, ⁊ gloriosum in sęcula.

Benedictus es ĩ tēplo sancto glorię tuę. Et laudabilis, ⁊ gloriosus ĩ sc̄la.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Benedictus es qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas vento℞, ⁊ sup̄ vndas maris. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Benedicāt te omnes angeli, ⁊ sancti tui. Et laudēt te, ⁊ glorificent in sc̄la.

Benedicāt te cęli, terra, mare, ⁊ omnia, quę in eis sunt. Et laudent te, ⁊ glorificent in sęcula.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Et laudabili, ⁊ glorioso in sęcula.

Sicut erat in principio, ⁊ nūc, ⁊ semper: ⁊ in sęcula sęculorum. Amen. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula.

Benedictus es, dn̄e Deus patrum nostrorū. Et laudabilis, ⁊ gloriosus in sęcula. Hic dr̄ ℣. Domin⁹ vobiscū, sine Flectamus genua. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominū.

Alię Orationes, vt supra. folio 124.

Lctō ep̄lę bt̄i Pauli ap̄li ad Hebr.

FRatres: Tabernaculū factum est primum, in quo erant candelabra, ⁊ mensa, ⁊ propositio panum: quę dicitur Sancta. Post velamentum autem, secundum tabernaculū, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: ⁊ arcam testamenti circūtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, ⁊ virga Aaron quę fronduerat, ⁊ tabulę testamenti: superq̄ eam erant Cherubim glorię obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibāt sacerdotes, cap. 9.

dotes, sacrificiorum officia consum mantes: in secundo vero semel in an no solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua ⁊ populi igno rantia: hoc significante spiritu sancto, nondum ꝑpalatam esse sanctoꝝ viã, adhuc priore tabernaculo habente statum: quę parabola est temporis instãtis: iuxta quam munera ⁊ hostię offeruntur, quę non possunt iuxta cõ scientiam perfectum facere seruien tem, solummodo in cibis ⁊ in potib⁹, ⁊ in varijs baptismatibus, ⁊ iustitijs carnis vsq₃ ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius ⁊ perfectius tabernaculum non manufactum, idest, non huius creationis: neq₃ per sanguinem hir corum aut vitulorum, sed per pro prium sanguinem introiuit semel in Sãcta, ęterna redemptione inuenta.

Ps. 116 Tractus. Laudate dominum omnes gẽ tes: ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos mise ricordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternum.

Sequẽtia sancti euãgelij ſm Lucã.

ca. 13. In illo tpe: Dicebat Jesus tur bis similitudinem hanc. Arbo rem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: ⁊ venit quęrens fructũ in illa, ⁊ non inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineę. Ecce anni tres sunt, ex quo venio quęrens fructum in ficul nea hac: ⁊ nõ inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiã terrã occupat? At ille rñdens, dixit illi. Domine, dimit te illam ⁊ hoc anno, usque dum fo diam circa illam, ⁊ mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum: sin au tem, in futurum succides eam. Erat autem docens in Sinagoga eoꝝ sab bathis. Et ecce mulier, quę habebat spiritum infirmitatis annis decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata, nec omnino po terat sursum respicere. Quam cũ vi deret Jesus, vocauit eam ad se, ⁊ ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, ⁊ confe stim erecta est, ⁊ glorificabat Deum. Respondens autẽ archisynagogus indignãs quia sabbatho curasset Je sus, dicebat turbę: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, ⁊ curamini: ⁊ nõ in die sabba thi. Respondens autem ad illum do minus, dixit. Hypocrite, vnusquisq₃ vestrum sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum a pręsepio, ⁊ ducit adaquare? Hanc aũt filiam Abrahę, quam alligauit satanas, ecce, decem ⁊ octo annis, non oportuit solui a vin culo isto die sabbathi? Et cum hęc di ceret, erubescebant omnes aduersarij eius, ⁊ omnis populus gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebant ab eo.

Offertorium. Domine, Deus salutis mee, in die clamaui, ⁊ nocte coram te: intret orõ mea in conspectu tuo domine. Ps. 87.

Secre. Concede, q̃sumus omnipotens Deus: vt oculis tuę maiesta tis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum bea te perennitatis acquirat. Per dñm.

Alię secretę, vt supra. folio. 124.

Cõio. Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cũ educerem eos de terra Ægypti, ego Dñs Deus vester. Leui. 23.

Postcõmunio. Perficiãt in nobis, domine quę sumus, tua sacramenta quod continẽt: vt, quę nunc spe gerimus, rerum veritate capiamus. Per do minum nostrum Jesum Christum.

Alię postcõmuniones, vt supra. 125.

DOMINICA XVIII. post Pentecosten. Introitus.

eccl.36 A pacem domine sustinẽ
tibus te, vt prophetę tui fi
deles inueniantur: exaudi
preces serui tui, & plebis
ps.121 tuę Israel. ps. Lętatus
sum in his quę dicta sunt mihi: in domum
Domini ibimus. ℣. Gloria patri, & filio.

Oratio.

DIrigat corda nostra, quęsum⁹ dñe, tuę miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possum⁹. Per dominum nost. Secunda oro. A cunctis. fol. 124. Tertia ad libitũ.

Lectio eplę bti Pauli aplĩ ad Cor.

2.ca.1. FRatres: Grãs ago Deo meo
semper p vobis, in gratia Dei, quę data est vobis, in Christo Jesu: Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciẽtia (sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos vsq3 in finem sine crimine, in die aduent⁹ domini nostri Jesu Christi.

ps.121 Graduale. Lętatus sum in his quę di
cta sunt mihi: in domum domini ibimus.
℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in
ps.101 turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣.
Timebunt gentes nomen tuum domine, &
omnes reges terrę gloriam tuam. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca.9. IN illo tempore: Ascendens Jesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suã. Et ecce, offerebant ei paralyticũ iacentẽ in lecto. Uidens autem Jesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorũ, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an decere, Surge & ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tũc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domũ tuã. Et surrexit, & abijt i domũ suã. Uidẽtes autẽ turbę, timuerunt: & glorificauerunt Deũ, qui dedit potestatem talem hominibus. Credo.

Offertorium. Sanctificauit Moyses al exo.24
tare domino, offerens super illud holocau
sta: & immolans victimas, fecit sacrificium
vespertinum in odorem suauitatis domino
Deo, in conspectu filiorum Israel.

Secreta.

DEus, qui nos per huius sacrificij venerãda cõmercia, vnius summeq3 diuinitatis participes efficis: presta, quęsumus: vt sicut tuã cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominũ.

Secunda secreta. Exaudi nos. 124.
Communio. Tollite hostias, & introite ps.95.
in atria eius: adorate dominum in aula san
cta eius.

Postcommunio.

GRatias tibi referimus domine sacro munere vegetati, tuã misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum nostrum. Secunda postcõ. Mundet & muniat. fol. 125.

DOMINICA XIX. post Pentec. Introitus.

Alus populi ego sum di ps.67.
cit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiã eos: & ero illoru3 dominus in perpetuum.

ps. 75. petuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spũi.

Oratio.

OMnipotēs, ⁊ misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mente ⁊ corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dñm.

Deinde A cunctis. vt supra, 125.

Lctō eplę btī Pauli aplī ad Ephe.

cap. 4. FRatres. Renouamini spiritu mentis vestrę: ⁊ induite nouum hominem, qui secundum Deū creatus est in iustitia, ⁊ sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, ⁊ nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iā non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonū est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Graduale.

ps 140. D irigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. A lle-
ps 104 luia, alleluia. ℣. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Alleluia.

Sequētia sācti euāg. sm Mattheū.

ca. 22. IN illo tpe: Loquebatur Jesus principibus sacerdotū, ⁊ pharisęis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum cęloꝝ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare iuitatos ad nuptias, ⁊ nolebāt venire. Iterum misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui, tauri mei, ⁊ altilia occisa sunt, ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: ⁊ abierunt, alius in villam suā, alius vero ad negociationem suam: Reliq vero tenuerūt seruos eiꝰ, ⁊ cōtumelijs affectos occiderūt. Rex autē cū audisset, iratus est: ⁊ missis exercitibꝰ suis, ꝑdidit homicidas illos, ⁊ ciuitatē illoꝝ succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptię qdē paratę sunt, sed q inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ: ⁊ quoscūq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius i vias, ꝯgregauerūt omnes quos inuenerūt, malos ⁊ bonos: ⁊ impletę sūt nuptię discumbentiū. Intrauit autē Rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus, ⁊ pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Credo.

Offertorium. S i ambulauero in medio ps. 137
tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ supra iram inimicorum meorum extendes manum tuam: ⁊ saluum me fecit dextera tua.

Secreta.

HÆc munera, q̄s dñe, quę oculis tuę maiestatis offerimus, salutaria nobis esse cōcede. Per dominū.

Deinde E xaudi. folio. 124.

Communio. T u mandasti mandata ps. 11
tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vię meę, ad custodiendas iustificationes tuas.

Postcommunio.

TUa nos dñe medicinalis operatio ⁊ a nostris peruersitatibus clementer expediat, ⁊ tuis semper faciat inhęrere mandatis. Per dñm.

Deinde M undet ⁊ mun. folio. 125.

DOMINICA XX. post Pentec. Introitus.

Dan. 3.  Omnia quę fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: qa peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriã nomini tuo, ⁊ fac nobiscum secundum multitudinem mise-
ps. 118 ricordię tuę. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Largire, quęsumus dñe, fidelibus tuis indulgentiam placatus ⁊ pacem: vt pariter ab omnibus mundẽtur offensis, ⁊ secura tibi mente deseruiant. Per dominum nost. Alię orationes vt supra. folio. 124.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

cap. 5. Fratres. Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, q̃ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, ⁊ hymnis, ⁊ canticis spiritualibus: cantantes, ⁊ psallentes in cordibus vestris, domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine dñi nostri Jesu Chri, Deo ⁊ Patri. Subiecti inuicem, in timore Christi.

ps. 144 Graduale. Oculi oĩum in te sperant dñe: ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuã, ⁊ imples omne
ps. 107 animal benedictione. Alleluia, al'. ℣. Paratum cor meum Deus, paratũ cor meum: cantabo, ⁊ psallam tibi in gloria mea. Alla.

Sequentia sci euang. sm Joannem.

cap. 4. In illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cũ audisset, quia Jesus veniret a Judęa in Galilęam, abijt ad eum, ⁊ rogabat eum vt descenderet, ⁊ sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori. Dicit ergo Jesus ad eum. Nisi signa ⁊ prodigia videritis: non creditis. Dicit ad eum regulus. Dñe, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, ⁊ ibat. Jam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, ⁊ domus eius tota. Credo. Offertorium. Super ps. 136
flumina Babylonis, illic sedimus ⁊ fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Secreta.

Cęleste nobis prębeãt hęc mysteria, quęsumus domine, medicinam: ⁊ vitia nostri cordis expurgent. Per dominum nostrũ Jesum. Alię secretę, vt supra. folio. 124.

Cõmunio. Memẽto verbi tui seruo tuo ps. 118
dñe, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcõmu.

Ut sacris domine reddamur dignimuneribus: fac nos, quęsumus, tuis semper obedire mandatis. Per dominum nostrum Jesum. Alię postcõmuniones vt sup. f. 125.

DOMINICA XXI. post Pentecosten. Introitus.

 In voluntate tua domine vniuersa sunt posita: ⁊ non est, qui Heb. 13.
possit resistere volũtati tuę: tu enim fecisti omnia, cęlum, ⁊ terram, ⁊ vniuersa, quę cęli ambitu continentur:

tur:

ps.118 tur Dominus vniuersorum tu es. ps. Bea
ti immaculati in via, qui ambulant in le-
ge Domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Familiam tuam, quęsumus domine, continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatib⁹, te protegẽte, sit libera, ⁊ in bonis actib⁹ tuo nomini sit deuota. Per dominum nost.

Deinde A cunctis. vt supra. f. 125.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

cap. 6. Fratres: Confortamini in domino, ⁊ in potẽtia virtutis eius. Induitę vos armaturã Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus principes, ⁊ potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ, contra spiritualia nequitię, in cęlestibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, ⁊ in oĩbus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, ⁊ induti loricã iustitię, ⁊ calciati pedes in preparationem euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, ⁊ gladium spiritus, quod est verbum Dei.

ps. 89. Graduale. Domine, refugium factus es nobis a generatione in generationem. ℣. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis: a sęculo, ⁊ vsque in sęculum tu es Deus. Alleluia, alleluia:
ps.113 ℣. In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 18. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cęlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. Et cum cępisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, ⁊ vxorem eius ⁊ filios, ⁊ omnia quę habebat, ⁊ reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eũ, dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddã tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum: ⁊ debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centũ denarios: ⁊ tenens suffocabat eum, dicẽs. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens. Patientiã habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, ⁊ misit eum in carcerem, donec redderet debitũ. Videntes autem conserui eius quę fiebant, contristati sunt valde: ⁊ venerunt, ⁊ narrauerunt Domino suo omnia, quę facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, ⁊ ait illi. Serue nequam, omne debitũ dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui, sicut ⁊ ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic ⁊ pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo.

Offertorium. Vir erat in terra Hus nomine Job, simplex ⁊ rectus, ac timens Deum: quem Satan petijt vt tentaret: ⁊ data est ei potestas a Domino in facultate, ⁊ in carne eius: perdiditque omnem substantiam ipsius, ⁊ filios: carnẽ quoq; eius graui vlcere vulnerauit. Secreta. Job. 1.

SUscipe dñe, propiti⁹ hostias, q b⁹ te placari voluisti: ⁊ nobis salutē potenti pietate restitui. Per. Deinde Exaudi nos. vt sup. f. 124.

ps. 118 Cõmunio. In salutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum speraui: qñ facies de persequentibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me dñe Deus meus. Postcõ.

IMmortalitatis alimoniam cōsecuti, quęsumus dñe: vt quod ore percepimus, pura mente sectemur. Per dominū nostrū. Deinde Mundet ⁊ muniat. vt supra. f. 125.

DOMINICA XXIII. post Pentec. Introitos.

ps. 129 SI iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? qa apud te ꝓpitiatio est, Deus Israel. ps. De profundis

ibidē. clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. ℣. Gloria. Oratio.

DEus refugium nostrum, ⁊ virtus: adesto pijs ecclesię tuę precibus, auctor ipse pietatis, ⁊ pręsta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. Deinde A cunctis nos. vt sup. 124.

Lcō eplę btī Pauli Apłi ad Philip.

cap. 1. FRatres: confidimus in Dño Jesu: quia, qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Chr̄i Jesu: sicut est mihi iustū, hoc sentire pro omnibus vobis: eo q̄ habeā vos in corde, ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defensione, ⁊ cōfirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quo modo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abūdet in scientia ⁊ in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri, ⁊ sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitię, per Jesum Christum, in gloriam ⁊ laudem Dei. Grad. Ecce quā bonū ps. 132
⁊ quā iucundū, habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alle. ps. 113
luia. ℣. Qui timent dominū, sperent in eo: adiutor ⁊ protector eorum est, alleluia.

Sequentia scti euag. s̄m Mattheū.

ca. 22. IN illo tēpore. Abeuntes pharisei, consilium inierunt, vt caperent Jesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicētes. Magister, scimus, quia verax es, ⁊ viam Dei in veritate doces, ⁊ nō est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis personam hominū. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet censum dari Cęsari, an nō? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritę? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illi Jesus. Cuius est imago hęc, ⁊ superscriptio? Dicunt ei. Cęsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę sunt Cęsaris, Cęsari: ⁊ quę sunt Dei, Deo. Credo.

Offert. Recordare mei dñe oīpotētatui Hebr.
dominās: ⁊ da sermonē rectū i os meū, vt pla 124.
ceant verba mea i ꝯspectu pꝛīcipis. Secr.

DA misericors Deus: vt hęc salutaris oblatio ⁊ a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per do. Deinde Exaudi nos. vt sup. fol. 124.

Cõmunio. Ego clamaui, quoniam exau ps. 16.
disti me Deus: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea. Postcommunio.

SUmpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt, quę in tui cōmemoratione nos facere pręcepisti: in nostrę ꝓficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regn. Deinde Mūdet ⁊ mun. vt sup. 124.

DO-

DOMINICA XXIII. post Pentecost. quando nõ fuerit vltima post Pent. quia si fuerit vltima, tunc loco xxiij. ponitur quę inferius posita est xxiiij. ꝛ missa xxiij. dicitur in sabbatho pręcedenti, nõ impedito festo nouē lect. alioquin in alia pręcedenti feria.

Introitus.

Hier. 29.  Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, ꝛ non afflictionis: inuocabitis me, ꝛ ego exaudiam vos: ꝛ reducam captiuitatem vestrã

ps. 84. de cunctis locis. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Absolue, quęsumus dñe, tuorũ delicta populorum: vt a peccatorum nostrorum nexibus, quę pro nostra fragilitate cõtraximus: tua benignitate liberemur. Per dominum.

Secunda Oratio. A cunctis. f. 125.

Tertia ad libitum.

Lctõ eplę btĩ Pauli Aplĩ ad Phil.

cap. 3. Fratres: Imitatores mei estote: ꝛ obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostrã. Multi enim ambulant, quos sępe dicebam vobis (nunc autem ꝛ flẽs dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus, vẽter est: ꝛ gloria in cõfusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autē cõuersatio in cęlis est: vnde etiam saluatorem expectamus dñm nostrum Jesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, cõfiguratum corpori claritatis suę, secundum operationem virtutis suę, qua possit etiam subijcere sibi omnia. Itaque, fratres mei charissimi ꝛ desideratissimi, gaudium meum, ꝛ corona mea: sic state in domino charissimi. Euodiā rogo, ꝛ Sintichen deprecor, idipsū sapere in domino. Etiã rogo ꝛ te germane compar, adiuua illas, quę mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, ꝛ cęteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitę.

Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus: nos, ꝛ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: ꝛ in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meã, alleluia. ps. 43. ps. 129

Sequentia scti euãg. sm Matthęũ.

In illo tempore: Loquẽte Jesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, ꝛ adorabat eum dicẽs. Dñe, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, ꝛ viuet. Et surgens Jesus sequebatur eum, ꝛ discipuli eius. Et ecce mulier, quę sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro, ꝛ tetigit fimbriã vestimẽti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantū vestimentum eius: salua ero. At Jesus conuersus ꝛ uidens eam dixit: Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum principis, ꝛ vidisset tibicines ꝛ turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba: intrauit, ꝛ tenuit manũ eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hęc in uniuersam terram illam. Credo. ca. 9.

Offertorium. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Secreta. ps. 129

Pro nostrę seruitutis augmento sacrificium tibi domine laudis offerimus: vt, quod immeritis contulisti, propitius exequaris. Per.

Deinde Exaudi nos. vt sup. f. 124.

Math. 11. Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

Quesumus omnipotens Deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde Mundet. vt supra. fol. 125.

¶ Si Dominice post Pentecosten fuerint plures vigintiquatuor, tunc post vigesimam tertiam resumantur (quo ad Orones, Epistolas, & Euangelia) misse Dñicarũ, que superfuerunt post Epiphaniam, hoc ordine.

¶ Si dñice fuerint viginti quinque, in dñica vigesima quarta dicitur missa Dominice, vj. post Epiphaniam.

¶ Si fuerint vigintisex, in Dñica vigesima quarta dicitur missa dominice quinte post Epiphaniã: & in vigesima quinta dicitur missa dñice sexte.

¶ Si fuerint vigintiseptem, in dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominice iiij. post Epiphaniam: in vigesima quinta, dominice v. & in vigesima sexta, dominice vj.

¶ Si fuerint vigintiocto, in dominica vigesima quarta dicitur missa dominice iij. post Epiphaniam: in vigesima quinta, Dominice iiij. in vigesimesexta, dominice v. in dominica vigesima septima, dominice sexte.

¶ Et vltimo loco semper dicitur missa Dominice vigesime quarte post Pentecosten.

¶ Introitus autem, Graduale, Offertorium, & Postcommunio in predictis dominicis, semper dicuntur vt in dominica vigesima tertia.

¶ Que oĩa ad longũ posita sũt, post sequentẽ vigesimam quartã dñicam.

DOMINICA XXIIII. & vltima post Pentec. Introitus.

Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatẽ vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. — Hier. 29. — ps. 84.

Excita, quesumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominũ nostrum.

Deinde, A cunctis nos. folio. 124.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Fratres: Non cessamus pro vobis orantes & postulãtes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia & intellectu spirituali: vt ambuletis digne, Deo per omnia placẽtes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute cõfortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate: cũ gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. In Christo Jesu Domino nostro. — ca. 1.

Gradua. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in secula. — ps. 43

Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te Domine, domine exaudi vocem meam. Alleluia.

Sequen-

Sequentia scti euãg. sm Matthęũ.

ca. 24. IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ videritis abominationem desolationis, quę dicta
Dan. est a Daniele propheta, stantẽ in lo-
3. co sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Judęa sunt, fugiant ad mõtes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suã. Vę autem pręgnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit eni tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetę: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur, (si fieri potest,) etiã electi. Ecce pędixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut eni; fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę. Statim autem post tribulationem dierum illorũ, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellę cadent de cęlo, & virtutes cęloru; commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cęlo. Et tunc plangent omnes tribus terrę: & videbunt filiũ hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ei⁹ a quatuor ventis, a summis cęlorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolã. Cum iam ramus eius tener fuit, & folia nata, scitis quia pp̃e est ęstas. Ita, & vos cũ videritis hęc omnia, scitote qa prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia non pręteribit gñratio hęc, donec omnia fiant. Cęlum & terra transibunt: verba autem mea non pręteribunt. Credo.

Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam: de profundis clamaui ad te dñe. ps. 129

Secreta.

PRopitius esto domine supplicationib⁹ nostris: & populi tui oblationibus, precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati, ad cęlestia desideria transeamus. Per dominum nostrum Jesum.

Deinde. Exaudi nos. folio. 124.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Mar. 11.

Postcommunio.

COncede nobis, quęsumus domine: vt per hęc sacramenta quę sumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur. Per. Deinde. Mundet & muniat. vt sup. folio. 125.

DOMINICÆ post Pẽt. sumendę ex his, q̃ superfuerũt post Epiph. secundu; superiorem rubricã, quando fuerint plures xxiiij.

TERTIA post Epiph. Introitus.

DIcit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis. Hier. 29.

Psalmus. Benedixisti domine terrã tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ps. 84.

℣. Gloria patri & filio, Oratio.

Omni-

Omnipotens sempiterne Deus infirmitatem nostrã propitius respice: atque ad protegendum nos, dexterã tuę maiestatis extende. Per dominum. A cunctis nos. vt in prima Dominica post Pentec. 124.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 12. Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona, non tantũ coram Deo, sed etiam corã omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendẽtes, charissimi: sed date locum irę. Scriptum est enim. Mihi vindictam: ꝛ ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres super caput eiꝰ. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Graduale. Liberasti nos do-

ps. 43. mine ex affligẽtibus nos: ꝛ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ꝛ in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis cla-

ps. 129 maui ad te domine: domine exaudi vocem meam, alleluia.

ca. 8. Sequẽtia scti euãg. sm Mattheum.

In illo tempore. Cum descẽdisset Jesus de monte, secutę sunt eũ turbę multę. Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Jesus, tetigit eum, dicens. Volo. Mundare. Et cõfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: ꝛ offer munus, quod pręcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, ꝛ dicẽs. Domine, puer meꝰ iacet in domo paralyticus, ꝛ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniam, ꝛ curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, ꝛ sanabitur puer meus. Nam ꝛ ego homo sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites: ꝛ dico huic, Vade, ꝛ vadit: ꝛ alio, Veni, ꝛ venit: ꝛ seruo meo, fac hoc, ꝛ facit. Audiens autem Jesus, miratus est: ꝛ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantã fidem in Jsrael. Dico autem vobis, ꝙ multi ab oriẽte ꝛ occidẽte venient, ꝛ recumbent cum Abraham, Jsaac, ꝛ Jacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni. Vade: ꝛ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Et dicitur Credo.

Offertorium. De profundis clamaui ad ps. 129
te domine, dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te dñe. Secreta.

Hæc hostia, quęsumus domine, emundet nostra delicta: ꝛ ad sacrificium celebrandum, subdictorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc. Exaudi nos. Deus salutaris noster. folio. 124.

Communio. Amen dico vobis, quic- Matt.
quid orantes petitis, credite quia accipie- 12.
tis, ꝛ fiet vobis. Postcommunio.

Quos tantis, domine, largiris vti mysterijs: quęsumus: vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc. Mundet ꝛ muniat. folio. 125.

QVARTA post Epiphaniam.

Introitus.

Hier. 29. 
Icit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatē vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, & filio, & spiri. Oratio.
ps. 84

DEus, qui nos in tantis periculis cōstitutos, pro humana, scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per dominū. A cunctis nos. folio. 124.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 8. FRatres: Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, non adulterabis: nō occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: nō concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Graduale.

ps. 43. Liberasti nos domine ex affligētibus nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia.
ps 129 ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

cap. 8. IN illo tēpore: Ascendente Jesu in nauiculā, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operietur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicētes: Dñe, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, qa venti & mare obediunt ei? Et dicitur Credo. Offertorium.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Secreta. ps. 129

COncede, quęsumus, omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostrā ab omni malo purget semper & muniat Per dominum nostrū Jesum. Exaudi nos Deus salu. folio. 124.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipetis, & fiet vobis. Postcommunio. Math 11.

MUnera tua nos Deus, a delectationibus terrenis expediant: & cęlestibus semper instaurent alimentis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c. Mundet & muniat. folio. 125.

QVINTA post Epiphaniam.

Introitus.


Icit dñs, ego cogito cogitatiōes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiā vos: & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Psal's. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui. Oratio. Hier. 29. ps. 84.

FAmiliam tuam, quęsumus, domine, continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c.

A cun.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata ⁊ gloriosa semp̃ virgine Dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq̃ beato N. ⁊ omnibus sãctis: salutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per dñm.

Lctõ epl'ę bti Pauli apl'i ad Coloss.

cap. 3. FRatres: Induite vos, sicut electi Dei sancti, ⁊ dilecti viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiã, patientiã, supportantes inuicẽ: ⁊ donantes vobisimetipsis, siquis aduersus aliquẽ habet querelam. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos. Super oĩa autẽ hęc, charitatẽ habẽtes, q̃d est vinculũ perfectionis. Et pax Christi exultet in cordib⁹ vestris, in qua ⁊ vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Verbũ Chr̃i habitet in vobis abundãter, in omni sapientia: docentes ⁊ cõmonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, ⁊ canticis spiritualib⁹, in gratia cantantes in cordibus vr̃is dño. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in noĩe dñi nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo ⁊ patri, per Jesum Christũ dñm nostrũ.

ps. 34. Graduale. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia.

ps. 129 ℣. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia sctĩ euãg. sm̃ Matthęũ.

cap. 13 IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolã hanc. Simile factũ est regnum cęlorũ homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autẽ dormirent homines, venit inimicus eius, ⁊ superseminauit zizania in medio tritici, ⁊ abiit. Cum autẽ creuisset herba, ⁊ fructum fecisset: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei. Domine, nonne bonũ semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, ⁊ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cũ eis simul ⁊ triticum. Sinite vtraq; crescere vsque ad messem: ⁊ in tempore messis dicã messoribus. Colligite primũ zizania, ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticũ autem congregate in horreum meum. Et dicitur Credo.

Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te dñe. ps. 129

Secreta.

HOstias tibi domine, placationis offerimus: vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum.

Exaudi nos Deus salutaris. f. 124.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Mar. 12.

Postcommunio.

QVęsumus, omnipotẽs Deus: vt illius salutaris capiamus effectũ: cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrũ.

MVndet ⁊ muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Per dominum.

SEXTA post Epiph. Introitus.

Hier. 29. 
Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitaté vestram
ps. 84. de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oro.

PResta, quesumus, ops Deus: vt semp rationabilia meditátes, quę tibi sunt placita, & dictis exequamur & factis. Per do. A cũctis nos. Lectó eplę bti Pauli aplí ad Thess.

t. ca. 2. FRatres: Gratias agimus Deo semp pro oibus vobis: memoriá vestri faciétes in oronib⁹ nostris, sine intermissione, memores operis fidei vestrę, & laboris, & charitatis, & sustinétię spei dñi nŕi Jesu Chri, ante Deũ & patré nŕm. Sciétes, frés dilecti, a Deo electioné vestrá: qa euágelium nostrũ nó fuit ad vos in sermone tantũ: sed & in virtute, & in spiritu scto, & i plenitudine multa: sicut scitis quales fuerim⁹ i vobis, pter vos. Et vos imitatores nŕi facti estis, & dñi: excipiétes verbũ i tribulatione multa, cũ gaudio spũs scti: ita vt facti sitis forma oib⁹ credétib⁹ i Macedonia & in Achaia. A vobis eni diffamat⁹ est sermo dñi, nó solũ i Macedonia & i Achaia, sed & i oí loco fides vestra quę est ad Deũ, pfecta est: ita vt nó sit nobis necesse quicquá loqui. Ipsi eni de nobis annũciát, qualé itroitũ habuerim⁹ ad vos: & quõ cuersi estis ad Deũ a simulachris, seruire Deo viuo & vero: & expectare filiũ ei⁹ de cęlis (qué suscitauit ex mortuis) Jesũ, q eripuit
ps. 43. nos ab ira ventura. Grad. Liberasti nos dñe ex affligétib⁹ nos: & eos q nos oderũt, cõfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & i noíe tuo cõfitebimur i sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te ps. 12.
domine, dñe exaudi vocem meam, alleluia. Sequẽtia scti euan g. sm Matthęũ.

IN illo tpe: Dixit Jesus turbis ca. 17
parabolá hác. Simile est regnũ cęlorũ grano sinapis: qd accipiés homo seminauit i agro suo: qd minimũ qdé est oibus seminib⁹. Cũ aũt creuerit, maius est oib⁹ olerib⁹: & fit arbor, ita vt volucres cęli veniant, & habitét in ramis ei⁹. Aliá parabolá locut⁹ est eis. Simile est regnũ cęlorum ferméto: qd acceptũ mulier abscódit in farinę satis trib⁹, donec fermétatũ est totũ. Hęc oía locut⁹ est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis nó loquebat eis: vt impleret qd dictũ est p pphetá dicétem. Aperiá in parabolis os meum: eructabo abscódita a constitutione mundi. Et dicit Credo.
Offertoriũ. De profundis clamaui ad te ps. 29.
domine, domine exaudi orationem meá: de profundis clamaui ad te dñe. Secreta.


HÆc nos oblatio Deus mundet, quęsum⁹, & renouet: gubernet, & protegat. Per dñm. Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per hui⁹ sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiá tribuens in pręsenti, & gloriam in futuro.
Communio. Amen dico vobis, quic- Mat 11.
quid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

CÆlestibus, dñe, pasti delicijs, quesumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamus. Per. Mundet & mun. f. 125. Dominica xxviij. & vlt. post Pent. quę superius posita est in ordine vigesimaquarta. folio. 140.

Finis Ordinarij de Tempore.








PROPRIVM
MISSARVM
DE SANCTIS.

In vigilia S. Andreę apostoli. Introitus.

Matt. 4. DOminus secus mare Galilęę vidit duos fratres, Petrum & Andream, & vocauit eos: venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. Psalmus. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Ps. 18.

Oratio.

QVęsumus omnipotẽs Deus: vt beatus Andreas apostolus tuũ pro nobis imploret auxiliũ: vt, a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiã periculis eruamur. P.

Et fit commem. S. Saturnini martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum. Si vigilia S. Andreę venerit in Aduentu, missa dr̃ de vigilia, & secunda Oõ erit de aduentu, tertia de sctõ Saturino. Si festum S. Andreę venerit feria ij. missa de vigilia dr̃ in sabbatho, & secunda oratio de sancta Maria Concede. tertia Ecclesię. vel pro papa: & cõm. S. Saturnini fit ĩ dñica: quod & in alijs vigilijs, excepta vig. Nat. Dñi, seruatr̃. Si autẽ festũ S. Andreę venerit in dñica, transfertr̃ in ij. feriã, & missa de vig. dr̃ in sabbatho cũ cõmemo. S. Saturnini, vt supra: & tertia Oratio erit de sãcta Maria. Cõcede nos.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 42. 7 45. Benedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi dñs hęreditatem: 7 diuisit ei partem in tribubus duodecim, 7 inuenit gratiã in conspectu omnis carnis. Magnificauit eũ in timore inimicorũ: 7 in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit eum in cõspectu regum, 7 ostendit illi gloriã suã. In fide 7 lenitate ipsius sanctum fecit illum: 7 elegit eũ ex omni carne. Et dedit illi coram pcepta, 7 legem vitę, 7 disciplinę: 7 excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum ęternum, 7 circuncinxit eum zona iustitię. Et induit eum dominus coronam glorię.

ps. 38. Graduale. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: 7 super arenam multiplicabuntur.

Sequẽtia sancti euãg. sm Joãnem.

cap. 2. In illo tempore. Stabat Joannes, 7 ex discipulis eius duo. Et respiciens Jesum ambulãtem, dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquẽtem: 7 secuti sunt Jesum. Conuersus autẽ Jesus, 7 videns eos sequẽtes se, dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (qđ dicitur interpretatum, magister) vbi habitas? dicit eis. Uenite, 7 videte. Uenerunt, 7 viderunt vbi maneret: 7 apud eum mãserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant a Joãne, 7 secuti fuerant eum. Inuenit hic primum, fratrem suum Simonem: 7 dixit ei. Inuenimus messiam (qđ est interpretatũ, Chrs.) Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autẽ eũ Jesus, dixit. Tu es Simon filius Jonę: tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus.) In crastinũ voluit exire in Galilęam: 7 inuenit Philippum. Et dicit ei Jesus. Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreę, 7 Petri. Inuenit Philippus Nathanael: 7 dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege, 7 prophetę, inuenimus Jesum filium Joseph, a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Ueni, 7 vide. Uidit Jesus Nathanael veniẽtẽ ad se: 7 dicit de eo. Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Rñdit Jesus, 7 dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, 7 ait. Rabbi: tu es filius Dei: tu es Rex Israel. Respondit Jesus, 7 dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis: videbitis cęlum apertum: 7 angelos Dei ascendentes, 7 descendentes supra filium hominis.

Offertoriũ. Gloria 7 honore coronasti eum: 7 constituisti eum super opera manuũ tuarum Domine. ps. 8.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati Andreę solemnia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per dominum nostrum.

Pro cõm. S. Saturnini mar. Secr.

Munera tibi domine dicata sanctifica: 7 intercedẽte beato Saturnino martyre tuo, per hęc eadem nos placatus intende. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium.

Cõmunio. Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus messiam, qui dicit̃ Chrus: 7 adduxit eũ ad Jesum. Joan. 1.

Postcõmunio.

Per-

PErceptis dñe sacramentis, suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea aplo tuo: quę p illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per.

Pro cõmem. S. Saturnini. Postc.

SAnctificet nos, quęsumus domine, tui perceptio sacramenti: & intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dominũ.

Si sequens festũ S. Andreę venerit in dñica, transfert in sequenté dié duplici festo non impeditã: qđ & de alijs festis duplicibus & semidupl. in dñicis Aduẽtus occurrentib9 seruatur, & in illis semp fit cõme. de Aduentu. De simpl. aũt toto Aduẽ. fit tñ cõm.

Die 30. ¶ In festo S. Andreę apli. Introi.



Ps. 132 MIhi autẽ nimis honarati sũt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam: & resurrectionem meam.

Ibidẽ. Gloria patri & filio & spiritui sctõ. Orõ.

MAiestatem tuaz dñe suppliciter exoramus: vt sicut ecclesię tuę beatus Andreas Aplus extitit prędicator & rector: ita apud te sit p nobis perpetuus intercessor. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 10. FRatres. Corde credit ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Nõ enim est distinctio Iudęi & Gręci. Nam idem dñs oĩum, diues in omnes qui inuocant illũ. Omnis enim, quicunq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prędicante? Quomodo vero prędicabunt, nisi mittãtur? Sicut scriptum est. Quã speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiũ bona. Sed non oẽs obediunt euangelio. Isaias enim dicit, Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbũ Christi. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terrã exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis, alleluia. Ps. 44

Sequẽtia scti euang. sm Mattheũ.

IN illo tẽpore. Ambulãs Iesus iuxta mare Galilęę, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, mittentes rete in mare: (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi cõtinuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedęi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedęo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem, statim, relictis retibus & patre, secuti sunt eum. dicitur Credo. cap. 4.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta. Ps. 15.

SAcrificium nostruz tibi Domine, q̃sumus, beati Andręę apostoli tui precatio sancta cõciliet: vt in

cuius honore solenniter exhibetur, ei⁹ meritis efficiatur acceptum. Per d. Prefatio de Apostolis. folio. 96.

Matt. 4. Cōmunio. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hoīum: at illi, ɔtinuo relictis retibus, secuti sunt dn̄m. Postcōmun.

Sumpsimus dn̄e diuina mysteria, beati Andreę festiuitate lętantes: quę sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quęsumus, ad veniā predesse perficias. Per dominum.

DECEMBRIS FESTA.

Die 2. ¶ Pro cōmemo. S. Bibianę virginis & mart. Oratio. Indulgentiam. cū sua Sec. & postc. de cōi virg. 206.

Die 4. ¶ Pro commemora. Sanctę Barbarę virginis & martyris. Oratio. Deus qui inter cetera. cum sua Secreta, & postcōm. de cōi Virg. f. 208.

Die 5. ¶ Pro cōm. S. Sabbę abb. Orō. Intercessio. Cū sua secreta, & Post cōmunione vt in cōi Abbatum. 205

Die 6. ¶ In festo sancti Nicolai episcopi & confessoris. Introitus.



Eccle. 45. Statuit ei domin⁹ testamentum pacis: & principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psal.
Ps. 131 Memento domine David: & omnis mansuetudinis ei⁹. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. &c. Oratio.

Deus, qui beatū Nicolaum pontificem tuū innumeris decorasti miraculis: tribue, quęsumus: vt eius meritis & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominuz.

Epistola. Mementote prępositorum. de cōmuni confess. pontific. fol. 202.

Ps. 88. Graduale. Inueni David seruum meum: oleo sancto meo vnxi euz: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia.

Ps. 91. alla. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: Alleluia.

Euang. Homo quidam peregre pficiscens. de cōi cofess. pont. f. 204.

Ps. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sanctifica, quęsum⁹ dn̄e De⁹, hęc munera: quę in solemnitate sancti antistitis tui Nicolai offerimus: vt per ea, vita nostra inter aduersa & prospera vbique dirigatur. Per dominum nostrum Jesum. &c.

Ps. 88. Cōmunio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in ęternum manebit: & sedes ei⁹, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in ęternum: & testis in cęlo fidelis. Postcommunio.

Sacrificia, quę sumpsimus domine pro solemnitate sancti pontificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione cōseruent. Per dominum.

¶ In festo sancti Ambrosij epi, & cōfes. ac Doctoris Ecclesie. Introitus. Die 7.



In medio Ecclesię aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientię & intellectus: stolam glorię induit eum. Ps. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio. Eccle. 15. Ps. 91.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatū Ambrosium ministruz tribuisti: psta q̄s: vt quē doctorem vitę habuim⁹ in terris, intercessorē habere mereamur in cęlis. Per.

Epist. Testificor coram Deo. f. 203.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est in- Eccle. 44.

uentus

uentus similis illi, qui conseruaret legem ex
Ps. 109 celsi, Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dn̄s, ꝛ
non pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęter-
num s̄m ordinem Melchisedec, Alleluia.
Euangelium. Uos estis sal terrę.
de communi Doctorum. folio. 203.
Ps. 84. Et dicitur Credo. Offert. Ueritas
mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in no-
mine meo exaltabitur cornu eius. Secre.
OMnipotēs sempiterne Deus,
munera tuę maiestati oblata p
intercessionē beati Ambrosij confes-
soris tui atq pontificis, ad perpetuā
nobis fac prouenire salutem. Per d.
Ps. 88. Cōmu. Semel iuraui ī sancto meo: semē
eius in eternū manebit: ꝛ sedes eius sicut sol
in conspectu meo: ꝛ sicut luna perfecta in
ęternū: ꝛ testis in cęlo fidelis. Postcom.
SAcramenta salutis nostrę susci-
pientes, cōcede, quęsumus om
nipotens Deus: vt beati Ambrosij
confessoris tui atque pontificis nos
vbiq oratio adiuuet: in cuius vene-
ratione hęc tuę obtulimus maiestati.
Per dn̄m nostrum Jesum Christū.
¶ In Conceptione B. Marię dici-
tur missa de eius Natiuitate, quę ha-
betur mense Septēb. fo. 182. mutato
nomine Natiuitatis ī Conceptionē.
¶ Pro cōme. S. Melchiadis papę
ꝛ mart. Orō. Infirmitatē. cum sua
secreta, ꝛ postcommunione de com-
muni vnius mart. pontif. fol. 193.
Die 11. ¶ In festo S. Damasi papę ꝛ con-
fessoris. Introitus.



Ps. 131. SAcerdotes tui do
mine induant iusti
tiam, ꝛ sancti tui exultēt:
pꝑter Dauid seruū tuū,
non auertas faciem Chri
sti tui. ps. Memēto do
Ibidē. mine Dauid, ꝛ ois man-
suetudinis eius. ℣. Glo
ria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.
EXaudi dn̄e preces nostras: ꝛ in
tercedente btō Damaso ꝯfesso
re tuo atq pontifice, indulgentiā no
bis tribue placatus, ꝛ pacem. Per
dominum nostrū Jesum Christum.
Epistola. Plures facti sunt sa. f. 202.
Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui Eccle. 44.
in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est in-
uentus similis illi, qui conseruaret legem ex
celsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sa- Ps. 10.
cerdos in ęternum secundū ordinem Mel-
chisedec, Alleluia. Euāg. Uigilate,
quia nescitis. de eodem cōmu. 202.
Offertorium. Inueni Dauid seruum Ps. 88.
meū, oleo sancto meo vnxi eum: manus enī
mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum con
fortabit eum. Secreta.
ACcepta tibi sit, quęsumus do-
mine, sacratę plebis oblatio,
pro tuorum honore sanctorum: quo
rum se meritis percipisse de tribula-
tione cognoscit auxilium. Per dn̄m.
Cōmunio. Domine quinq talenta tra- Matth. 25.
didisti mihi: ecce alia quinq superlucratus
sum: euge serue bone ꝛ fidelis: quia in pau-
ca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam: in
tra in gaudium Dn̄i tui. Postcōmunio.
DA, quęsumus Domine, fideli-
bus populis, sanctorum tuorū
semper veneratione lętari: ꝛ eorum
ꝑpetua supplicatione muniri. Per
dominum nostrum Jesum Chm̄.
¶ In festo Sanctę Lucię virginis ꝛ Die 13.
martyris. Introitus.



DIlexisti iustitiā, ꝛ Ps. 44.
odisti iniquitatē:
propterea vnxit te De⁹
Deus tuus oleo lętitię,
prę consortibus tuis.
Psal. Eructauit cor ibidē.
meum verbū bonum: di-
co ego opera mea regi.

 ℣. Glo-

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sctō. Orō.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Lucię virginis ⁊ martyris tuę festiuitate gaudem⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui.

Epistola. Qui gloriatur, in domino gloriet. De Cōmuni virg. f.207.

ps. 44. Graduale. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia.

ibidez. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternuz. Alleluia. Euangelium. Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito.

ps. 44. 206. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam, proximę eius offerentur tibi.

Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui.

ps. 118 Cōmunio. Principes persecuti sunt me gratis, ⁊ a uerbis tuis formidauit cor meū: lętabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christū.

Die 20. ¶ In Uigilia sancti Thome dicitur Missa. Ego autem sicut oliua. de Uigilia vnius Apostoli. folio. 193. cum commemorat. de Aduentu: ⁊ in ea seruatur rubrica in Uigilia sancti Andreę posita. folio, 144.

Si autem hęc vigilia venerit in quatuor temporibus; de ea fit tantum commemoratio.

¶ In festo sancti Thomę Apostoli. Die 21.

Introitus.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortat⁹ est principatus eorū. ps. 138

Psalm. Domine pbasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionez meā, ⁊ resurrectionem meam. ibidez.

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spi. Oratio.

Da, nobis, quęsumus dn̄e, beati apostoli tui Thomę solemnitatibus gloriari: vt, eius semper ⁊ patrocinijs subleuemur, ⁊ fidem congrua deuotione sectemur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres: Jam non estis hospites ⁊ aduenę, sed estis ciues sanctorum, ⁊ domestici Dei, superędificati supra fundamentum Apostolorum ⁊ prophetarum, ipso summo angulari lapide Chrō Jesu. In quo omnis ędificatio cōstructa, crescit in templum sanctū in domino. In quo ⁊ vos coędificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto. Graduale. cap. 2

Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenam multiplicabūtur. Alleluia, alleluia. ℣. Gaudete iusti in Dn̄o: rectos decet collaudatio. Alleluia. ps. 138 ps. 32.

Sequētia scti euang. sm Joannem.

In illo tempore. Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum, cap. 20

rum, ⁊ mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, ⁊ Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, ⁊ stetit in medio, ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitum tuum huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manum tuā, ⁊ mitte in latus meum, ⁊ noli esse incredulus, sed fidelis. Respōdit Thomas, ⁊ dixit ei. Dominus meus, ⁊ Deus meus. Dicit ei Jesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati q nō viderūt, ⁊ crediderūt. Credo.

ps.18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Debitum tibi dñe nostrę reddimus seruitutis, suppliciter exorātes: vt suffragijs bti Thomę Apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda cōfessione, laudis tibi hostias immolamus. Per dñm.

Prefatio de Apostolis. folio.96.

Jo.20. Communio. Mitte manum tuam, ⁊ cognosce loca clauorum: ⁊ noli esse incredulus, sed fidelis. Postcommunio.

Adesto nobis misericors Deus: ⁊ intercedēte pro nobis beato Thoma Apostolo tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per dñz.

Reliqua festa vsq ad octauam Epiphanie, require supra. folio 14. post quartam Dñicam Aduentus.

FESTA IANVARII.

die 11. ¶ Pro cōmemoratione sancti Higinij Papę ⁊ martyris. Oratio. Infirmitatem. cum sua secreta, ⁊ Postcōmunione, de cōi vni⁹ mart. pont. fol.193. ⁊ tertia oratio dicitur de sancta Maria. Deus qui salutis.

die 14. ¶ In festo Sancti Hilarij episcopi ⁊ confessoris. Missa. In medio.

ecclesię. de communi Doctor. 202. ⁊ in ea fit sequēs commemoratio, cū tertia oratione de sancta Maria.

¶ Pro commemoratione Sancti Felicis in Pincis marty. Oratio. die 14.



Concede, qs ops Deus: vt ad meliorem vitam sanctorum tuor exempla nos puocent: quatenus, quorum solēnia agimus, etiaz actus imitemur. Sec.

Hostias tibi Dñe beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad ppetuuz nobis tribue puenire subsidiū. Postcōm.

Quęsumus dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius solemnia celebramus, orationibus adiuuemur.

Si contingat festum sancti Hilarij transferri in alium diem, non tamen predicta commemoratio sancti Felicis transfertur, sed de ea fit suo die, quod ⁊ in alio sequenti festo, ⁊ in similibus semper seruatur.

¶ In festo sancti Pauli primi Eremitę. Introitus die 15.



Justus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Ps. Bonum est confiteri Domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio. ps.19. ibidez.

Deus, q nos bti Pauli cōfessoris tui annua solēnitate letificas: cōcede ppitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Pro commemoratione Sancti Mauri abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quęsumus domine, beati Mauri abbatis cō

médet: vtq̄ȯ nostris meritis non valemus, ei⁹ patrocinio assequamur.
Tertia oratio de Sancta Maria.
Deus, qui salutis. Epistola. Quę mihi fuerunt lucra. de communi cōfessoris non pontifi. 204. Graduale.
ps. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctem. Al
Osee leluia, alleluia. ℣. Justus germinabit si
14. cut liliū: ꝛ florebit in ęternum ante dn̄m, Alleluia. Euāg. Confiteor tibi pater. de communi plurimorū marty. 200. Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.

LAudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos ꝛ pręsentibus exui malis confidimus, ꝛ futuris. Per dominum nostrum.
Pro cōmem. S. Mauri Abbatis. Secreta.

PRęsta nobis, quęsumus, omnipotens Deus: vt nostrę humilitatis oblatio ꝛ pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, ꝛ nos corpore pariter ꝛ mente purificet.
Communio. Lętabitur iustus in domi
ps. 65. no, ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabuntur omnes recti corde. Postcommunio.

REfecti cibo potuq̄ꝫ cęlesti, De⁹ noster, te supplices exoramus: vt in cuius hęc cōmemoratione percepimus: eius muniamur ꝛ precib⁹. Per dominum nostrum Jesum.
Pro cōm. S. Mauri. Abb. Postc.

PRotegat nos domine cum tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt ꝛ conuersationis eius experiamur insignia, ꝛ intercessionis ipsius percipiamus suffragia.

¶ In festo sancti Marcelli papę ꝛ martyris. Introitus. die 16.



STatuit ei domin⁹ testamentū pacis: ꝛ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. ps. Memē to domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio. Eccle. 45.

PReces populi tui, quęsum⁹ domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per dominum nostrum Jesum Christum.
Epist. Benedictus Deus. de cōmuni vnius mart. pont. 194. Gradu.
Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto ps. 88.
meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meū confortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. ps. 109.
Tu es sacerdos in ęternū, secundum ordinem Melchisedec, Alleluia. Euange. Siqs vult venire post me. fol. 194.
Offertorium. Veritas mea, ꝛ misericor ps. 88.
dia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SVscipe, q̄sumus domine, munera dignanter oblata: ꝛ beati Marcelli suffragātibus meritis, ad nostrę salutis auxiliū prouenire concede. Per dominum nostrum.
Cōmun. Domine quinq̄ꝫ talenta tradi ma. 25
disti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone ꝛ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiū dn̄i tui. Postcōm.

SAtiasti domine familiam tuam

muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dñm.

die 17 ¶ In festo S. Antonij abb. Missa Os iusti. de cōi Abbatū. 205. cum euang. Sint lumbi vestri pręcincti. de cōi confesso. non pontifi. fol. 203.

Die 18. ¶ In festo Cathedrę sancti Petri qua Romę primuz sedit. Introitus.

Eccle. 44 Statuit ei Dominus testamentum pacis, ⁊ principez fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternū. Ps. ps.113 Memento domine David, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni cęlestis, animas ligandi atq; soluendi pontificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis ⁊ regnas, in vnitate.

Et fit cōm. de sctō Paulo ante quascūq; cōmem. etiā Dñicę: quod ⁊ seruatur in commem. sancti Petri, quę fit in festo sancti Pauli. Oratio.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis q̄sumus: vt cuius cōmemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Pro commemoratione sanctę Priscę virginis ⁊ martyris: Oratio.

Da, q̄sumus, omnipotens Deus: vt, qui beatę Priscę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, ⁊ annua solemnitate lętemur, ⁊ tante fidei proficiamus exemplo. Per dñz.

Lectio epistolę beati Petri apostoli.

1.ca.1. Petrus, Apostolus Jesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatię, Cappadocię, Asię, ⁊ Bythinię secundum pręscientiam Dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiā ⁊ aspersionē sanguinis Jesu Christi: gratia vobis, ⁊ pax multiplicetur. Benedictus Deus ⁊ Pater dñi nostri Jesu Christi, qui secunduz magnā misericordiā suā regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionez Jesu Chri ex mortuis, in hereditatē incorruptibilē, ⁊ incontaminatam, ⁊ immarcescibilem, conseruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicum nunc, si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestrę fidei, multo pretiosior auro (qd per ignē probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem, in reuelationem Jesu Christi domini nostri.

Graduale. Exaltent eum in ecclesia plebis, ⁊ in cathedra seniorum laudent eum. ps.106 ℣. Confiteātur Domino misericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Si festum Cathedrę venerit ante Septuagesimam post Gradua. statim dicitur. Allēluia, allēluia. ℣.

Tu es Petrus, ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, Alleluia. Mat 16

Si autem venerit post Septuagesimam, omisso. omisso Alleluia dicitur sequens Tractus Alleluia.

Tu es Petrus, ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. matt.6 ℣. Et portę inferi non pręualebunt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorum. ℣. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum ⁊ in cęlis. ℣. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum ⁊ in cęlis.

Sequētia scti euang. bm Mattheū.

In illo tpe. Uenit Jesus in partes Cęsareę Philippi: ⁊ interro ca.16.

gabat Discipulos suos dicēs. Quez dicunt homines esse filiuz hominis? At illi dixerunt. Alij Joannez Baptistā: alij autē Eliam: alij vero Jeremiam: aut vnū ex pphetis. Dicit illis Jesus. Uos autem quem me esse dicitis? Rñdens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Jesus dixit ei. Beatus es Simō Bar Jona: quia caro et sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meaz: et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutū et in celis. Credo. Offert.

Matt. 16. Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum. Secreta.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces et hostias beati apostoli tui Petri commēdet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dn̄m.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus domine, plebis tue dona sanctifica: vt, q̄ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiāt patrocinio supplicātis.

Pro cōmemorat. S. Prisce. Secr.

Hostia, quesumus domine, quā in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue nobis misericordie dona conciliet. Per d.

Prefatio de apostolis. 96. Cōmu.

mt. 16 Tu es Petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meaz. Postcōmunio.

Letificet nos Domine munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem predicamus, sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dominū.

Pro sancto Paulo. Postcommu.

Sanctificati Domine salutari mysterio, quesumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari.

Pro cōmemo. S. Prisce. Postcō.

Quesumus, domine, salutaribus repleti mysterijs: vt cuius solēnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum nostrum.

¶ In festo SS. mart. Marij, Marthe, Audifacis, et Abacū. Introitus. die 19.



Justi epulentur, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in letitia. Ps. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. ps. 67. ibidem.

Oratio.

Exaudi domine populum tuuz cum sanctorum martyruz tuorum patrocinio supplicantem: vt et temporalis vite nobis tribuas pace gaudere, et eterne reperire subsidiū. Per dominum nostrum Jesum.

Epistola. Rememoramini pristinos. de cōmu. plurium marty. 199.

Graduale. Justorum anime in manu Dei sunt: et non tanget illos tormentū malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientiuz mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. Sap. 3

℣. Mirabilis Deus noster in sanctis suis. Alleluia. Si hoc festum venerit post Septuagesimam, dicitur Tractus de cōmuni plurimoruz marty. f. 198. ps. 67.

Quod et seruatur in sequentibus festis venien.

nientibus post Septuag. usque ad dominicam Palmarum: nisi proprius Tractus assignetur. Euangelium.
ps. 123 Sedente Jesu super montem Oliueti. de eodem communi. folio 199.
Offertorium. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secr.

PReces domine tuorum respice, oblationesque fidelium: vt & tibi gratę sint pro tuorum festiuitate sanctorum, & nobis conferant tuę propitiationis auxilium. Per dñm.
Lu. 12 Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio.

SAnctorum tuorum domine intercessione placatus, pśta quęsumus: vt, quę teporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per dominum nostrũ Jesum.

Die 20. ¶ In festo Sanctorum martyrum Fabiani & Sebastiani. Introitus.

ps. 87. 

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ps. Deus vene-
ps. 78. runt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuũ, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

INfirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat: beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum.
Epistola. Sancti per fidem. de communi plurium martyrum. fol. 200.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent. Alleluia. Euangelium. ps. 107 ps. 144
Descẽdens Jesus de monte. de eodem communi. fol. 199. Offertoriũ.
Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta. ps. 31.

HOstias tibi domine, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani dicatas meritis, benignus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dñũ.
Communio. Multitudo languentium, & qui vexabantur a spiritibus immundis: veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Postcommu. Luc. 6.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus dñe Deus noster: vt, quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominũ.

¶ In festo sanctę Agnetis virginis & martyris. Introitus. die 21.



ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua domine intellexi: omnis consũmationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio. ps. 118 ibidem.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quęque confundas: cõcede propitius: vt, qui beatę Agnetis virginis & martyris tuę solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.
Epla. Confitebor tibi domine rex. de cõi virginum & martyrum. f. 205.

ps. 44. Graduale. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣.
Matt. 25. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite obuiam Christo domino, Alleluia. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. de eodem communi. folio. 206.
ps. 44. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi in letitia, et exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Hostias domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: et intercedente beata Agnete virgine et martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum.

ca. 25 Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit: exite obuiam Christo domino. Postcommunio.

Refecti cibo potuque celesti De⁹ noster, te supplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione pcepimus, eius muniamur et precibus. Per dominum nostrum Jesum.

die 22. ¶ In festo Sanctorum martyrum Vincentij, et Anastasij Missa.
Intret in conspectu tuo. de cōmuni plurimorum marty. fol. 198. excepta oratione, que dicit vt infra. Oratio.

Adesto, quesum⁹ dñe, supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra, reos nos esse cognoscimus, beatorū martyrū tuorum Vincentij et Anastasij intercessione liberemur: Per. Sec.

Munera tibi domine nre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserante reddātur. Per. Postcommunio.

Quesumus ops De⁹: vt qui celestia alimenta percepimus, intercedētibus beatis martyrib⁹ tuis Vincentio et Anastasio, per hec contra omnia aduersa muniamur. Per.

¶ In festo S. Emerētiane virginis et martyris, dicit Missa. Me expectauerunt peccatores. folio 206. die 23.

¶ Sācti Timothei episcopi et martyris. Introitus. die 24.



Statuit ei domin⁹ testamentū pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Memēto domine David, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oratio. Eccle. 45. ps 131

Infirmitatē nostram respice omnipotens Deus: et quia pond⁹ proprie actionis grauat, bti Timothei martyris tui atque pōtificis intercessio gloriosa nos protegat. Per d.

Lcō eplę bti Pauli apli ad Timot.

Charissime: Sectare iustitiā, pietatē, fidem, charitatem, patientiā, māsuetudinē. Certa bonū certamen fidei, apprehende vitā eternam, in qua vocatus es, et pfessus bonā pfessionē coram multis testib⁹. Precipio tibi corā Deo, qui viuificat oia: et Chro Jesu, q testimoniū reddidit sub Pōtio Pilato bonā pfessionem: vt serues mandatū sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum dñi nri Jesu Christi, quē suis tēporibus ostēdet beatus, et solus potēs, rex regum, et dñs dominantiū: q sol⁹ habet im- 1. ti. 6.

immortalitatē, & lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium in sempiternum.
Ps. 88. Amen. Graduale. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquita-
Ps. 109 tis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.
Si dicendus sit tractus, requiratur in communi vnius martyris pontifi. Desiderium animę. folio 194.
Euang. Si quis venit ad me. f. 194.
Ps. 88. Offertoriũ. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi dñe beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum no.
Ps. 88. Communio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in ęternum manebit: & sedes eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in ęternum: & testis in cęlo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus, domine Deus noster: vt beati Timothei martyris tui atq; pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectũ. Per do.
die 25. ¶ In Cõuers. S. Pauli apli. Intr.
2. Ti.



Scio cui credidi, & certus sũ: quia potens est depositum meũ seruare in illũ diem, iustus iudex. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quęsumus: vt qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum.
Et fit cõmemor. de S. Petro. Oro.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cęlestis animas ligandi, atq; soluendi pontificiũ tradidisti: cõcede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorũ nostrorum nexibus liberemur. Qui vi.
Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Saulus adhuc cap. 9.
spirans minarum & cędis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco, & subito circũfulsit eum lux de cęlo: & cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens, dixit. Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eũ. Surge, & ingredere ciuitatem: & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabãtur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra: apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat

ibi tribus diebus non videns: ⁊ non manducauit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: ⁊ dixit ad illum in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego, dñe. Et dñs ad illum. Surge, ⁊ vade in vicum qui vocatur Rectus: ⁊ quere in domo Jude Saulum nomine Tharsensem. Ecce enim orat. (Et vidit virũ Ananiam nomine introeuntem, ⁊ imponentẽ sibi manus, vt visum recipiat.) Respondit autẽ Ananias. Domine, audiui a multis de viro hoc, quãta mala sanctis tuis fecerit in Jerusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum, alligãdi omnes, qui inuocant nomẽ tuum. Dixit autem ad eũ dominus. Uade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, ⁊ regibus, ⁊ filijs Jsrael. Ego enim ostendã illi, quanta oporteat eum pro noie meo pati. Et abijt Ananias, ⁊ introiuit in domũ: ⁊ imponens ei manus, dixit. Saule frater, dominus Jesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas: vt videas, ⁊ implearis spiritu sancto. Et cõfestim ceciderunt ab oculis ei⁹ tanquam squame: ⁊ visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cũ accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, predicabat Jesum: quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes, qui eũ audiebant, ⁊ dicebant. Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalẽ eos, qui inuocabant nomen istud? ⁊ huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, ⁊ confundebat Judeos q habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Graduale. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ⁊ mihi inter gentes: ⁊ cognouerunt gratiã Dei, que data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole: ora pro nobis. Alleluia. Gal. 2 / Act. 9

Tractus sequens dicitur: si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesime. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: vere digne es glorificandus. ℣. Predicator veritatis, ⁊ doctor gentium in fide, ⁊ veritate. ℣. Per te oẽs gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Intercede ꝓ nobis ad Deũ, q te elegit.

Sequẽtia scti euang. sm Mattheũ.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, ꝑpter nomen meũ: centuplũ accipiet, ⁊ vitam eternam possidebit. Credo. ca. 19

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta. ps. 138

Apostoli tui Pauli precibus, domine, plebis tue dona sanctifica: vt, que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, ⁊c.

Pro

Pro sancto Petro. Secreta.

ECclesię tuę, quęsumus dñe, preces ꝛ hostias beati Apostoli tui Petri commendet oratio: vt qđ pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum nost.

Prefatio de Apostolis. folio. 96.

Mat. 19. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, ꝛ secuti estis me, centuplum accipietis, ꝛ vitam ęternam possidebitis. Postcommunio.

SAnctificati domine salutari mysterio, quęsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Pro sancto Petro. Postcõmunio.

LÆtificet nos Domine munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilē prędicamus, sic per illum tuę sumamus indulgentię largitatem. Per dominum nost.

Die 16. ¶ Sancti Polycarpi episcopi ꝛ martyris. Introitus.



SAcerdotes Dei benedicite dominũ: sancti ꝛ humiles corde laudate Deum. psal. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, ꝛ superexaltate eũ in sęcula. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio. (ibidem.)

DEus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque pontificis, annua solemnitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per dominum nostrum.

Lectio eplę beati Joãnis Apostoli.

j. ca. 3 CHarissimi: Omnis qui non est iustus, nõ est ex Deo, ꝛ qui nõ diligit fratrem suum. Quoniam hęc est annunciatio, quã audistis ab initio: vt diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat: ꝛ occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autē eius, iusta. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suũ, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam ęternam in se manētem. In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animã suam pro nobis posuit: ꝛ nos debemus pro fratrib9 animas ponere. Graduale. Gloria ꝛ honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarũ, domine. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia. ps. 8.

Tractus si dicendus sit, de communi vnius martyris pontificis. Beatus vir. 194. Euangelium. Si quis vult venire post me de communi vnius martyr. pontifi. 194. Offertorium.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meũ confortabit eũ. Sec. ps. 131

MUnera tibi domine dicata sanctifica: ꝛ intercedēte beato Polycarpo martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum Jesum.

Cõmunio. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcõmu. ps. 20.

HÆc nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedēte beato Policarpo martyre tuo atq; põtifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc.

In

Die 27. ¶ In festo S. Joannis Chrysostomi episcopi & confessoris. Introitus.

Eccl. 15.



IN medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię & intellectus: stolam glorię induit eum. Psal. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime.

ps. 91. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sctō. Orō.

ECclesiam tuam, quęsumus domine, gratia cęlestis amplificet: quam beati Joannis Chrysostomi confessoris tui atque pontificis, illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per dominum nostrum. &c.

Epist. Testificor. de cōi Doc. f. 203.

Eccle. 44. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui i diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir,

Jac. 1. qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Allelu.

Post Septuagesimam.

Tractus. Beatus vir, qui timet dominū. de communi Doctorum. folio. 203.

Euangelium. Vos estis sal terrę. de eodem communi. folio. 203.

ps. 91. Et dicitur Credo. Offert. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

SAncti pontificis tui Joannis Chrysostomi nobis dn̄e pia nō desit oratio: quę & munera nostra cōciliet, & tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrū.

Math. 25. Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcomunio.

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem: beatus Joannes Chrysostomus pontifex tuus, & doctor egregius, quęsumus, precator accedat. Per dominum nostrum.

¶ In festo sanctę Agnetis secundo. Introitus. Die 28.



VVltum tuum deprecabunt̄ omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eā: proximę eius adducētur tibi in lętitia, & exultatione. Psal. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut. ps. 44. Oratio.

DEus, qui nos annua btē Agnetis virginis & martyris tuę solennitate lętificas: da quęsumus: vt, quam veneramur officio, etiam pię conuersationis sequamur exemplo. Per dn̄m nostrum Jesuz Christū.

Epla. Qui gloriat̄. de cōi virg. 207.

Graduale. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, Alleluia. ps. 44.

Post septuagesimam.

Tractus. Audi filia de cōi virg. 207.

Euangelium. Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro. de eodem communi. folio. 208.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi. Secreta. ps. 44.

SVper has, quęsumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę & sanctificationem nobis clementer operetur: & de martyrum nos solēnitate lętificet. Per dominum nostrū Jesum Christum. &c.

Com-

Matt. 13. Communio. Simile est regnum cęlorũ homini negotiatori quęrenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & cõparauit eam. Postcõm.

Sumpsimus domine celebritatis annuę votiua sacramenta: pręsta quęsumus: vt & tẽporalis vitę nobis remedia prębeant, & ęternę. Per dominum nostrum Jesum.

FEBRVARII FESTA.

Die 1. ¶ In festo sancti Ignatij episcopi & martyris. Introitus.

Gal. 6. 

Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Psal. Memento

Ps. 131 Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sctõ. Orõ.

Deus, qui nos bti Ignatij martyris tui atq; pontificis annua solennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum nostrum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

cap. 8. Fratres. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptuz est: Quia propter te mortificamur tota die, ęstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. Certus sum eniz, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neque virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profunduz, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quę est in Christo Jesu domino nostro. Graduale.

Ecce sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legez excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Christo confixus sum cruci: viuo ego, iam nõ ego, viuit vero in me Christus, alleluia. Post Septuagesimam. Tractus. Desiderium animę eius, vt in cõmuni mart. pontif. f. 194. Euang. Nisi granum. de cõi marty. f. 196. Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Secreta. Eccle. 44.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per do.

Communio. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Postcommunio. Ps. 8.

Hęc nos communio Dñe purget a crimine: & intercedẽte beato Ignatio martyre tuo atque pontifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum. &c.

¶ In festo Purificat. beatę Marię. Die. 2

Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimę, Sexagesi. & Quinquagesimę, fit tantum candelarum benedictio, distributio, & processio, & dicitur missa de Dñica: Missa vero festi transfertur in sequentem diem.

¶ Finita tertia, Sacerdos indutus, pluuiali violaceo, vel sine casula, cuz ministris indutis procedit ad benedicenduz candelas in medio ante altare positas, dicendo. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.



Domine sancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus, qui omnia ex nihilo creasti, & iussu tuo per opera apuz, hunc

hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: et qui hodierna die petitionem iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hoīum, et sanitatem corporum, et aīarum, siue in terra, siue in aquis, per inuocationem tui sanctissimi nois, et per intercessionem beatę Marię semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrātur: et per preces oīum sanctorum tuorū, bene ✠ dicere, et sanctifi ✠ care digneris: et huius plebis tuę, quę illas honorifice in manibus desiderat portare, teq; cantando laudare, exaudias voces de cęlo sancto tuo, et de sede maiestatis tuę: et propitius sis oībus clamantibus ad te, quos redemisti pretioso sanguine fiij tui. Qui tec. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne De⁹, qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendū pręsentasti: tuā supplices deprecamur clemētiā: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nois magnificentia suscipientes, gestare cupimus luce accensas: be ✠ nedicere, et sancti ✠ ficare, atque lumine supernę benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino Deo nostro offerendo, digni, et sancto igne dulcissimę charitatis tuę succensi, in templo sancto glorię tuę representari mereamur. Per eundem dn̄m. ℟. Amen. Oremus.

Domine Jesu Christe, lux vera: qui illuminas oēm hominē venientem in hunc mundum: effunde bene ✠ dictionem tuā super hos cereos: et sancti ✠ fica eos lumine gratię tuę: et concede propitius: vt sicut hęc luminaria igne visibili accēsa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne, idest, sancti spiritus splendore, illustrata, omnium vitiorum cęcitate careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere possimus, quę tibi sunt placita, et nostrę saluti sunt vtilia: quatenus post huius sęculi caliginosa discrimina: ad lucem indeficientem peruenire mereamur: Per te Christe Jesu saluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis et regnas, Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotēs sempiterne Deus, qui per Moysen famulū tuū purissimū olei liquorem, ad luminaria ante cōspectum tuū iugiter concremanda pparari iussisti: bene ✠ dictionis tuę gratiam super hos cereos benignus infunde: quatenus sic administrent lumen exterius: vt, te donante, lumen spiritus tui nr̄is nō desit mentibus interius. Per dn̄m. in vnitate eiusdem. ℟. Amē. Oremus.

Domine Jesu Christe: qui hodierna die in nostrę carnis substantia inter hoīes apparēs, a parentibus in tēplo es pręsentatus: quem Simeon venerabilis senex, lumine spūs tui irradiatus, agnouit, suscepit, et benedixit: presta, ppitius: vt eiusdē spūs scti gratia illuminati, atq; edocti, te veraciter agnoscamus, et fideliter diligamus: Qui viuis et regnas in vnitate eiusdē spūs sancti. ℟. Amē.

¶ Completa bn̄dictione, celebrans aspergit candelas aqua benedicta, et adolet incenso: deinde dignior ex clero accedit ad altare et ab eo celebrans accipit candelam accensam non genuflectens, nec osculans manum illius, postea celebrans distribuit candelas accensas: primū digniori a quo ipse acceperat: deinde Diacono et

Subdiacono paratis, ⁊ alijs per ordinẽ, oĩbus genuflectẽtib⁹ ⁊ manũ celebrãtis osculãtib⁹, exceptis plãtis, vbi aderint. Et cũ inceperit distribuere, a Choro cantatur Añ. Lumen ad reuelationẽ gentium: ⁊ gloriam plebis tuę Israel. Cant. Nunc dimittis seruũ. Ita q̃d post quemlibet versuz Cantici, ⁊ post Gloria patri. ⁊ Sicut erat. repetatur tota Antipho. Lumen ad. His expletis cantatur Antiphona.

ps. 43. Exurge domine, adiuua nos: ⁊ libera nos propter nomẽ tuũ.
ps. 48. ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Item repetitur Exurge domine. Deinde dicat sacerdos. Oremus. Et diaconus. Flectamus genua. ℞. Leuate. si tñ infra lxx. euenerit. Oratio.

Exaudi, quęsumus domine, plebem tuã: ⁊ quę extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratię tuę luce concede. Per dominum nostrum. ℞. Am̃. Deinde fit processio. Posito in thuribulũ incenso per celebrantem pręcedit thuriferarius cuz thuribulo fumigante: deinde Diaconũ veniente ad populum, ⁊ dicente. Procedamus in pace, ⁊ choro ℞. In nomine Christi Amen. Subdiaconus paratus deferẽs crucẽ medius inter duos accolytos cum candelabris accensis, quod seruatur in omnibus processionibus, sequitur clerus per ordinem, vltimo celebrans cum diaconus in paramentis violaceis, omnes cũ cãdelis accensis, ⁊ interim cantatur antiphonę sequentes. Antiphona.

Lucę 2 Adorna thalamum tuum Sion, ⁊ suscipe regem Christum: amplectere Mariam, quę est cęlestis porta: ipsa enim portat regem glorię noui luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prędicauit populis dominum eum esse vitę ⁊ mortis, ⁊ saluatorem mundi. Alia Antiphona. Responsum accepit Si- Lucę
meon a spiritu sancto non visurum se mor- 2.
tem, nisi videret Christum domini: ⁊ cuz inducerent puerum in templum, accepit eum in vulnas suas: ⁊ benedixit Deum, ⁊ dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine in pace. ℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

Et ingrediendo Ecclesiã, cãtatur ℞.
Obtulerunt pro eo domino par turturum: Lucę
aut duos pullos columbarum. Sicut scri- 2.
ptum est in lege Domini. ℣. Postquam impleti sunt dies purgationis Marię, secũdum legẽ Moysi, tulerunt illũ in Jerusalẽ: vt sisterent eum domino. Sicut scriptum. ℣. Gloria patri. Sicut scrip.

¶ Finita Processione, celebrans ⁊ Ministri ẽpositis violaceis, accipiũt paramenta alba pro Missa.

IN FESTO die 2.

Purificationis Beatę Marię

Introitus.



Suscepimus De⁹ ps. 47
misericordiaz tuã in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. psal.
Magnus dominus ⁊ ibidez.
laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, maiestatem tuã supplices exoramus, vt, sicut vnigenit⁹ filius tuus

hodierna die cum nostrę carnis substantia in templo est pręsentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus pręsentari. Per eundem dominum.

Lectio Malachię prophetę.

cap. 3. HÆc dicit dominus Deus. Ecce, ego mitto angelum meũ: & pręparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quęritis: & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui: & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Jerusalem, sicut dies sęculi, & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipo-

ps. 47. tens. Graduale Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secũdum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terrę.

℣. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius:

Alleluia. alleluia. ℣. Senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Allelu.

Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post dominicã Septua-

Lucę 2. gesimę. Tractus. Nunc dimittis seruũ tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. ℣. Quod parasti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel. Dum cantatur euangelium, tenentur candelę accensę ab astantibus, & in eleuatione Sacramenti vsque ad Comm.

Sequentia sancti euangeli secundum Lucam.

IN illo tpe: Postquam impleti cap. 2. sunt dies purgationis Marię secundum legem Moysi: tulerũt Jesum in Jerusalem, vt sisterent eum domino, (sicut scriptũ est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secunduz quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeõ: & homo iste iustus & timoratus, expectãs consolationem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto, nõ visurũ se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuuz. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentiuz, & gloriam plebis tuę Israel. Credo.

Offertorium Diffusa est gratia in labijs ps. 44. tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi. Secreta.

EXaudi Domine preces nr̃as: & vt digna sint munera, quę oculis tuę maiestatis offerimꝰ, subsidiuz nobis tuę maiestatis impende. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum. &c.

Pręfatio de Nati. Domini. fol. 90.

Cõmun. Responsum accepit Simeon Luc. 2. a spiritu sancto, nõ visurum se mortem, nisi videret

videret Christum domini. Postcommunio.

O Uesumus domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, que pro reparationis nostre munimine contulisti, intercedente beata Maria semper virgine, et presens nobis remedium esse facias, et futurum. Per dominum nostrum Jesum.

die 3. ¶ Sancti Blasij episcopi et martyris, Missa Sacerdotes Dei. vt in communi vnius marty. pont. 194.

die 5. ¶ In festo sancte Agathe virginis et martyris. Introitus.



GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beate Agathe martyris: de cuius passione gaudent angeli, et collaudant filium Dei.

ps. 44. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt, qui beate Agathe virginis et martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. ca. 1. FRatres: Uidete vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea que non sunt: vt ea que sunt: destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu: qui factus est nobis sapientia, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio: vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur.

Graduale. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, et non confundebar. Alleluia. ps 45. ps. 118

Post Septuagesimam. Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. ps. 125

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam ex quacunque causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc, dimittet homo patrem et matrem, et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, et dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechatur: et qui dimissam duxerit, mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud: sed ca. 19.

quibus datum est. Sunt enim eunuchi, q de matris vtero sic nati sunt: ⁊ sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: ⁊ sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum celoruz. Qui potest capere capiat. Offertorium.
ps. 44. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in beatę Agathę Virginis ⁊ martyris tuę solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum. Communio. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, ⁊ mammillam meam meo pectori restituere: ipsum inuoco Deuz viuum. Postcommunio.

Auxilientur nobis dñe sũpta mysteria: ⁊ intercedente beata Agatha virgine ⁊ martyre tua, sépiterna nos protectione ꝯfirment. Per.

die 6. ¶ Sanctę Dorotheę Virgi. ⁊ martyris, missa. Me expectauerunt. in communi virg. ⁊ marty. fol. 206.

die 9. ¶ Sanctę Apollonię virg. ⁊ marty. Missa. Loquebar de testimonijs tuis. in cõi virginis ⁊ marty. f. 205.

die 14. ¶ Sancti Valentini presbyteri, ⁊ mar. Missa, In virtute tua domine. de cõi vnius marty. fol. 195. preter orationem, quę dr̃ vt infra. Oratio.


Presta, quęsum⁹ omnipotés De⁹: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per dñm nostrũ. Secre.

Oblatis, quęsum⁹ dñe, placare munerib⁹: ⁊ intercedéte beato Valentino martyre tuo, a cũctis nos defende periculis. Per d. Postcõ.

Sit nobis Domine reparatio mentis ⁊ corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionem, sentiamus effectuz. Per dñm.

¶ Sanctorum martyrũ Faustini, ⁊ Iouitę missa. Salus auté iustorum. vt in cõmuni plurimorũ mart. f. 199. die 15.

¶ Sancti Simeonis episcopi ⁊ martyris missa. Statuit ei Dominus. de cõi vnius marty. pontifi. fol. 193. die 18.

¶ In cathedra Antiochena sancti Petri apostoli, omnia dñr sicut in festo Cathedrę Romanę. fol. 148. die 22.

¶ In Vigilia S. Matthię, missa. Ego autem sicut oliua fructificaui. in communi apostolorum. fol. 193. die 23. vel 24.
Si hęc vigilia venerit ĩ Quadragesima, fit ea de tantum commem.

¶ In festo S. Matthię Apostoli. die 24. vel 25.

Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis cõfortatus est principatus eorum. Psalmus. Dñe, ꝓbasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã, ⁊ resurrectionẽ meã. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. ps. 138. ibidez.

Deus, qui beatum Matthiam apostolorũ tuorum collegio sociasti: tribue, quęsumus: vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrum Iesum. ⁊c.

Lectio Actuum Apostolorum.

In dieb⁹ illis: Exurgés Petrus in medio fratrũ, dixit. (Erat auté turba hominũ simul, fere centũ viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturã, quã ꝑdixit spũs sãctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum, qui cõprehenderunt Iesum: q connumeratus erat in nobis, ⁊ sortitus est sortez ministerij huius. Et hic cap. 1.

qui

quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medi⁹, & diffusa sunt oĩa viscera eius. Et notũ factũ est oĩbus habitãtib⁹ Jerusalē: ita vt appellaret̃ ager ille, lingua eoꝝ haceldema, hoc est, ager sãguinis. Scriptũ est eniz ĩ libro Psalmoꝝ. Fiat cõmoratio eius deserta: & non sit q habitet in ea: & episcopatuz eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, q nobiscũ sunt ꝯgregati, in omni tp̃e quo intrauit & exiuit inter nos dñs Jesus, incipiẽs a baptismate Joãnis, vsq3 in diẽ, qua assumpt⁹ est a nobis, testez resurrectionis eius nobiscũ fieri vnũ ex istis. Et statuerũt duos, Joseph q vocabat̃ Barsabas, q cognominat⁹ est iust⁹, & Matthiã. Et orãtes dixerũt. Tu dñe, q nosti corda oĩum, ostẽde quẽ elegeris ex his duobus vnũ, accipere locũ ministerij huius & apostolatus, de quo preuaricat⁹ est Judas, vt abiret in locũ suũ. Et dederũt sortes eis: & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis. Graduale.

ps. 138 Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos: & super arenã multiplicabunt̃.

ps. 110 Tractus. Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti euangelij secunduz Mattheum.

ca. 10. In illo tp̃e. Respõdẽs Jesus dixit. Confiteor tibi pater, domine celi & terre: qa abscõdisti hec a sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Jta pater, qm̃ sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ, nisi pater: neq3 patrẽ qs nouit, nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelare. Uenite ad me oẽs q laboratis, & onerati estis: & ego reficiã vos. Tollite iugũ meum sup vos, & discite a me, qa mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus vestris: Jugũ enim meuz suaue est, & onus meũ leue. Credo.

Offertorium. Constitues eos principes sup oẽm terrã: memores erunt nois tui dñe, in omni progenie & generatione. ps. 44.

Secreta. Hostias tibi Dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, sancti Matthie ꝓsequatur oratio: p quam nos expiari facias, & defendi. Per d.

Prefatio de Apostolis. folio 96.

Cõmunio. Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Jsrael. Mat. 19.

Postcommunio. Presta, quesumus omnipotẽs Deus: vt per hec sancta que sumpsimus, interueniente btõ Mathia apostolo tuo, veniam consequamur, & pacem. Per dominum nost.

MARTII FESTA.

¶ In festo S. Thome de Aquino. die 7

Introitus.



In medio Ecclesie aperuit os ei⁹: & impleuit eum domin⁹ spiritu sapientie, & intellectus: stolam glorie induit eum. Psal. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. eccl. 15 ps. 91.

Oratio. Deus, qui ecclesiam tuam beati Thome confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fecũdas: da nobis, qs, & que docuit, intellecta conspicere, & que egit, imitatione complere. Per dñm.

Scda oratio de feria, tertia vt sequit̃.

Pro commemo. sanctarum marty. Perpetue τ Felicitatis. Oratio.
Da nobis, quesumus domine, sanctarum martyrũ tuarũ. Cuz sua sec. τ Postc. vt i cõmuninõ virg. f. 208.
Epist. Iustus cor suum tradet. f. 203.
ps 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: τ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: τ non supplãtabunt gressus eius.
ps. 111 Tractus. Beat⁹ vir, qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria, τ diuitie in domo eius: τ iustitia eius manet in seculũ seculi. Euangel. Vos estis sal terre. folio 203. Credo. Offertorium.
ps. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedr⁹, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta.
Sancti Thome confessoris tui, atque doctoris nobis domine pia nõ desit oratio: que τ munera nostra conciliet, τ tuam nobis indulgẽtiã semp obtineat. Per do. Cõmun.
Matt. 24. Fidelis seruus, τ prudens: quẽ constituit dominus super familiaz suam: vt det illis in tẽpore tritici mensuraz. Postcõmunio.
Vt nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas confessor tuus, τ doctor egregi⁹, quesumus, precator accedat. Per dñm.
dic 9. ¶ In festo sanctorum Quadraginta Martyrum. Intro.
ps. 33. Clamauerunt iusti, τ dominus exaudiuit eos: τ ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos.
ibidez. Psal's. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, τ filio, τ spiritui. Oratio.
Presta, q̃s ops De⁹: vt, qui gloriosos martyres, fortes in sua cõfessione cognouim⁹, pios apud te in nr̃a intercessiõe sẽtiam⁹. Per. Epl.

Sancti per fidẽ. de cõi plu. m̃. 200.
ps. 132 Grad. Ecce quam bonum, τ quam iucundũ, habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguẽtũ in capite: quod descendit in barbã: barbã Aarõ.
ps. 125 Trac. Qui seminãt i lacrymis: i gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt, τ flebãt mittẽtes semina sua. ℣. Venientes autẽ veniẽt cum exultatione, portãtes manipulos suos. Euãg. Descẽdẽs Jesus de mõte. de eodez cõi. fol. 199. Offertoriũ.
ps. 31. Letamini in domino, τ exultate iusti: τ gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Sacrificijs p̃sentib⁹, quesumus dñe, itẽde placatus: vt itercedẽtib⁹ sc̃tis martyrib⁹ tuis, τ deuotioni nr̃e p̃ficiãt, τ saluti. Per. Cõmu.
Matth. 12. Quicunque fecerit voluntatez patris mei, qui in celis est: ipse me⁹ frater, τ soror, τ mater est, dicit dominus. Postcommun.
Quesumus omnipotẽs Deus: vt illius salutaris capiam⁹ effectum: cuius per hec mysteria pign⁹ accepimus. Per dominum nr̃m.
dic 12. ¶ In festo S. Gregorij pape, τ cõf. doctoris Ecclesie. Introitus.
Dan. 3 Sacerdotes Dei benedicite dominum: sancti τ humiles corde laudate Deum.
ibidez. Psal's. Benedicite oĩa opa dñi dño: laudate, τ superexaltate eũ in secula. ℣. Gloria pa. Oratio.
Deus, q animẽ famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia ꝯtulisti: cõcede, p̃pitius: vt qui peccatoꝝ nostroꝝ põdere p̃mimur, eius apud te p̃cibus subleuemur. Per d.
Epl'a. Testificor coram Deo. de cõmuni Doctorum. fol. 203. Gradua.
ps. 109 Iurauit dominus, τ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum, secundum ordinez Melchisedec. ℣. Dixit dominus domino

no meo: sede a dextris meis. Tractus.
ps. 111 Beatus vir qui timet dominum: in manda
tis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra e-
rit semen eius: generatio rectorum benedi
cetur. ℣. Gloria, & diuitię in domo eius: &
iustitia eius manet in sęculum sęculi. Euág.
ps. 88. Uos estis sal ter. 203. Credo. Offer.
Ueritas mea & misericordia mea cum ip-
so: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Secreta.
Annue nobis, quęsumus Domi
ne: vt intercessione beati Gre-
gorij hęc nobis profit oblatio, quam
immolando totius mũdi tribuisti re
laxari delicta. Per dominũ. Cõmu.
Matt. 24. Fidelis seruus & prudens, quem constituit
dominus super familiam suam: vt det illis
in tempore tritici mensuram. Postcõm.
Deus, qui beatũ Gregoriũ põti-
ficẽ tuũ sanctorum tuorum meritis
coęquasti: concede propitius: vt qui cõme-
morationis eius festa recolimus, vitę
quoque imitemur exempla. Per do-
minum nostrum Jesum Christum
¶ In festo S. Joseph confessoris.
die 19. Introitus.
ps. 91. Justus, vt palma florebit:
sicut cedrus Libani multi-
plicabit: plantatus in do-
mo Domini in atrijs domus
Ibidem. dei nostri. Psalm. Bonum
est cõfiteri Domino: & psallere nomini tuo,
altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.
Sanctissimę genitricis tuę spon-
si, quęsumus dñe, meritis adiu-
uemur: vt, quod possibilitas nostra
non obtinet, eius nobis intercessione
donetur. Qui viuis & reg. Episto.
Dilectus Deo. folio 205. Gradua.
ps. 20. Domine pręuenisti eum in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in capite eius coronam
de lapide pretioso. ℣. Uitam petijt a te, &
tribuisti ei longitudinẽ dierũ, in sęculũ sęculi.

Tractus. Beatus vir, qui timet dñm: in
mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in ps. 111
terra erit semen eius: generatio rectorũ be-
nedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius:
& iustitia eius manet in sęculũ sęculi. Post
Pascha. Alleluia, alle. ℣. Amauit eũ Eccle. 45.
dominus, & ornauit eum: stolã glorię induit
eum. Alle. ℣. Justus germinabit sicut li- Osee. 24.
lium: & florebit in ęternum ante dominum.
Alleluia. Euãgeliũ. Cũ esset despon-
sata. vt in vigilia Nati. Dñi. folio 7.
Offertorium. Ueritas mea, & misericor ps. 88.
dia mea cum ipso: & in nomine meo exalta-
bitur cornu eius. Secreta.
Debitũ tibi dñe nostrę reddimus
seruitutis, suppliciter exorãtes:
vt suffragijs beati Joseph sponsi ge-
nitricis filij tui Jesu Christi domini no
stri, in nobis tua munera tuearis, ob
cuius venerandam festiuitatẽ, laudis
tibi hostias immolamus. Per eũd.
Communio Joseph fili David, noli ti- mat. 1.
mere accipere Mariam coniugem tuam:
quod enim in ea natum est, de spiritu san-
cto est. Postcommunio.
Adesto nobis, quęsumus misericors
Deus: & intercedente pro nobis
beato Joseph confessore tuo, tua circa
nos propitiatus dona custodi. Per
dominum nostrum Jesum Christum.
¶ In festo S. Benedicti abb. missa die 21.
Os iusti. de cõi Abbatum. fol. 205.
¶ De festis duplicibus & semidupl.
quę veniunt a dñica Palmarũ vsque
ad oct. Paschę, nihil fit: sed post oct.
celebrantur: & tũc in fine Introitus
ante psalmũ dicũtur duo Alleluia.
in fine Offertorij, & Communionis
vnum Alleluia. Post epistolam non
dr Graduale. sed tantum Alleluia,
dñr cum suis versibus. Et hoc idem
obseruatur in omnibus festis, quę
celebrantur inter Pascha, & Pente.

IN FESTO Annunciationis B. Marię virginis.

die 25. Introitus.

ps. 44. 

Vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eã: proximę eius adducentur tibi in lętitia, & exultatione. Psalm. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

ibidem.

Deus, q de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eundem dominum.

Lectio Isaię prophetę.

cap. 7. In diebus illis. Locut⁹ est dñs ad Achaz, dicens. Pete tibi signum a dño Deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tẽtabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ Dauid. Nũqd parũ vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrũ & mel comedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Graduale.

ps. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum.

℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuã. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proximę eius offerentur tibi. Adducentur in lętitia, & exultatione: adducentur in templum regis. Post pascha, dimissis graduali & tractu, dicitur, Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia. ℣. Virga Iesse floruit: virgo Deũ & hominẽ genuit: pacẽ Deus reddidit, in se reconcilians ima summis, Alleluia.

Luce 1.

Sequentia scti euange. sm Lucam.

In illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce, concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in ęternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondẽs angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq;, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mensis est sext⁹ illi, quę vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud Deum omne verbũ. Dixit aũt Maria. Ecce

cap. 1.

ce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuũ. dicitur. Credo.

Lucę 1 Offertorium. Aue Maria, gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris, quęsum⁹ dñe, verę fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine Deum verũ & hominẽ confitemur: per eiusdem salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per eundem dominum nostrum Jesum.

Prefatio. Et te in Annunciat. f. 95.

Isa. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommunio.

GRatiam tuam, q̃s dñe, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus, per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eũdem dominum nostrum Jesum Christum.

APRILIS FESTA.

die 2. Francisci de Paula missa. Just⁹ vt palma. In cõi conf. nõ põt. pręter orationem, quę dicitur vt infra.

DEus humilium celsitudo, qui beatum Frãciscũ cõfessorẽ tuũ sanctorum tuorum gloria sublimasti, tribue q̃s: vt eius meritis, & imitatione promissa humilibus pręmia feliciter consequamur. Per. Secreta.

HEc dona deuotę plebis dñe, quibus tua cumulam⁹ altaria, beati Frãcisci meritis tibi grata nobisq̃ salutaria, te miserante reddant. Per. Postcommunio.

SVmpta dñe sacramẽta cęlestia, beato Frãcisco cõfessore tuo intercedente, precamur: vt & temporalis vite subsidia nobis conferant, & ęternę. Per dominum nostrum.

In festo sancti Leonis Papę & confessoris. Introitus. die 11.

STatuit ei dominus testamẽtum pacis: & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Memẽto domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. Eccle. 45. Ps. 131.

EXaudi, quęsumus dñe, preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atq; pontificis solẽnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per dominum nostrũ. Epla. Eccle. 44.

Ecce sacerdos magnus. 201. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Tractus. Beatus vir qui timet dominũ. de cõi cf. pont. f. 201. Post pascha. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec. Alleluia. Ps. 109. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia. Euãgelium. Uenit Jesus in partes Cęsareę: vt sup. in Cathedra. f. 48. Offertorium. Ps. 88.

Inueni Dauid seruũ meũ, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiũ meum confortabit eum. Secre.

SAncti Leonis confessoris tui, atq; pontificis, q̃s dñe, annua solẽnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt p hęc pię placatiõis officia, & illũ beata retributio comitet, & nobis grã tuę dona cõciliet. Per dñm.

Communio. Beatus seruus, quem cũ venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis, super omnia bona sua cõstituet eum. Postcommunio. Matt. 24.

DEus fidelium remunerator animarum:

marū, presta: vt beati Leonis confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatē, precibus indulgentiā cōsequamur. Per dominum nostrum.

die 14. ¶ SS. marty. Tiburtij, Ualeriani, & Maximi. Si venerint āte Pasch. & voluerit quis de eis missā celebrare, omnia dicant de cōi plurimorum mart. extra tēpus paschale. Si autē venerit post Pascha, dicitur sequens missa, Nō & in similib⁹ seruat. Introitus.

ps. 114 Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia, alleluia.

ibidem. Psal. Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. ℣. Gloria. Oratio.

PResta, quesumus omnipotens Deus: vt, qui sanctorū martyrum tuorum Tyburtij, Ualeriani, & Maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dñm. Epistola. Stabunt iusti. de communi martyrum tēpore paschali. fol. 196.

ps. 115 Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium: & sicut odor balsami erunt ante te, Alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, alleluia. Euange. Ego sum vitis vera. de eodem communi. folio 196.

ps. 31. Offertorium. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, Alleluia, alleluia. Secreta.

HAec hostia, qs Dñe, quā in sanctorū tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostre prauitatis absoluat, & tue nobis misericordie dona concilier. Per dominū. Cōm.

ps. 14. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Allelu. Postc.

SAcro munere satiati, supplices te dñe deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nostrum Jesum.

¶ S. Aniceti pape & marty. missa d̄ cōi vni⁹ mart. tpe Pasch. cū orōne Deus, q nos beati. 194. & euangel. Amen dico vobis, qa plorabit. 198. die 17.

¶ In festo SS. marty. & pontificū Sotheris & Caij, missa de cōi pluriū marty. tempore paschali, cū orōne. Beatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum. fol. 198. Epla. Post hec ego Joannes. folio 198. die 22.

¶ In festo S. Georgij martyris Introitus. die 23.



PRotexisti me de⁹ a conuentu malignantium, Alleluia: a multitudine operantiū iniquitatem, Alleluia, alleluia. Ps. Exaudi deus orationem meam cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. ps. 63. ibidem.

DEus, qui nos bti Georgij martyris tui meritis & itercessione letificas: pcede propitius: vt, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dñm. Epistola. Memor esto. 195. Allelu. allelu. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum, Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronā de lapide pretioso, Allelu. Euāge. Ego sum vitis vera. de communi tempore pascha. f. 196. ps. 88. ps. 20.

Offertoriū. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: & veritatem tuā in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secreta. ps. 88

MUnera dñe oblata sctifica: & intercedēte beato Georgio martyre

tyre tuo, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

ps. 63. Cómu. Letabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluia, alleluia. Postcómun.

SUpplices te rogamus oipotens Deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo: tibi etiaz placitis moribus dignáter tribuas deseruire. Per.

die 25. ¶ In festo S. Marci Euág. Intro.



ps. 63. PRotexisti me deus a conuentu malignantiú, Alleluia: a multitudine operantiuz iniquitatez, Alleluia, alleluia. Psalmus. Exaudi Deus orationé meaz cum deprecor: a timore ibidez. inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui beatú Marcuz euangelistam tuum, euangelicę prędicationis gra sublimasti: tribue qs, eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per dnm.

Lectio Ezechielis prophetę.

cap. 1. SImilitudo vultus quatuor animaliú: facies hois, & facies Leonis a dextris ipsoruz quatuor: Facies autem Bouis a sinistris ipsorum quatuor: & facies Aquilę desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pénę eorum extentę desuper: duę pennę singulorú iungebantur, & duę tegebát corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cú ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hęc erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

Alleluia, alle. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, allelu. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso, Alleluia. ps. 88. ps. 20.

Sequentia scti euange. sm Lucam. ca. 10.

IN illo tempore: Designauit dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante facié suá i omné ciuitaté & locú, quo erat ipse véturus. Et dicebat illis. Messis quidé multa: operarij auté pauci. Rogate ergo dnm messis, vt mittat oparios in messem suam. Ite. Ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, necq peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quamcuncq domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illuz pax vestra: sin autez, ad vos reuertet. In eadem auté domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quácúqz ciuitatem intraueritis, & susceperint vos: mádueate quę apponunt vobis: & curate infirmos qui in illa sunt: & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. dñ Credo.

ps. 88. Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secreta.

BEati Marci euangelistę tui solénitate, tibi munera deferentes, quęsumus dñe: vt, sicut illú prędicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessio, & vbo & opere

re

re tibi reddat acceptos. Per dñm.
Prefatio de apostolis. f. 96. Com.
ps. 63. Letabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde, Alleluia, alleluia. Postcommunio.

Tribuát nobis, q̃s dñe, ꝯtinuũ tua sácta ꝑsidiũ: quo bti Marci euangelistę tui ꝑcib⁹ nos ab omnib⁹ semper tueanť aduersis. Per dñm.

die 26. ¶ In festo SS. Cleti ⁊ Marcellini pót. ⁊ m̃. missa. Sancti tui dñe bñdi. de cói plu. m̃. tpe pasc. 197. cũ oróne. Beatorum martyrũ. vt ibidem.

die 28. ¶ S. Vitalis martyris Missa d̃ cói vnius mart. tpe paschali. 196. Oro.
Presta, q̃s oṗs Deus: vt qui beati.

die 29. ¶ S. Petri mar. missa. Protexisti me deus. de cói mart. nó pót. preter orationem, quę dicitur vt infra.

Presta, q̃s oṗs deus, vt bti Petri martyris tui fidem congrua deuotione sectemur qui pro eiusdem fidei dilatatione, martyrij palmá meruit obtinere. Per dñm. Secreta.

Preces quas tibi dñe offerim⁹, intercedéte beato Petro martyre tuo cleméter intéde, ⁊ fragiles fidei sub tua ꝓtectione custodi. Per dominum nostrum. Postcommun.

Fideles tuos dñe custodiant sacraméta q̃ sumpsimus: ⁊ intercedéte beato Petro martyre tuo contra oés aduersos tueanť incursus. p.
Epistola. Carissime memor esto.
Euangelium. Ego sum vitis vera.

MAII FESTA.

die 1. ¶ In festo SS. Apl'oꝝ Philippi ⁊ Jacobi. Introitus.

ps. 33. Clamauerunt ad te domine in tempore afflictionis suę: ⁊ tu de cęlo exaudisti eos, Alleluia, alleluia. Psal's.
ibidẽ. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui nos annua apostolorum tuoruz Philippi ⁊ Jacobi solénitate letificas: presta quęsumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per do.

Lectio libri Sapientię.

Stabunt iusti in magna ꝯstantia cap. 5. aduersus eos qui se angustiauerunt: ⁊ qui abstulerunt labores eoꝝ. Vidétes turbabunť timore horribili ⁊ mirabuntur in subitatione insperatę salutis, dicentes intra se, pęnitétiaz agentes, ⁊ ꝑ angustia spũs geméte. Hi sunt, quos aliquãdo habuim⁹ in derisũ, ⁊ in similitudiné improperij. Nos insensati, vitá illoꝝ ęstimabam⁹ insaniam: ⁊ finem illorũ sine honore. Ecce, quomodo computati sunt iter filios Dei: ⁊ inter sctós sors illoꝝ est.

Alleluia. alle. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritaté tuá in ecclesia sanctorũ, allelu. ps. 88.
℣. Táto tépore vobiscũ suz, ⁊ nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum alleluia. Jo. 14.

Sequétia sancti euág. sm̃ Joannez.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrũ. Creditis i Deũ: ⁊ i me credite. ca. 14. In domo patris mei mãsiones multę sunt. Si quo minus dixissẽ vobis, qa vado parare vobis locũ. ⁊ si abiero, ⁊ preparauero vobis locũ, iterum veniam, ⁊ accipiá vos ad meipsum: vt vbi ego sũ, ⁊ vos sitis. Et quo ego vado, scitis: ⁊ viá scitis. Dicit ei Thomas. Domine, nescimus quo vadis: ⁊ quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via, veritas, ⁊ vita. Nemo venit ad patrem, nisi ꝑ me. Si cognouissetis me, ⁊ patrem meum vtique cognouissetis: ⁊ amodo cognoscetis eum, ⁊ vidistis eum.

eu3. Dicit ei Philippus. Dñe, ostē de nobis patrē: τ sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tēpore vobiscū su3, τ nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt τ patre3. Et quomodo tu dicis: ostende nobis patrē? Nō credis qa ego in patre, τ pater in me est? Verba q̄ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater aute3 in me manens, ipse facit opera. Non creditis qa ego in patre, τ pater in me est? Alioquin ꝑpter opera ipsa credite. Amē, amē dico vobis: q credit ī me, opa q̄ ego facio τ ipse faciet: τ maiora horū faciet, qa ego ad patrē vado. Et quodcūq3 petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam. dicit̃ Credo.

ps. 88. Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: τ veritatem tuam in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secreta.

Munera, dñe, quę ꝑ aplōꝝ tuorū Philippi, τ Jacobi solēnitate deferimus, propitius suscipe: τ mala omnia quę meremur auerte. Per.

Pręfatio de Apostolis. f. 96. Cōm.

Jo. 14. Tanto tempore vobiscum sum: τ non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt τ patrem meum, alleluia: non credis qa ego in patre, τ pater in me est? Alleluia, alleluia. Postcommunio.

Quęsumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum solemnia celebramus, eorum oratio nibus adiuuemur. Per dominum.

die 2. ¶ In festo sancti Athanasij episcopi τ ꝯfessoris. Introit⁹.

Eccle. 15. 

In medio Ecclesię aperuit os eius: τ impleuit eum dominus spiritu sapientię, τ intellectus: stola3 glorię induit eum, alleluia, alleluia.

Psalm⁹. Bonū est cōfiteri domino: τ psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri, τ filio, Oratio. ps. 91.

Exaudi, quęsumus domine, preces nostras: quas in bti Athanasij confessoris tui atq3 pontificis solemnitate deferimus: τ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentib⁹ meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per dominum nostrum.

Lectō eplę bti Pauli aplī ad Corin.

Fratres: Non nosmetipsos prędicamus, sed Jesum Christu3 dominum nostrum: nos autem, seruos vestros per Jesum. Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientię claritatis Dei in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istu3 in vasis fictilib⁹, vt sublimitas sit virtutis Dei, τ non ex nobis. In omnib⁹ tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: ꝑsecutionē patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed nō confundimur: deijcimur, sed nō perimus: semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circunferentes: vt τ vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper eni3 nos qui viuimus, in mortē tradimur propter Jesum: vt τ vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis: Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptu3 est: Credidi, propter quod locutus su3: τ nos credimus propter quod τ loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Jesum, τ nos cum Jesu suscitabit, τ constituet vobiscum. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec, ps. 109 Alla.

Alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert ten-
Sap.1 tationem: quoniam cum probatus fuerit,
accipiet coronam vitę, Alleluia.

Sequentia scti euág. fm Mattheū.

Ca. 10. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cum persequētur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis: non ꝯsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hoīs. Non est discipulus super magistruz, nec seruus super dominū suū. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister ei⁹: ⁊ seruo, sicut dn̄s eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerūt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non reueletur: ⁊ occultū, quod non sciat. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidūt corpus: animam autē non possunt occidere. Sed potius timete euz, qui potest ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennam. dicitur. Credo.

Ps. 88. Offertorium. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum, Alleluia.

Secreta.

Sancti Athanasij confessoris tui atq́ȝ pontificis, quęsumus Domine, annua solemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, per hęc pię placationis officia, ⁊ illum beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum.

Matt. 10. Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: ⁊ quod in aure auditis, prędicate super tecta, Alleluia.

Postcommunio.

Deus fidelium remunerator animarum, pręsta: vt, beati Athanasij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nostruz.

¶ In festo Inuentionis sanctę Crucis. Introitus. die 3.



Gal. 6. Nos autem gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati ⁊ liberati sumus, Alleluia alleluia. Psalmus. ps 66

Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, ⁊ misereatur nostri. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, qui in pręclara salutiferę crucis Inuentione, passionis tuę miracula suscitasti: concede: vt vitalis ligni p̄tio, eternę vitę suffragia consequamur. Qui viuis ⁊ regnas.

Pro cōmemorat. sanctorū martyrū Alexandri, Euētij, Theoduli episcopi, ⁊ confess. atq́ȝ Juuenalis. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atq́ȝ Juuenalis natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lcō eplę bti Pauli aplī ad Phili.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod ⁊ i Christo Jesu. cap. 2.
Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo. Sed semetipsū exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinez hominum factus, ⁊ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsuz, factus obediens vsq́ȝ ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen,

nomen, quod est super omne nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur: cęlestium, terrestrium, ꝛ infernorum: ꝛ omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno, Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, ꝛ dominum, Alleluia.

Hic genuflectitur.

ps. 95.

Sequẽtia scti euang. s̄m Joannem.

cap. 3. In illo tempore: Erat homo ex Phariseis Nicodem⁹ nomine, princeps Judęorum. Hic venit ad Jesum nocte, ꝛ dixit ei. Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnuz Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nūquid potest in ventrem matris suę iterato introire, ꝛ renasci? Respondit Jesus. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: ꝛ quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult, spirat: ꝛ vocem eius audis: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respōdit Nicodemus, ꝛ dixit ei. Quomodo possunt hęc fieri? Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Tu es magister in Israel, ꝛ hęc ignoras? Amen, amen dico tibi: quia quod scimus loquimur: ꝛ quod vidimus testamur: ꝛ testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, ꝛ non creditis: quomodo, si dixero vobis cęlestia, credetis? Et nemo ascendit in cęlum: nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cęlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentez in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitam ęternam. Credo.

Num. 21.

Offertorium. Dextera domini fecit virtutez, dextera dn̄i exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, ꝛ narrabo opa dn̄i, alleluia. ps. 117

Secreta.

Sacrificium, domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorū nequitia: ꝛ per vexilluz sanctę Crucis filij tui, ad conterendas aduersariorum insidias, nos ĩ tuę protectionis securitate constituat. Per eundem do.

Pro Sanctis. Secreta.

Super has hostias, quęsumus dn̄e, benedictio copiosa descendat: quę ꝛ sanctificationez nobis clementer operetur, ꝛ de sanctorum nos solemnitate lętificet. Per dominuz.

Pręfatio de Cruce. folio 98.

Communio. Per signum crucis, de inimicis nostris libera nos deus noster, Alleluia.

Postcommunio.

Repleti alimonia cęlesti, ꝛ spirituali poculo recreati, quęsumus omnipotēs Deus: vt ab hoste maligno nos defendas: quos per lignum sanctę Crucis filij tui, armis iustitię, pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem dominum nostrum.

Pro sanctis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine Deus noster: vt, quorum exequimur cultū, sentiamus effectum. Per dn̄m.

ps.118 ¶ S. Monicę viduę. Introitus.



Cognoui domine, quia ęquitas iudicia tua, et veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas: a mādatis eniz tuis timui, Alleluia, allel. Psalm. Beati immaculati i via: qui ambulāt in lege domini. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.
ibidez.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Monicę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Jesum Christum. Episto. Viduas honora. de cōi nec virginis nec martyris. fol. 209.

ps 44. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende, prospere procede, et regna, Alleluia.

℣. Propter veritatem, et mansuetudinez, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Euang. Ibat Jesus in ciuitaté quę vocatur Naim. fol. 133. Offertoriuz.

ibidez. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, et in sęculum sęculi, alleluia. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctoruz: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. etc.

ps. 44 Communio. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatez: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię pre consortibus tuis, Alleluia. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, q̄sumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ In festo sancti Joannis ante portam latinam. Introitus. die 6.



Protexisti me deus a cōuētu malignātium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, Alleluia, alleluia. Psalm. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aiam meā. ℣. Gloria patri. Oratio. ps. 63. ibidez.

Deus, qui cōspicis qa nos vndiqꝫ mala nostra perturbāt: pręsta, q̄sumus: vt beati Joannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum Jesum.

Epistola. Stabunt iusti. de communi marty. tēpore Paschali. fol. 196.

Alleluia, alleluia. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur, Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut liliuz: et florebit in ęternum ante dn̄m, alleluia. ps. 91. Oset. 14.

Sequentia sancti euangelij secundū Mattheum.

In illo tpe: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorans et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondēs autem Jesus dixit. Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam et sinistraz, non est meū dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. dicitur. Credo. Offer. ca. 10

Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum: alleluia, alleluia. Secreta. ps. 8

Muneribus nostris, quęsumus domi-

domine, precibusque susceptis: & cęlestibus nos mũda mysterijs: & clemẽter exaudi. Per dominum nostrum.
Pręfatio de Apostolis. folio 96.
ps 63. Cõmunio. L ętabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluia. Postcõmunio.
R Efecti dñe pane cęlesti: ad vitã, q̃s, nutriamur ęternam. Per.
die 8. ¶ In Apparitione sancti Michaelis fit officium sicut in Dedicatione eiusdem: sed pretermisso graduali, dicuntur Allelu. cũ suis ℣. vt ibi. 105.
die 9. ¶ In festo S. Gregorij Nazianzeni epi & cfess. Missa. I n medio ecclię. de cõi Doct. 202 Epist. I ustus cor suum tradet. 203. & dicitur C redo.
die 10. ¶ Sanctorum Gordiani & Epimachi martyrum. Introitus.
ps. 144 
S Ancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia, alleluia. ps.
ibidez. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sęculum, & in sęculum sęculi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.
D A, q̃s omnipotens Deus: vt, qui beatorum martyrum tuorũ Gordiani & Epimachi solẽnia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum.
Epistola. P ost hęc ego Joannes. de cõmuni marty. tẽpore pasch. 198
A lleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium: & sicut odor balsa-
ps. 113 mi erunt ante te alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, Alleluia. Euãg. E go suz vitis, & vos palmites. de eodem cõmuni. f. 197.
ps. 31. Offertoriũ. L ętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, Alleluia, alleluia. Secreta.
H Ostias tibi Dñe beatorũ martyrum tuorũ Gordiani & Epimahi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per d. Cõm.
G audete iusti in domino, Alleluia: rectos ps. 32.
decet collaudatio, alleluia. Postcom.
Q Uęsumus oṗs Deus: vt, qui cęlestia alimenta percepimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hęc contra omnia aduersa muniamur. Per domi.
¶ Sanctorum Nerei, Archillei, atque Pancratij marty. Introitus. die 12.

E Cce oculi Domini super timentes eum, sperantes in misericordia eius, alleluia: vt eripiat a morte animas eorum: quoniam adiutor & protector noster est, Alleluia, alleluia. ps. 32.
Psalmus. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. ibidez.
S Emper nos domine sanctoruz martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pancratij foueat, quęsumus, beata solẽnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per dominuz no.
Epistola. S tabunt iusti. de cõmuni martyrũ tempore Paschali. f. 196.
A lleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia. ℣. Te martyruz candidatus laudat exercitus domine, Alleluia.
Euãg. A men, amen dico vobis, quia plorabitis. de eodem cõi. folio 197.
Offertorium C onfitebuntur cęli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, Alleluia, alle. Secreta. ps 38.

Sanctorum martyrum tuorum, qs dñe, Nerei, Archillei, atque Pãcratij, sit tibi grata pfessio: q̃ et munera nr̃a cõmẽdet: et tuã nobis indulgẽtiã semp imploret. Per d. Cõm.
ps. 32. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcõm.
Quesumus, dñe, vt btõr martyrũ tuor Nerei, Archillei, atq Pãcratij deprecationib⁹, sacramẽta que sumpsim⁹, ad tue nobis pficiant placationis augmentum. Per dñm.
die 14. ¶ S. Bonifacij martyris. Missa. Protexisti me Deus. de communi in tempore paschali. Orõ.
Da, q̃s, ops Deus: vt q bti Bonifacij martyris tui natalitia colim⁹: ei⁹ apud te itercessionib⁹ adiuuemur. p. Sec.
Muneribus nostris, q̃s domine, precibusq suscepitis, et celestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Per dominum. Postc.
Refecti participatione muneris sacri, q̃s dñe: vt cuius exeqmur cultũ, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sẽtiamus effectũ. Per.
die 19. ¶ S. Pudẽtiane virg. missa. Dilexisti iustitiã. de cõi virginum. 207.
¶ Si aliquod festum ex sequẽtibus venerit tpe paschali, missa dr̃ vt i cõi tẽporis pasch. Si autem venerit post octa. Pent. dicitur vt infra assignat.
die 25. ¶ S. Urbani pape et mart. Introit.
ps. 131



Sacerdotes tui domine induãt iustitiam: et sancti tui exultẽt: propter Dauid seruum tuum non auertas faciẽ Christi tui. Psalmus. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
ibidem.
Da, quesumus oĩpotens De⁹: vt, qui beati Urbani martyris tui atque pontificis solẽnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum. etc.
Epistola. Benedictus Deus. de cõmuni vnius marty. pontifi. fol. 194.
Graduale. Inueni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. ps. 88.
Alleluia, alleluia. ℣. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius, alleluia. Euangeliũ. Homo quidam peregre. de cõi vnius confes. pont. 201. ps. 131
Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88.
Hec hostia, q̃s dñe, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq sanctificet. Per dñm.
Communio. Fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio. matt. 24
Refecti participatione muneris sacri, quesumus dñe Deus noster: vt, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Jesum Christum etc.
¶ Sancti Eleutherij pape et marty. Missa. Statuit ei Dominus. vt in communi vnius marty. pontif. 193. nisi venerit tempore Paschali. die. 26.
¶ Sancti Joannis pape et marty. Missa. Sacerdotes Dei. vt in communi vnius marty. pontifi. fol. 194. die 27.
¶ S. Felicis pape et marty. Missa. Statuit ei Dominus. vt in communi vnius marty. pontifi. folio 193. die 30.

die 31. ℂ S. Petronillę virginis. Missa. Vultũ tuũ. de cõi virg. non m̃. 207.

IVNII FESTA.

ℂ Sanctorum marty. Marcellini,
die 2. Petri, atque Erasmi. Introitus.

ps. 33. 
Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps.
ibidem. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius i ore meo. ℣ Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, q nos annua beatorꝝ martyrũ tuorũ Marcellini, Petri, atq; Erasmi solẽnitate letificas: pręsta quęsumus: vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exẽplis. Per. Epła. Non sunt condignę. de communi plurium marty. 200. Gradua.
ps. 33. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ
ibidem. liberauit eos. ℣ Juxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu
Jo. 15. saluabit. Alleluia, alleluia. ℣ Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat, alleluia.
Euang. Cum audieritis pręlia. 198.
ps. 31. Offertorium. Letamini in dñõ, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

Hęc hostia, q̃s dñe, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Per dominum nostrum Jesum.
Sap. 3. Communio. Justorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentuꝫ malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te dñe deprecamur: vt quod debitę seruitutis celebramus officio, saluationis tuę sentiamus augmentum.

ℂ Sanctorum martyrum Primi & die 6. Feliciani. Introitus.


Sapientiam sanctorum narret populi, & laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Psalm. Eccle. 44.
Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣ Gloria patri. Oratio. ps. 32.

Fac nos, q̃s dñe, sanctorum martyrum tuorũ Primi & Feliciani semp festa sectari: quorꝝ suffragijs ptectionis tuę dona sentiamus. Per. Epła. Justi autem in perpetuum viuent. de cõi plurimorũ martyrũ. 199.
Graduale. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctoruꝫ. ℣ Misericordias tuas domine in ęternum cantabo, in generatione, & progenie. Alleluia, alleluia. ℣ Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, Alleluia. ps. 88.
Euangelium. Confiteor tibi pater. de eodem communi. folio 200.
Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis, deus Israel, ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suę: benedictus deus, Alleluia. ps. 67.

Secreta.

Fiat tibi, quęsumus dñe, hostia sacranda placabilis, pretiosi celebritate martyrij: quę & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota cõciliet famulorum. Per dominum nostrum Jesum Christum.
Communio. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Postcommunio. Jo. 15.

Quęsumus omnipotens Deus: vt sancto rum martyrum tuorum Primi et Feliciani cęlestibus mysterijs celebrata solennitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat. Per.

die 11. ¶ In festo S. Barnabę apostoli. Introitus.

ps. 138 

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalmus. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

ibidem.

Deus, qui nos beati Barnabę apostoli tui meritis, et intercessione lętificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscimus: dono tuę gratię consequamur. Per dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 11. In diebus illis. Multus numerus credentium, Antiochię, conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesię, quę erat Jerosolymis, super istis: et miserunt Barnabam vsque Antiochiam. Qui cum peruenisset, et vidisset gratiam Dei, gauisus est. Et hortabatur omnes in proposito cordis manere in domino: quia erat vir bonus, et plenus spiritu sancto, et fide. Et apposita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quęreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia: et docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochię discipuli, Christiani. Erant autem in Ecclesia, quę erat Antiochię, prophetę et doctores, in quibus Barnabas, et Simon, qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manahen, qui erat Herodis tetrarchę collactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem illis domino, et ieiunantibus: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.

Graduale. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terrę verba eorum. ps. 18.
℣. Cęli enarrant gloriam Dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. ibidem.
Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, alleluia. Jo. 15.

Euangelium secundum Joannem. Hoc est pręceptum meum. vt in communi apostolorum. 193. dicitur Credo.

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, et generatione. ps. 44.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: et intercedente beato Barnaba apostolo tuo, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Pręfatio de Apostolis. folio 96.

Communio Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. matt. 19.

Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per dominum.

¶ SS. martyrum Basilidis, Cirini, Naboris, et Nazarij. Introitus. die 12.

ps. 78. 

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psalmus. Deus venerunt ibidem.

nerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerũt Jerusalem in pomorum custodiaz. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij, quesumus domine, natalitia nobis votiua resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostre deuotionis accrescat. Per dominũ nost. Epist. Rememoramini pristinos dies. de cõmuni plurium marty. 199. Grad.

p̃s. 78. Uindica domine sanguinez sanctoruz tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestijs terre. Alleluia, alle. ℣. Corpora sanctorum in pace

Eccle. 44. sepulta sunt: et nomina eorũ viuẽt in generatione, et generationem. Alle. Euangeliuz Sedente Jesu super montem Oliueti. fol. 199. Offerto. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis: exul

p̃s. 149 tationes Dei in faucib⁹ eorum. Secreta.

Pro sanctoruz tuoꝝ Basilidis, Cirini, Naboris, atq; Nazarij sanguine venerando, hostias tibi domine solẽniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per dominuz. Communio. Posuerunt mortalia seruo

p̃s 78. rum tuorum domine, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestijs terre: secunduz magnitudinem brachij tui, posside filios morte punitorum. Postcommunio.

Semper dñe sctõꝝ martyrũ tuoruz Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij solẽnia celebrantes, presta quesumus: vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per dominũ.

die 13. ¶ S. Antonij Patauini missa de cõi confesso. non ponti. Introitus Os Justi. folio 203. Oratio.

Ecclesiã tuã deus beati Antonij ꝯfessoris tui solẽnitas votiua letificet: vt spũalibus semp muniat auxilijs, et gaudijs perfrui mereatur eternis. Per dominum nostrum. Epla. Fratres. spectaculũ. Euange. Sint lumbi vestri. Secreta.

Presens oblatio fiat dñe populo tuo salutaris: p quo dignat⁹ es patri tuo te viuẽtẽ hostiaz immolare. Qui viuis. etc. Postcommun.

Diuinis Dñe muneribus satiati, q̃s: vt beati Antonij ꝯfessoris tui meritis gloriosis, salutaris victime desideratũ sentiam⁹ effectum. p.

¶ In festo sancti Basilij episcopi et confessoris. Introitus. die 14.



In medio ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum Domin⁹ spiritu sapientie, et intellectus: stolaz glorie induit eum. p̃s. Bonũ est confiteri domino: et psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio. Eccle. 15. p̃s. 91.

Exaudi, q̃s dñe, preces nostras, quas in beati Basilij confessoris tui atq; pontificis solemnitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominũ nostruz. Epistola.

Testificor coram. de cõi docto. 203. p̃s. 36.
Graduale Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum, Alleluia. p̃s. 88.

Sequẽtia scti euangelij sm Lucam.

In illo tpe: Dixit Jesus turbis. ca. 12.
Si quis venit ad me, et non odit

patrem suũ, τ matrẽ, τ vxorẽ, τ filios, τ frẽs, τ sorores, adhuc aũt τ aiã suã: nõ potest me⁹ esse discipul⁹. Et q nõ baiulat crucẽ suã, τ venit post me: nõ potest me⁹ esse discipul⁹. Quis enim ex vobis volẽs turrim ędificare, non pri⁹ sedẽs cõputat sumpt⁹ q necessarij sunt, si habeat ad pficiẽdũ: ne post quã posuerit fundamẽtũ, τ nõ potuerit pficere: oẽs q vidẽt, incipiãt illudere ei, dicẽtes: qa hic homo cępit ędificare, τ nõ potuit ɔsũmare? Aut quis rex iterus cõmittere bellum aduers⁹ aliũ regez, nõ sedens prius cogitat, si possit cũ decẽ millib⁹ occurrere ei, q cũ vigiti millib⁹ venit ad se? Alioqn adhuc illo lõge agẽte, legationẽ mittens, rogat ea q̃ pacis sunt. Sic ergo, oĩs ex vobis, qui nõ renũciat oĩbus quę possidet: nõ potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autez sal quoq̧ euanuerit: i quo ɔdiet? Neq̧ in terram, neque in sterquiliniũ vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiẽdi audiat. dicitur Credo.

ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, τ misericordia mea cum ipso: τ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti Basilij confessoris tui atq; pontificis, quęsumus domine, annua solemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, p hęc pię placatiõis officia, τ illũ beata retributio comitet, τ nobis grẽ tuę dona conciliet. Per. Cõmu. Fidelis seru⁹ τ prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Mat. 24. Postcommunio.

DEus fideliuz remunerator animarum, prępsta: vt beati Basilij confessoris tui atque põtificis, cuius venerãdã celebram⁹ festiuitatẽ, precibus indulgẽtiã cõsequamur. Per dominum nostrum Jesum.

Sanctorum martyrũ Uiti, Modesti, atque Crescentię. Introitus. die 15.



MUltę tribulationes iustorum: τ de his omnibus liberauit eos dñs: dñs custodit oĩa ossa eorum: vnũ ex his non conteretur. ps. 33. Ps. Bñdicã dñz in oĩ tpe: semp laus eius in ore meo. ibidez. ℣. Gloria. Oratio.

DA ecclesię tuę, q̃s Dñe, sanctis martyrib⁹ tuis Uito, Modesto, atq̧ Crescẽtia ĩtercedẽtib⁹, supbe nõ sape: sed tibi placita humilitate pficere: vt, pterua despiciẽs, quęcũq̧ matura sũt, libera exerceat charitate. Per. Epla. Iustificati ex fide. f. 200. Graduale. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ps. 149 ℣. Cantate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctoruz. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia. ps. 144 Euangelium. Qui vos audit. f. 201. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Jsrael: ipse dabit virtutem, τ fortitudinez plebi suę, benedictus deus. ps. 67. Secreta.

SIcut gloriam diuinę potentię munera pro sanctis oblata testantur: sic nobis effectuz, Domine, tuę saluationis impendant. Per do. Communio. Iustorum animę in manu Dei sunt: τ non tanget illos tormentuz malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Sap. 3 Postcommunio.

REfecti, Domine, benedictione solẽni, quęsumus: vt per intercessionem sanctorum martyrum tuorũ Uiti, Modesti, τ Crescentię, medicina sacramenti τ corporibus nostris prosit, τ mentibus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. τc.

San-

die 18. ¶ Sanctorum martyrum Marci ⁊ Marcelliani. Introitus.

ps. 36. 
SAlus iustorum a domino: ⁊ protector eorum est in tẽpore tribulationis. ps. Noli ęmulari in malignãtibus: neque zelaueris facientes iniqtatẽ. ℣. Gloria. Oro.

PResta, q̃s, omp̃s Deꝰ: vt q sanctorũ martyrũ tuorum Marci ⁊ Marcelliani natalitia colimꝰ: a cunctis malis iminẽtibꝰ, eorũ intercessionibus liberemur. Per dominum.

Epist. Iustorũ animę. de cõi plur. m̃.
Sap. 3 f. 198. Grad. Iustorũ animę in manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Alle. alle. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę nũquã potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt dñm. Allelu. Euang. Uę vobis, qui ędificatis. folio 200. Offertorium.

ps. 123 Anima nostra sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus. Secreta.

MUnera tibi dñe dicata sanctifica: ⁊ intercedentibꝰ sanctis martyribꝰ tuis Marco ⁊ Marcelliano, p eadẽ nos placatus intende. Per.

Matt. 19. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me: centuplum accipietis, ⁊ vitam ęternam possidebitis. Postcommunio.

SAlutaris tui Dñe munere satiati, supplices exoramꝰ: vt quorũ lętamur gustu, renouemur effectu. P.

die 19. ¶ Sanctorum martyrũ Geruasij ⁊ Protasij. Introitus.

ps. 84. 
LOquetur Dñs pacẽ in plebem suam, ⁊ super sanctos suos: ⁊ in eos q
ibidẽ conuertuntur ad ipsũ. ps. Benedixisti Dñe terram tuam: auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria. Oratio.

DEꝰ, q nos annua sctõrũ martyrũ tuorũ Geruasij ⁊ Protasij solẽnitate lętificas: cõcede ppitius: vt quorũ gaudemꝰ meritis, accendamur exemplis. Per dominum. Episto. Cõicantes Christi passionibꝰ. 196.

Gradua. Gloriosus Deus in sanctis suis, Ex. 15
mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alle. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclita tenẽs regna cęlestia, alle. Euãg. Descendens Iesus de mõte. f. 199.
Offertorium. Lętamini in domino, ⁊ ps. 31.
exultate iusti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde.

Secreta.

OBlatis, quęsumus dñe, placare muneribus: ⁊ intercedentibus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. ⁊c.

Communio Posuerunt mortalia seruo- ps. 78.
rum tuorum domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcommu.

HÆc nos cõmunio domine purget a crimine: ⁊ intercedentibꝰ sanctis martyribus tuis Geruasio ⁊ Protasio, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum.

¶ S. Siluerij pape ⁊ marty. Intro. die 20.


STatuit ei Domi- Eccle.
nus testamentum 45.
pacis, ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternũ. ps.
Memento domine Da ps. 131
uid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Infirmitatez nostrã respice omnipotens Deus: ⁊ quia põdus proprię actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atqz pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistolę beati Judę Apli.

Charissimi: Memores estote verborũ, q̃ p̃dicta sũt ab Apostolis dñi nostri Jesu Christi: qui dicebãt vobis: Quoniaz in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes i impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, ⁊ spirituz nõ habentes. Uos autem charissimi, superędificantes vosmetipsos sanctissimę nostrę fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectãtes misericordiam domini nr̃i Jesu Chr̃i i vitã ęternã. Gradu.

ps. 88 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filiꝰ iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia.

ps. 109 ℣. Tu es Sacerdos in ęternum secunduz ordinem Melchisedec. Alleluia.

Euang. Siquis venit ad me. f. 194.

ps. 88 Offertorium. Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi domine: beati Siluerij martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue ꝑuenire subsidium. Per dominum.

ps. 88 Communio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in ęternum manebit: ⁊ sedes eius, sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in ęternum: ⁊ testis in cęlo fidelis.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus dñe Deꝰ noster: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

¶ S. Paulini epi ⁊ confess. Intro. die 22.



Statuit ei dominus testamentum pacis: ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Eccle. 45.

Psalmus. Memento domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. ps. 131

Oratio.

Da, quęsumꝰ omnipotẽs Deꝰ: vt beati Paulini cõfessoris tui atque pontificis veneranda solẽnitas ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ salutem. Per dominum nostrum.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Corint.

Fratres: Scitis gratiam domini nostri Jesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solum facere, sed ⁊ velle cępistis ab anno priore. Nunc vero ⁊ facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit ⁊ perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est: non secundũ id quod non habet. Non enim vt alijs sit remissio, vobis autẽ tribulatio: sed ex equalitate. In pręsenti tempore, vestra abũdantia illorum inopiam suppleat: vt ⁊ illorum abundantia vestrę inopię sit supplementum, vt fiat ęqualitas, sicut scriptum est. Qui multum, non abundauit: ⁊ qui modicum, non minorauit. 2. ca. 8

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est in Ecc. 4

nentus similis illi, qui conseruat et legez ex
Ps.109 celsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinē Melchisedec, Alleluia. Euangelium. Nolite timere pusillus grex. de communi confess. non pontificum. fol. 204.
Ps.88. Offertorium. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta.

Sancti tui, quęsumus domine, nos vbique lętificent: vt dum eoruz merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Mat. 24. Communio. Fidelis seruus ⁊ prudēs, quem constituit dominus super familiaz suam: vt det illis in tempore tritici mensuraz.

Postcommunio.

Presta, quęsumus, omnipotēs Deꝰ: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato Paulino confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum.

Die 24. ¶ In vigilia sancti Joannis Baptistę. Introitus.
Luc. 1.



Ne timeas Zacharia: exaudita est oratio tua, ⁊ Elisabeth vxor tua pariet tibi filiū: ⁊ vocabis nomen eius Joannem: ⁊ erit magnus coram domino: ⁊ spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę: ⁊ multi in Natiuitate
Ps.20. eius gaudebunt. Psalmus. Domine, in virtute tua lętabitur rex: ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt familia tua per viam salutis incedat: ⁊ beati Joannis pręcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prędixit, secura perueniat, Dominum nostrum Jesum. Secunda oratio de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesię. vel pro papa. Deus omnium. folio 222.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis. Factum est verbum Domini ad me, dicens. cap. 1.
Priusquam te formarem in vtero, noui te: ⁊ antequam exires de vulua, sanctificaui te: ⁊ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, a, a, a, domine Deus: ecce, nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia quę mittam te, ibis: ⁊ vniuersa quę mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecū sum, vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam, ⁊ tetigit os meuz: ⁊ dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, constitui te hodie super gentes, ⁊ super regna: vt euellas, ⁊ destruas, ⁊ disperdas, ⁊ dissipes, ⁊ ędifices, ⁊ plantes. Dicit dñs omnipotens.
Graduale. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. ℣. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, parare domino plebem perfectam. Joā. 1.

Initium sancti euangelij secundum Lucam.

Fuit in diebus Herodis regis Judeę, sacerdos quidaz nomine Zacharias, de vice Abia: ⁊ vxor illius de filiabus Aaron, ⁊ nomen illius Elisabeth. Erant autē iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus domini sine querela: ⁊ non erat illis filius: eo ꝙ Elisabeth esset sterilis, ⁊ ambo processissent in diebus suis. cap. 1.

Fa-

Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templuz Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est vidés: ⁊ timor irruit super eum. Ait autem ad illuz Angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filiũ: ⁊ vocabis nomé eius Joannem. Et erit tibi gaudiũ ⁊ exultatio: ⁊ multi in Natiuitate ei⁹ gaudebũt. Erit enim magnus coram Domino: vinum, ⁊ siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suę: ⁊ multos filiorum Jsrael conuertet ad dominum Deũ ipsorum. Et ipse pręcedet ante illum in spiritu ⁊ virtute Elię: vt conuertat corda patrum in filios, ⁊ incredulos ad prudentiam iustorũ, parare Domino plebem perfectam.

ps. 118 Offertorium. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ constituisti eum super opera manuũ tuarum, domine. Secreta.

Munera Domine oblata sanctifica: ⁊ intercedente beato Joanne Baptista, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum.

ps. 20. Cõmunio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum, domine. Postcom.

Beati Joannis Baptistę nos Domine pręclara comitetur oratio: ⁊ qué vénturum esse pędixit, poscat nobis fore placatuz dñm nrm Jesum Christum filium tuum.

IN NATIVITATE S. Joannis Baptistę. Intro. die 24.



De ventre matris meę vocauit me dñs nomine meo: ⁊ posuit os meum vt gladiuz acutum: ⁊ sub tegumento manus suę protexit me: ⁊ posuit me quasi sagittam electam. Psalm. Bonum est cõfiteri dño, ⁊ psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri. Oratio. Js. 49. ps. 91.

Deus, qui pręsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorũ: ⁊ omnium fidelium métes dirige in viam salutis ęternę. Per dominum.

Lectio Jsaię prophetę.

Hęc dicit Dominus. Audite insulę, ⁊ attédite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meę recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum. Jn vmbra manus suę protexit me: ⁊ posuit me quasi sagittam electam. Jn pharetra sua abscondit me: ⁊ dixit mihi. Seruus meus es tu, Jsrael: quia in c. 49.

te

te gloriabor. Et nunc hec dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terre. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui elegit te.

Hier. 1 Graduale. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante dominum parare vias eius. Alleluia.
Luc. 1.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap. 1. Elisabeth impletum est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei. Et factum est: in die octauo venerunt circuncidere puerum: & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens. Joannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Judee diuulgabantur omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes. Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit dicens. Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis sue. Non dicitur Credo, nisi venerit in dominica: aut infra octauam corporis Christi: vel in ecclesia propria: sed in octa. dicitur propter octauam apostolorum.

Offertorium. Justus, vt palma florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Ps. 91.

Secreta.

Tua domine muneribus altaria cumulamus, illius natiuitatem honore debito celebrantes: qui saluatorem mundi & cecinit affuturum, & adesse monstrauit Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Communio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini, parare vias eius. Luc. 1.

Postcommunio.

Sumat ecclesia tua Deus beati Joannis Baptiste generatione letitiam: per quem sue regenerationis cognouit auctorem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Infra octa. sancti Joannis Baptiste, & in ipso die octaue fit idem officium quod in die. Sed infra oct. post orationem diei, dicitur secunda Oratio de sancta Maria. Concede, tertia contra persecutores Ecclesie, vel pro papa. fol. 221.

¶ In festo sanctorum martyrum Joannis & Pauli. Introitus. die 26.



Multe tribulationes iustorum: & de his omnibus liberauit eos dominus: dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Psalmus. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Ps. 33. ibidem.

Oratio.

Quesumus, omnipotens Deus: vt nos geminata letitia hodierne festiui-

stiuitatis excipiat, quę de beatorum martyrum Joannis ꝛ Pauli glorificatione ꝓcedit: quos eadem fides ꝛ passio, vere fecit esse germanos. Per dominum nostrum Jesum. Secunda oratio de sancto Joanne, tertia de sancta Maria. Concede. Epistola. Hi sunt viri misericordię. vt in octaua Apostolorum Petri ꝛ Pauli folio 191. Graduale.

ps. 132 Ecce quam bonum, ꝛ quam iucunduz, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguētuz in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia. Euangelium.

Attendite a fermento phariseoruz. de cōmuni plurium marty. fol. 201.

ps. 9. Offertorium. Gloriabuntur i te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine, vt scuto bone volūtatis tuę coronasti nos. Secreta.

Hostias tibi, dn̄e, sctōꝝ martyrū tuoruz Joannis ꝛ Pauli dicatas meritis benignus assume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominū. Cōmun.

Sap. 3. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: ꝛ quasi holocausta accepit eos. Postcommunio.

Sumpsimus Domine sanctoꝝ martyrum tuorum Joannis ꝛ Pauli solēnia celebrantes, sacramenta cęlestia: pręsta quęsumus: vt, quod temporaliter gerim⁹, ęternis gaudijs cōsequamur. Per dominū.

℄ Si sequens festum sancti Leonis venerit i Dominica, trāsfertur post octauam Apostoloruz: ꝛ Missa dicitur de dn̄ica cum commemoratione sancti Joannis: ꝛ vigilia Apostolorum fit in sabbato: Quocunq̄ vero alio die venerit, fit de festo cum commemoratione sancti Joannis, ꝛ vigilię. In Ecclesijs autem collegiatis dicūtur duę missę, vna de Festo, cum commemoratio sancti Joannis, ꝛ sanctę Marię: alia de vigilia cum commem. S. Marię. Concede, ꝛ Ecclesię. vel pro Papa.

℄ In festo S. Leonis Papę ꝛ confessoris. Missa Sacerdotes tui. de communi. folio 200. pręter orationem, quę dicitur vt infra. Oratio.


Deus, qui beatum Leonez pontificem tuum sanctorum tuorum meritis coęquasti: cōcede propitius: vt, qui commemorationis eius festa percolimus, vitę quoque imitemur exempla. Per dominum. Secreta.

Annue nobis, quęsumus domine: vt, intercessione beati Leonis hęc nobis prosit oblatio: quam immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per dn̄m. Postcōm.

Deus, qui animę famuli tui Leonis ęternę beatitudinis p̄mia ꝯtulisti: ꝯcede ꝓpitius: vt, qui pecca toꝝ nostroꝝ pōdere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dominum nostrum Jesum.

℄ In vigilia Apostoloruz Petri ꝛ Pauli. Introitus. die 28


Dicit dominus Petro. Cū esses iunior, cingebas te, ꝛ ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, ꝛ alius te cinget, ꝛ ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum. Psal. Cęli enarrant gloriā Dei: ꝛ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛc. (Joan. 21.) (ps. 18.)

non

non dicit Gloria in excelsis. Oratio.

PReſta, q̄s oþs Deus: vt nullis nos permittas pturbationibus concuti: quos in apoſtolicę confeſſionis petra ſolidaſti. Per dominum.

Secunda oratio de ſancta Maria. Tertia Eccleſię. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

tap. 3. IN diebus illis. Petrus ꝛ Joannes aſcendebant in templuꝫ, ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuę, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portaꝫ templi, quę dicitur Specioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templū. Js cum vidiſſet Petrum ꝛ Joannem incipientes introire in templuꝫ: rogabat vt eleemoſynam acciperet. Jntuens autem in eum Petrus cū Joanne, dixit. Reſpice in nos: At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrꝰ autem dixit. Argentum ꝛ aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. Jn nomine Jeſu Chriſti nazareni ſurge, ꝛ ambula. Et apprehēſa manu eius dextera, alleuauit eum: ꝛ protinus conſolidatę ſunt baſes eius ꝛ plantę. Et exiliēs ſtetit, ꝛ ambulabat: ꝛ intrauit cum illis in templum ambulans, ꝛ exiliens, ꝛ laudās Deum. Et vidit omnis populus euꝫ ambulantem, ꝛ laudantem Deum. Cognoſcebant autem illum, quoniam ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad Specioſam portam templi: ꝛ repleti ſunt omnes ſtupore ꝛ extaſi, in eo quod contigerat illi.

ps. 18. Graduale. In omnem terram exiuit ſonus eoꝛū: ꝛ in fines orbis terrę verba eoꝝ.

ibid eꝫ ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: ꝛ opera manuum eius annunciat firmamentum.

Sequētia ſancti euāg. ſm Joannē.

IN illo tp̄e: Dixit Jeſus Simoni Petro. Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam dn̄e: tu ſcis q̄a amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Joannis diligis me? Ait illi: Etiaꝫ dn̄e: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simō Joannis amas me? Contriſtatus eſt Petrꝰ, quia dixit ei tertio, amas me? ꝛ dixit ei. Domine, tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amen, amē dico tibi: cum eſſes iunior, cingebas te, ꝛ ambulabas vbi volebas. Cum autē ſenueris, extendes manus tuas: ꝛ alius te cinget, ꝛ ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum. ca. 21.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ps. 138

Secreta.

MUnus populi tui, quęſumꝰ domine, apoſtolica interceſſione ſanctifica: noſq̄ꝫ a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per do.

Cōmunio. Simon Joannis diligis me plus his? Domine, tu omnia noſti: tu ſcis domine, quia amo te. Jo. 21.

Poſtcommunio.

QUos cęleſti Domine alimento ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibꝰ ab oī aduerſitate cuſtodi. Per.

¶ In feſto Apoſtolorum Petri ꝛ Pauli. Introitus. die 29.



NUnc ſcio vere, q̄a miſit Dominꝰ angelum ſuuꝫ: ꝛ eripuit me de manu Herodis, ꝛ de omni expectatione plebis Judęorum. Pſal's. Domine probaſti me, ꝛ cognouiſti me: tu cognouiſti Ac. 12 ps. 138

uisti sessionem meaz, ⁊ resurrectionē meaz.
℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

DEus, qui hodiernam diez apostolorum tuoꝝ Petri ⁊ Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesię tuę, eorum in omnibus sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrum.

Et non fit commemoratio de sancto Paulo, quia oro est communis: nec octauę sancti Joannis Baptistę.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 12. IN diebus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Uidens autem quia placeret Judeis, apposuit vt apprehēderet ⁊ Petrū. (Erāt autem dies Azymoꝝ.) Quez cuz apprehendisset, misit in carcerē, tradēs quatuor quaternionibus militūz custodiendū, volēs post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autez fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem pducturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: ⁊ custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce, angelus dñi astitit: ⁊ lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoqꝫ latere Petri, excitauit eū, dicēs. Surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Pręcingere, ⁊ calcea te caligas tuas. Et fecit sic: ⁊ dixit illi. Circunda tibi vestimentū tuum, ⁊ sequere me. Et exiens sequebatur eum: ⁊ nesciebat quia verum est, quod fiebat per angelum. Existimabat autē se visum videre. Transeuntes autem primam ⁊ secundam costodiaz, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatē: quę vltro aperta est eis. Et exeuntes, processerunt vicum vnum: ⁊ cōtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nunc scio vere, quia misit dñs angelum suum: ⁊ eripuit me de manu Herodis, ⁊ de omni expectatione plebis iudęorū.

Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ps. 44. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus: ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, alleluia. Matt. 16.

Sequētia scti euāge. sm Mattheuz.

IN illo tempore: Uenit Jesus in partes Cęsareę Philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos, dicens. ca. 16. Quem dicunt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt: Alij Joannem Baptistam: alij autem Eliā: alij vero Jeremiaz: aut vnū ex pphetis. Dicit illis Jesus. Uos autē quez me esse dicitis? Rñdens Simō Petr⁹, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Jesus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Jona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi, sed pater me⁹, qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: ⁊ super hanc petraz ędificabo ecclesiā meā: ⁊ portę inferi non pręualebunt aduersus eaz. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunque solueris super terram, erit solutuz ⁊ in cęlis. Credo.

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie ⁊ generatione. ps. 44.

Secreta.

Hostias dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per do.
Prefatio de Apostolis. folio 96.
& dicitur per totaz Octauã. Comun.
Matt. 16. Tu es Petrus: & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Postcommu.
Quos cęlesti dñe alimento satiasti: apostolicis intercessionibus, ab omni aduersitate custodi. Per.
die 30. ¶ In commemoratione S. Pauli.
Introitus.



j. Ti. 1. Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illũ diẽ, iustus iudex. Psalmus.
Ps. 138 Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meaz, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.
Deus, qui multitudinem gẽtiũ beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quęsumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm.
Et fit cõmme. de beato Petro. Oõ.
Deus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cęlestis, animas ligandi, atque soluendi pontificium tradidisti: cõcede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur, Qui viuis & regnas, &c.
Deinde fit cõme. S. Joan. pterq̃ in Ecclesia propria S. Pauli. Oratio.
Deus, qui pręsentem diem. f. 165.
Lcõ eplę bti Pauli apłi ad Galat.
cap. 1. Fratres: Notum vobis facio euangeliũ, quod Euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed p reuelationem Jesu Christi. Audistis enim conuersationẽ meam aliquando in Judaismo: quoniaz supra modum persequebar ecclesiã Dei, & expugnabam illam: & pficiebam in Judaismo supra multos coętaneos meos, in genere meo: abũdantius ęmulator existẽs paternarum mearuz traditionuz. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: continuo nõ acquieui carni & sanguini. Neqz veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiaz, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Jerosolymaz videre Petrũ: & mãsi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminez: nisi Jacobũ fratrẽ dñi. Quę autẽ scribo vobis: ecce corã Deo, qa nõ mẽtior.
Graduale. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quę data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Gal. 2.
Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Paule apostole, prędicator veritatis, & doctor gentiuz, intercede pro nobis. Alleluia. j. co. 15.
Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.
In illo tẽpore: Dixit Jes⁹ discipulis suis: Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporuz. Estote ergo prudentes sicut serpẽtes: & simplices sicut colũbę. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent eniz vos in cõcilijs, & i synagogis suis flagellabunt vos: & ad psides & reges ducemini, p pter me, in testimoniũ illis & gẽtib⁹. ca. 10.

Cum

Cū autē tradent vos, nolite cogitare
quō, aut quid loquamini. Dabitur
enim vobis in illa hora qd loquami-
ni. Non enim vos estis qui loqmini:
sed spūs patris vestri, qui loqt in vo-
bis. Tradet autē frater fratrē in mor-
tē, ⁊ pr filiū. Et insurgēt filij in paren-
tes: ⁊ morte eos afficiēt. Et eritis odio
oībus hoībus ꝑpter nomen meum.
Qui autem perseuerauerit vsq3 in fi-
ne3: hic saluus erit dicitur Credo.
Ps. 138 Offertoriū. Mihi autem nimis honorifi
cati sunt amici tui Deus: nimis confortat9
est principatus eorum. Secreta.

APostoli tui Pauli ꝑcib9 dn̄e,
plebis tuę dona sanctifica: vt, q̄
tibi tuo grata sunt instituto, gratiora
fiāt patrocinio supplicantis. Per d.

Pro beato Petro. Secreta.

ECclesię tuę, quęsumus Domi-
ne, preces ⁊ hostias beati Pe-
tri apostoli tui commendet oratio: vt
quod pro illius gloria celebramus,
nobis prosit ad veniam. Per dn̄m.

Pro sctō Joāne. Sec. Tua Domi
ne. fol. 166. Pręfatio d Apost. f. 96.
Matt. 15. Communio. Amen dico vobis: quod
vos, qui reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me:
centuplum accipietis, ⁊ vitam ęternam pos
sidebitis. Postcommunio.

PErceptis Domine sacramētis,
beato Paulo aplo tuo interue
niēte deprecamur: vt, quę ꝓ illius ce-
lebrata sunt gloria, nobis proficiant
ad medelam. Per dominum nr̄m.

Pro beato Petro. Postcōmunio.

LÆtificet nos dn̄e mun9 oblatū:
vt sicut in apostolo tuo Petro
te mirabilē prędicamus: sic per illum
tuę sumamus indulgentię largitatē.
Per dominum nostrum. ⁊c.

Pro sancto Joanne Postcōmun.
Sumat Ecclesia. folio 166.

IVLII FESTA.

¶ In octaua sancti Joannis Ba-
ptistę dicitur missa vt in die cum com
memoratione apostolorū, vt supra, ⁊
in ea dicitur Credo.

IN FESTO die 2.
Visitationis beatę Marię virginis
Introitus.



SAlue sancta pa- Sedu-lius.
rens, enixa puer-
pera regem: qui cęlum
terramque regit in sęcu-
la sęculorum. Psalm9. Ps 44.
Eructauit cor meu3 ver
bum bonum: dico ego
opera mea regi. ℣. Glo
ria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

FAmulis tuis, quęsumus Dn̄e,
cęlestis gratię munus imperti-
re: vt, quibus beatę virginis partus
extitit salutis exordium, visitationis
eius votiua solēnitas pacis tribuat
incrementum. Per dominum nost.

Pro commemoratione sanctorum
apostolorū Petri ⁊ Pauli. Oratio.
Deus, qui hodiernā diē. vt sup. 167.
Pro commem. sanctorum martyrū
Processi ⁊ Martiniani. Oratio.

DEus, qui nos sanctorum mar-
tyrum tuoꝝ Processi ⁊ Mar
tiniani gloriosis confessionibus cir-
cundas ⁊ protegis: da nobis, ⁊ eo-
rum imitatione proficere, ⁊ interces-
sione gaudere. Per dominum nost.

Lectio libri Sapientię.

ECce iste venit saliens in monti- cap. 2.
bus, transiliens colles. Similis
est dilectus meus capreę, hynnulo-
que ceruorū. En ipse stat post parie-
tem nostrum, respiciēs per fenestrā,
ꝓspiciens per cancellos. En dilectus
meus loquitur mihi. Surge, prope-
ra amica mea, columba mea, for-
mosa

mosa mea: ꝛ veni. Iam eniꝫ hyems transijt, imber abijt ꝛ recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nr̃a: ficus ꝑtulit grossos suos: vineę florētes dederūt odorem suum. Surge, ꝑpera amica mea, speciosa mea: ꝛ veni: Colūba mea, in foraminibus petrę, in cauerna macerię: ostēde mihi faciē tuam: sonet vox tua in aurib⁹ meis. Vox eniꝫ tua dulcis, ꝛ facies tua decora. Graduale.

Benedicta ꝛ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Alle. alle. ℣. Felix es sacra virgo Maria, ꝛ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Allelu.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap. 1. In illo tp̃e: Exurgens Maria, abijt in mōtana cuꝫ festinatione in ciuitatē Iuda: ꝛ intrauit in domuꝫ Zacharię, ꝛ salutauit Elisabeth. Et factum est: vt audiuit salutationeꝫ Marię Elisabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spū̃ sancto Elisabeth: ꝛ exclamauit voce magna, ꝛ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ꝛ bn̄dictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, q̄ credidisti: quoniam perficientur ea, quę dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. dicitur Credo. Offertorium.

Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatoreꝫ: genuisti qui te fecit, ꝛ in ęternum permanes virgo. Secreta.

Vnigeniti tui dn̄e nobis succurrat humanitas: vt, q̄ nat⁹ de virgine matris integritatē non minuit, sed sacrauit: in visitationis eius solemnijs, nr̃is nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus dn̄s noster. Qui te.

Pro cōmem. apostoloruꝫ. Secreta. Hostias domine. folio 168.

Pro cōmem. sanctorum martyrum Processi ꝛ Martiniani. Secreta.

Suscipe domine preces ꝛ munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per dominū. Cōmunio.

Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcōmu.

Sumpsim⁹ dn̄e celebritatis annuę votiua sacramenta: pręsta q̄s: vt temporalis vitę nobis remedia prębeāt, ꝛ ęternę. Per dominuꝫ.

Pro cōmem. Apostoloꝝ. Postcō. Quos cęlesti domine. folio 168.

Pro commem. SS. marty. Processi ꝛ Martiniani. Postcōmunio.

Corporis sacri, ꝛ pretiosi sanguinis repleti libamine, quęsumus domine Deus noster: vt, quod pia deuotione gerim⁹, certa redemptione capiamus. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Infra Oct. sanctorum Apl'orum Petri ꝛ Pauli. Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. 138 Psalmus. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionem meaꝫ. ibideꝫ ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri ꝛ Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesię tuę, eorum in omnibus sequi pręceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc.

Secunda oratio de sancta Maria. Tertia Ecclesię. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 5. In diebus illis: Per manꝰ apostolorum fiebant signa, ꝛ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes i porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autez augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulieruz: ita vt in plateis eijcerent infirmos, ꝛ ponerēt in lectulis, ꝛ grabatis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illoruz: ꝛ liberarentur ab infirmitatibus suis. Cōcurrebat autem ꝛ multitudo vicinarum ciuitatum, Jerusalem: afferentes ęgros, ꝛ vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Graduale.

ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

Alleluia, alleluia. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: ꝛ tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Alleluia. Euangelium.

Ecce, nos reliquimus omnia. de cōi pro Abbatibus. 205. dicitur Credo.

ps. 18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: ꝛ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Hostias dn̄e, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, ꝛ defendi. Per do.

Alię secretę. Tua domine. ꝛ Protege. vel Oblatis. fol. 205. Pręfatio de apostolis. folio 96. Communio.

Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Matt. 19.

Postcommunio.

Nos cęlesti domine alimento satiasti: apostolicis intercessionibus, ab omni aduersitate custodi. Per dominum. Alię postcommu. Sumptis domine, ꝛ Quęsumus domine. vel Hęc nos. folio 200.

¶ In octaua apostolorum Petri ꝛ Pauli. Introitus. die 6.



Sapientiam sanctorum narrent populi, ꝛ laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sęculum sęculi. Psalmus. Eccle. 44.

ps. 32. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, cuius dextera beatū Petrum ambulantez in fluctibꝰ, ne mergeretur, erexit: ꝛ coapostoluz eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos, ꝑpitius, ꝛ concede: vt amborū meritis, ęternitatis gloriam cōsequamur. Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio libri Sapientię.

Hi sunt viri misericordię, quorum iustitię obliuionez non acceperunt. Eccle. 44. Cum semine eorum permanent bona: hęreditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: ꝛ filij eorum propter eos in ęternum manent. Generatio eorum, ꝛ gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: ꝛ nomina eorum viuent in sęcula. Sapientiam eorum

narrēt omnes populi: & laudē eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum.
Sap. 3 Graduale. Iustorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem
Lu. 22 tem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum, vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 14. In illo tempore: Iussit Jesus discipulos ascendere in nauiculam, & pręcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: quia phantasma est. Et prę̄ timore clamauerunt. Statimque locutus est eis Jesus, dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni: Et descēdens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Jesum. Videns vero ventum validum, timuit. Et cum cępisset mergi, clamauit, dicens. Domine, saluum me fac. Et continuo extendens Jesus manum, apprehendit eum: & ait illi. Modicę fidei, quare dubitasti? Et cū ascēdisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erāt, venerūt, & adorauerūt eū, dicentes: Vere filius Dei es. dicit Credo.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. ps. 149 Secreta.

Offerimus tibi dn̄e p̄ces, & munera: q̄, vt tuo sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per dominū.

Pręfatio de Apostolis. Cōm. Sap. 3.
Iustorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt i pace.

Postcommunio.

Protege domine populū tuum: & apostolorum tuorum Petri & Pauli patrocinio cōfidentem: perpetua defensione conserua. Per do.

In festo sctōrum martyrum Septē die 10.
fratrum, ac Ruffinę & Secundę virginum & martyrum. Introitus.



Laudate pueri dominum, laudate nomen Domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lętantem. Psal. Sit nomen domini benedictū, ex hoc, nunc, & vsque in seculum. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut. ps. 112 ibidem.

Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Epistola. Mulierem fortem. de communi nec virg. nec martyrum. f. 208.
Gradua. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. ps. 123 ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum, & terram. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi cri-

crimina: Christum secuta est, inclyta tenēs regna cęlestia, Alleluia.

Matth. 12. Sequētia scti euang. ſm Mattheū.

IN illo tempore. Loquente Jesu ad turbas, ecce mater eius ꝛ fratres stabant foris, quęrētes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce, mater tua ꝛ fratres tui foris stant, q̄rentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quę est mater mea, ꝛ qui sunt fratres mei? Et extendens manum suam in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, ꝛ fratres mei. Quicūque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, ꝛ soror, ꝛ mater est. Offertorium.

Ps. 123 Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, ꝛ nos liberati sumus. Secreta.

SAcrificijs pręsentibus, quęsumus domine, intēde placatus: ꝛ intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostrę proficiant, ꝛ saluti. Per.

Matt. 12. Cōmunio. Quicunq3 fecerit voluntatē patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, ꝛ soror, ꝛ mater est, dicit Dn̄s. Postcō.

QUęsumus, omnipotēs Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectum, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum.

die 11. ¶ Sancti Pij papę ꝛ mart. Missa. Statuit ei Dominus. vt in cōmuni vnius marty. pontifi. folio 193.

die 12. ¶ Sanctorum martyrum Naboris ꝛ Felicis. Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurimoruz martyrum. fol. 198. pręter orationez, quę dicitur vt infra. Oratio.



PRęsta, quęsumus dn̄e: vt, sicut nos sanctorum martyrū tuorum Naboris ꝛ Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per dominum nostruz Jesum Christum. Secreta.

MUnera plebis tuę, quęsumus domine, sāctoꝝ martyrū tuorū Naboris ꝛ Felicis fiāt grata suffragijs: ꝛ quoꝝ triūphis tuo nomini offeruntur, ipsorum digna perficiant ꝛ meritis. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

NAtalitijs sanctorum tuorum, quęsum⁹ domine, ꝛ sacramenti munere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur ęternis. Per dominuz nostrum Jesum Christum filium.

¶ In festo sancti Anacleti papę ꝛ martyris. Missa. Sacerdotes Dei. de cōmuni vnius mart. pont. f. 194. die 13.

¶ In festo sancti Bonauēturę episcopi ꝛ confessoris. Introitus. die 14.

IN medio Ecclesię apuit os eius, ꝛ impleuit eū dn̄s spū sapientię, ꝛ intellectus: stolā glorię induit eum. Ps. Bonū est confiteri dn̄o, ꝛ psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria. Orō. Ps. 131 ibidez

EXaudi, quęsumus domine, preces nostras: quas in beati Bonauenturę confessoris tui atq3 pontificis solēnitate deferimus: ꝛ qui tibi digne meruit famulari, ei⁹ ītercedētibus meritis, ab oīb⁹ nos absolue peccatis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Epistola. Testificor coram Deo. de communi doctorum. folio. 203.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, ꝛ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplātabuntur gressus eius. Alleluia, all. ℣. Jurauit dominus, ꝛ non pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternū secūdum ordinē Melchis Ps. 36.

chis

chisedec. Alleluia. Euangelium.
Homo quidam peregre. de communi confessoris pontificis, fol. 201.
Ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti Bonauenture confessoris tui atque pontificis, quesumus Dñe, annua solemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratie tue dona conciliet. Per dominũ.
Matt. 24. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: super omnia bona sua cõstituet eum. Postcommunio.

Deus, fideliũ remunerator animarum, presta: vt beati Bonauenture confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nost.

die 17. ¶ S. Alexij confessoris. Introitus.



Ps. 36. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in
Ibidem. corde ipsius. Psalm⁹ Noli emulari i malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

Deus, qui nos btĩ Alexij confessoris tui annua solemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum Jesum.
Lectó eplẽ btĩ Pauli apłi ad Timo.
1. ca. 6. Charissime: Est questus magn⁹ pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur: his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri: incidũt in tentationem & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, que mergũt homines in interitum & perditionem. Radix enim omniũ malorum est cupiditas. Quã quidam appetentes, errauerunt a fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei, hec fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam.
Graduale. Iustus, vt palma florebit: si Ps. 9
cut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir Jac. 1.
qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Alleluia. Euangelium.
Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sum. de communi Abbatum. 205.
Offertorium. Ueritas mea, & misericor Ps. 88.
dia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Laudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis cõfidimus, & futuris. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Communio. Beatus seruus, quem cum Matt
venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ 24.
dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Refecti cibo, potuq́ celesti De⁹ nr̃, te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum nostrum Jesum.

die. 18 ¶ Sanctę Symphorosę cū septem filijs martyribus. Introitus.

ps. 33. 

CLamauerunt iusti, & dn̄s exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psal. Benedicam dominū in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.
ibidē.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Simphorosę, & filiorū eius natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dn̄m. Epist. Sancti p fidē vicerunt regna. de cōmuni plurium mart. folio. 200.

ps. 12. Graduale. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aarō. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia. Euangeliū. Attendite a fermento phariseorum. de eodem cōi. f. 201. Offertorium.

ps. 31. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

MUnera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum.

Mat. 12. Communio. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.

PRęsta nobis, quęsumus dn̄e, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filijs eius: vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nr̄m.

¶ Sanctę Margaritę virgi. & martyris, Missa. Me expectauerunt. de cōi virginum & martyrum. f. 207. die 20.

¶ S. Praxedis virginis. Introit⁹. die 21.



LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, & nō ꝯfundebar: & meditabar in mandatis tuis, q̄ dilexi nimis. ps. 118

℣. Beati immaculati i via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. ibidē.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Praxedis virginis tuę festiuitate gaudem⁹, ita pie deuotionis erudiamur affectu. p. Epist. De virginibus pręceptū domini non habeo. de cōi virginū. 207.

Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te de⁹, de⁹ tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere ꝓcede, & regna, Alleluia. Euāg. Simile est regnū cęlorum thesauro abscondito in agro. de cōmu. 208. ps. 44. ibidē.

Offertorium. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi. Secreta. ps. 44.

ACcepta tibi sit dn̄e sacratę plebis oblatio, p tuoꝝ honore sanctoꝝ: quoꝝ se meritis ꝑcepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Jesum.

Communio. Simile est regnum cęlorum homini negociatori, quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. mat 12

Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dn̄m.

¶ In

die 22. ¶ In festo sancte Marię Magdalenę. Introitus.

ps 138



ME expectauerunt peccatores, vt perderēt me: testimonia tua dñe intellexi: oīs cōsummationis vidi finem: latū mandatum tuum nimis. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

ibidē.

BEatę Marię Magdalenę, quęsumus domine, suffragijs adiuuemur: cuius precib⁹ exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuū ab inferis resuscitasti. Qui viuis.

Lectio libri Sapientię.

cant. 3. SUrgam, & circuibō ciuitatem: per vicos & plateas quērā quē diligit anima mea. Quęsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quē diligit aīa mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittā, donec introducā illum in domū matris meę, & in cubiculū genitricis meę. Adiuro vos filię Jerusalem per capreas, ceruosq̄ cāpoꝝ: ne suscitetis, neq̄ euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Pone me vt signaculū sup cor tuū, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, ęmulatio: Lāpades eius, lampades ignis, atq̄ flāmaꝝ. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatē: nec flumina obruēt illam. Si dederit homo omnē substantiā domus suę pro dilectione: quasi nihil despiciet eam.

ps. 44. Graduale. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. Alleluia. Euangelium. Rogabat Jesū qdā phariseus. vt in fer. v. Dominicę passionis. 51. dicitur Credo.

Offertorium. Filię regū in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta. ps. 44

MUnera nostra, quęsumus domine, beatę Marię Magdalenę gloriosa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequium, vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit & regn.

Communio. Feci iudicium & iustitiam domine, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viā iniquitatis odio habui. Postcōmunio. ps 118

SUmpto, quęsumus dñe, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, & pretioso sanguine tuo, ab oībus malis, sanctę Marię Magdalenę patrocinijs eruamur. Qui viuis.

¶ In festo S. Apollinaris, episcopi & martyris. Introitus. die. 23.



SAcerdotes Dei benedicite Dominū: sancti & humiles corde laudate Deum. Dan. 3

Psal. Benedicite omnia opera Dñi domino: laudate & superexaltate eum in sęcula. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. ibidē.

DEus, fideliū remunerator animarum, quiq̄ hunc diē beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue quęsumus, nobis famulis tuis: vt cuius venerandā celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per dominum nostrum Jesum Chrm.

Lectio ep̄le beati Petri apostoli.

1.ca.5. Charissimi: Seniores q̄ in vobis sunt obsecro, consenior et testis Christi passionum, qui et eius q̄ in futuro reuelanda est, glorię cōmunicator. Pascite q̄ i vobis est gregē Dei: puidentes nō coate, sed spontanee secundum Deū, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neq; vt dominantes in cleris: sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glorię coronā. Similiter adolescētes subditi estote senioribus: Omnes aūt inuicem humilitatē insinuate: Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potēti manu Dei: vt vos exaltet in tēpore visitationis: omnē solicitudinē vestrā proijcientes in eū: q̄m ipsi cura est d̄ vobis. Sobrij estote, et vigilate: q̄a aduersarius vester diabolus tāq̄uā leo rugiens circuit, q̄rens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eādem passionē ei q̄ in mundo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autē omnis gratię, qui vocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, et imperiū i sęcula sclorum. Am̄. Grad.

ps. 88 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniqui-

ps. 109 tatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, et non pęnitebit eum: tu es Sacerdos in ęternum secundum ordinē Melchisedec, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap. 22 In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis Jesus: Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est i vobis, fiat sicut iunior: et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: q̄ recūbit, an q̄ ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Uos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: et sedeatis sup thronos, iudicantes duodecim tribus Jsrael.

Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. 88.

Secreta.

Respice dn̄e propitius super hęc munera: quę pro beati sacerdotis et martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, et pro nostris offensionibus immolamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Cōmu. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā, intra in gaudium domini tui. Matt. 25.

Postcommunio.

Tua sancta sumentes, q̄s dn̄e: vt beati Apollinaris nos foueant continuata pręsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dn̄m.

¶ Missa vigilię sācti Jacobi dicatur de cōi in vigilia vnius apostoli. 193. die. 24

Et pro cōme. S. Christinę virginis et martyris, dr̄ oratio. Indulgentiam, cum sua secreta, et postcōio. de communi virg. et mart. f. 206. Tertia de sancta Maria Concede, folio. 215.

¶ Si festum sancti Jacobi venerit feria secunda, de vigilia fit commemoratio in Missa sācti Apollinaris, & de sancta Christina in Dominica.

Die 25. ¶ In festo Sancti Jacobi Apostoli.

Introitus.

ps. 138



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto &c.

ibidē.

Oratio.

Esto Domine plebi tuę sanctificator & custos: vt Apostoli tui Jacobi munita pręsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per dominum nostrum.

In missis priuatis pro commemor. sancti Christophori marty. Oratio. Presta, q̄sumus oīpotēs Deus. 195.

In missa solēni nulla cōm. fit de eod.

Lectio ep̄lę btī Pauli ap̄lī ad Cor.

1. ca. 4. Fratres: Puto, q̄ Deus nos ap̄los nouissimos ostēdit, tanq̄ morti destinatos: q̄a spectaculū facti sumus mūdo, & angelis, & hominibꝰ. Nos stulti, ṗpter Christū: vos autē prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos, hęc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nā si decē millia pedagogoꝝ habeatis ī Chr̄o: sed nō multos patres. Nā ī Christo Jesu, per Euangeliū ego vos genui.

Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi cōfitebunrur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: Alleluia. ps. 44. Jo. 15.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

In illo tp̄e: Accessit ad Jesum mater filioꝝ Zebedęi cum filijs suis, adorans & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuā, & vnus ad sinistrā in regno tuo. Respōdens autem Jesus, dixit: Nescitis q̄d petatis: Potestis biber̄ calicem, quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere autem ad dexteram meā & sinistrā, nō est meū dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. dicitur Credo. ca. 20.

Offert. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. ps. 18.

Secreta.

Oblationes populi tui, quęsumus Domine, beati Apostoli tui Jacobi passio beata conciliet: & quę nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per do. Pręfatio de apost. fo. 96.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Math. 19.

Postcommunio.

Beati Apostoli tui Jacobi, q̄sumus domine, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percepimus tua sancta lętantes. Per dn̄m.

¶ San-

die 27. ¶ Sancti Pantaleonis martyris. Missa. L ętabitur iustus de communi vnius martyris. folio. 195.

die 28. ¶ In festo sanctorum Nazarij, Celsi, & Victoris martyrum, & Innocētij pape & confessoris Missa. I ntret in conspectu. 198. cum Epistola. R eddidit Deus mercedem. 200. de coi plurimorū martyrū pter orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio.

S Anctorum tuorū nos dñe Nazarij, Celsi, Victoris & Innocētij cōfessio beata cōmuniat: & fragilitati nostrę subsidium dignanter exoret. Per. Secre.

C Oncede nobis ops Deus: vt his muneribꝰ, quę pro sctōrū tuoꝝ Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per dñm. Postcommunio.

S Anctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij, dñe intercessione placatus: pręsta q̄sumus: vt quod tēporali celebramus actione, ꝑpetua saluatione capiamus. Per d.

die 29. ¶ In festo sanctę Marthę virginis. Introitus.

ps. 44. D Ilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deꝰ tuꝰ oleo lętitię, pręconsortibus tuis. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.



ibid ꝫ.

E Xaudi nos Deus salutaris nr: vt, sicut de beatę Marthę virginis festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per d.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oratio.

P Ręsta, quęsumus domine: vt, sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali sollemnitate congaudet, ita perfruatur ęterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia Oratio. A cunctis. folio. 222. Epistola. Q ui gloriatur, in dño glorief. de communi virginum. folio. 207. Graduale.

S pecie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua. A lleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia. Alleluia. Euangelium. I ntrauit Jesus in quoddam castellum. vt in festo Assumptio. beatę Marię. folio. 179. ps. 44.

Offertoriū. F ilię regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta. ibidē.

A Ccepta tibi sit Domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. &c.

Pro cōmem. SS. martyꝝ Felicis, Siplicij, Faustini, & Beatricis. Sec.

H Ostias tibi domine pro sanctorum martyrū tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cōmemoratione deferimus, suppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter conferant & salutem.

Communio. Q uinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo domino. Postcommunio. Mat. 25.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dñm.

Pro cõmemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Postcommunio.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cęlestibus mysterijs celebrata solemnitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat.

Die 30. ¶ Sanctorum martyrum Abdon & Sennen. Introitus.

Ps. 78.



Intret in conspectu tuo dñe gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

Ibidem. Psal. Deus venerunt gentes in hereditaté tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratię contulisti: da famulis tuis suorũ veniam peccatorum: vt sanctorũ tuorum intercedentibꝰ meritis, ab oibus mereamur aduersitatibus liberari. Per d.

Epistola. Exhibeamꝰ nosmetipsos. de cõmuni plurium martyrum. 200.

Exo. 15. Gradua. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos.

Sap. 3 Alleluia, alleluia. ℣. Justorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię: Alleluia.

Euangeliũ. Videns Jesus turbas. de eodem communi. folio. 200

Offert. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Jsrael: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suę: bñdictus Deus. Secr. Ps. 67.

Hæc hostia, quęsumus domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Per dominum nostrũ.

Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorũ bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios morte punitorum. Postcõmunio. Ps. 78.

Per huius domine operationẽ mysterij, & vitia nostra purgentur, & intercedentibus sanctis tuis Abdon, & Sẽnẽ, iusta desideria cõpleantur. Per dominum nostrum.

AVGVSTI FESTA.

¶ In festo sancti Petri ad vincula. Introitus. Die 1.



Nunc scio vere, qa misit Dñs angelũ suũ: & eripuit me de manu Herodis, & de oi expectatiõe plebis Judeorum. Act. 12.

Psal. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionẽ meã. ℣. Gloria pat. & filio. Or. Ps 138

Deus, qui beatũ Petrũ apl'm, a vinculis absolutũ, illęsum abire fecisti: nostrorum, q̃s, absolue vincula peccatorum: & omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per dñm.

Deinde fit Commemoratio de sancto Paulo. Oremus.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli pręd ica-

dicatione docuisti: da nobis, quesumus: vt cuius cõmemorationẽ colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.
Pro cõmemoratio. sanctorum martyrum Machabeorum. Oratio.
FRaterna nos Domine martyrum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa virtutum, et multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum nostrum.
Epistola. Misit Herodes rex manus. vt i festo aplorum Petri et Pau. f. 167.
ps. 44. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubente Deo terrarum Petre catenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis, alla.
Euang. Uenit Jesus in partes Cesaree Phil. 167. Et dicitur Credo.
ibidem. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie et generatione. Secreta.
OBlatum tibi Dñe, sacrificium, intercedẽte beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper, et muniat. Per dominum nostrũ Jesum.
Pro sancto Paulo. Secreta.
APostoli tui Pauli precibus domine plebis tue dona sanctifica: vt que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiãt patrocinio supplicantis. Pro comme. sanctorum martyrum Machabeorum. Secreta.
ITerata mysteria Domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione, deuota mente tractemus: quibus presidium nobis crescat, et gaudium. Per dominum.
Math 16. Prefatio de apostolis. f. 96. Comu. Tu es Petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommu.
COrporis sacri, et pretiosi sanguinis repleti libamine, quesumus domine Deus noster: vt quod pia deuotione gerimus, certa redẽptione capiamus. Per dominum nost.
Pro sancto Paulo Postcommu.
PErceptis dñe sacramentis, beatis Apostolis interuenientibus deprecamur: vt, quę pro illorum celebrata sunt gloria, nobis pficiãt ad medelã.
¶ Pro commemoratio. sanctorum Machabeorum. Postcommunio.
PResta, quesumus, oĩps Deus: vt quorum memoriã sacramenti participatione recolimus, fidẽ quoque proficiendo sectemur. Per dñz.
¶ S. Stephani pape, et m. Introit. die 2.



SAcerdotes eius induant salutari, et sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memẽto domine Dauid, et omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Oratio. ps. 131 ibidem.
DEus, qui nos bti Stephani martyris tui atque pontificis annua solẽnitate letificas: concede ppitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiã protectione gaudeamus. Per dñm.
Lectio actuum Apostolorum.
IN diebus illis. A Mileto Paulus mittens Ephesum: vocauit maiores natu ecclesie. Qui cũ venissẽt ad eũ, et simul essẽt, dixit eis. Uos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscũ per omne tẽpus fuerim seruiens dño cũ omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, que mihi acciderunt ex insidijs Judeorum: quõ nihil subtraxerim vobis vtiliũ, quominus annũciarẽ vo- ca. 20.

bis, ꝛ docerē vos publice, ꝛ per domos, testificans Judęis atq; gētilibus in Deum pęnitentiam, ꝛ fidem in dominū nostrum Jesum Chr̄m.

Eccle. 44. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.
ps. 109 Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.

Euā. Si q̄s vult venire post me. 193

ps. 88. Offertorium. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum cōfortabit eum. Secreta.

Munera tibi dn̄e dicata sāctifica: ꝛ intercedente btō Stephano martyre tuo atq; pontifice, p eadem nos placatus intēde. Per dominū.

Matt. 25. Communio. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis, quia i pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam: intra in gaudium domini tui. Postcommun.

Hæc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: ꝛ intercedēte btō Stephano martyre tuo atq; pōtifice, cęlestis remedij faciat esse ꝯsortes. Per dominum nostrum Jesum.

die 3. ¶ In inuentione sancti Stephani protomartyris, ad Missam omnia dicuntur de Natali eius. folio 9. ꝛ vbi dr̄ in orōne, Natalitia celebramus. dicat. Inuentionē celebramus.

die 4. ¶ In festo S. Dn̄ici ꝯfes. Introit⁹.

ps. 36. 

Os iusti meditabitur sapientiam: ꝛ lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psalm⁹.

ibidē. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam, beati Dominici cōfessoris tui illuminare dignat⁹ es meritis ꝛ doctrinis: cōcede: vt eius intercessione, temporalibus nō destituatur auxilijs, ꝛ spiritualibus semper proficiat incrementis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuū. Epistola. Testificor coram Deo. de communi doctorum. folio 203. Graduale.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. ps. 91.
Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut Osee. 14.
lilium: ꝛ florebit in ęternum ante dominū, Alleluia. Euangelium. Sint lumbi vestri pręcincti: de communi confes. non pontifi. folio 193.

Offertorium. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88.

Munera tibi domine dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per dominum nr̄m.

Cōmunio. Fidelis seruus ꝛ prudens, Matt. 24.
quem cōstituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensurā.

Postcommunio.

Concede, quęsumus omnipotes Deus: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici confessoris tui patrocinio subleuemur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ In dedicatione Sācte Marię ad Niues missa. Salue sancta parens. vt in missis votiuis beatę Marię virginis a Pente. vsq; ad Aduē. f. 215. Et dicitur Credo in vnum Deum. Pręfatio de Sancta Maria. fol. 95.

In

¶ In festo Transfigurationis Do-
die 6. mini nostri Jesu Christi. Introitus.



ps.76. Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę: commota est, & cōtremuit terra. Psalmus.
ps 83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, qui fidei sacramenta in vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti: & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter pręsignasti: concede propitius: vt ipsius regis glorię nos cohęredes efficias, & eiusdem glorię tribuas esse consortes. Per dominum.

Pro cōmem. sanctorū martyrū Xisti, Felicissimi & Agapiti. Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dñm.

Lectio eplē beati Petri apostoli.

2. ca. 1. Charissimi. Non doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem & pręsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim a Deo patre honorē & gloriā, voce ad eum delapsa huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui: ipsum audite. Et hāc vocē nos audiuimus de cęlo allatā: cum essemus cū ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē ꝓpheticū sermonē: cui bene facitis attēdentes, quasi lucernę lucēti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer
ps. 44 oriatur in cordibus vestris. Gradua. Speciosus forma prę filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Alleluia, alleluia. ℣. Candor Sap. 7
est lucis ęternę: speculum sine macula, & imago bonitatis illius, alleluia.

Sequentia scti euāg. sm Mattheū.

In illo tpe: Assumpsit Jes⁹ Pe- ca. 17.
trum, & Jacobum, & Joannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & trāsfigurat⁹ est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes. Rñdens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dñe, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnum, & Elię vnū. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs. Hic est fili⁹ meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descēdētibus illis de monte, pręcepit eis Jesus, dicens. Nemini dixeritis visionē, donec fili⁹ hominis a mortuis resurgat. dī Credo.
Offertorium Gloria & diuitię in domo ps. 111
eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi, alleluia. Secreta.

Oblata, quęsum⁹ dñe, munera, gloriosa vnigeniti tui Transfiguratione sanctifica: nosq; a peccatorum maculis, splendoribus ipsi⁹ illustrationis emunda. Per dominum.

Pro sanctis. Secreta.

Munera tibi Domine nostrę deuotionis offerim⁹: quę & ꝓ tuorum

rum

rum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum Jesum. Prefatio de Natiuitate Dñi. fol. 90.

Matt. 14. Communio. Uisionem quam vidistis, nemini dixeritis: donec a mortuis resurgat filius hominis. Postcommunio.

PResta, quesumus, omnipotens Deus: vt sacrosancta Transfigurationis mysteria, que solemni celebramus officio, purificate mentis intelligentia consequamur. Per dom.

Pro sanctis. Postcommunio.

PResta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis tuis Xisto, Felicissimo, & Agapito: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrum. &c.

die 7. ¶ Sancti Donati Episcopi & martyris. Introitus.



Dan. 3 SAcerdotes Dei benedicite Dominum: sancti & humiles corde laudate Deum. Psalmus. Benedicite

Ibidem. omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus tuorum gloria sacerdotum, presta quesumus: vt sancti martyris tui & episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per dñm.

Epistola. Omne gaudium existimate. de communi vnius martyris. f. 196.

Ps. 36. Gradua. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia.

Ibidem. ℣. Justus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius, Alleluia.

Euangel. Uidete, vigilate. de communi confessorum pontificum. 202.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Ps. 88. Secreta.

PResta, quesumus domine: vt sancti martyris tui & episcopi Donati intercessione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, pie nobis fructus deuotionis accrescat. Per do.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Matt. 24. Postcommunio.

OMnipotens, & misericors, Deus, qui nos sacramentorum tuorum & participes efficis & ministros: presta quesumus: vt, intercedente beato Donato martyre tuo atque pontifice, eiusdem proficiamus & fidei consortio, & digno seruitio. Per dñm.

¶ In festo SS. martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Introitus. die 8.



TImete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum: diuites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Psalmus. Ps. 33. Ibidem.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi solennitate letificas: concede propitius: vt, quorum natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thess.

FRatres: Gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum acce- 1. ca. 2.

accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominū, sed sicut est vere, vbū Dei, q operat in vobis q credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quę sunt in Judęa, i Christo Jesu: qa eadem passi estis et vos a ptribulibus vestris: sicut et ipsi a Judęis: qui et dñz occiderunt Jesum, et prophetas, et nos psecuti sūt: et Deo non placent: et omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant, vt impleant peccata sua semp. Peruenit enim ira Dei sup illos vsqz i finē.

ps. 33. Graduale. Timete dominum omnes sancti eius: qm̄ nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficiēt

Sap. 3 omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iusti: et tanquam scintillę in arundineto discurrent in ęternum, Alleluia.

Sequētia scti euange. scdm Marcum.

ca. 16. In illo tpe: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Euntes in mundū vniuersum, pdicate euāgeliū omni creaturę. Qui crediderit, et baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui vero nō crediderit: cōdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hęc sequentur. In nomine meo dęmonia eijciēt: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ęgros manus imponent, et bene habebunt. Offertoriū.

ps 13. Lętamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: et eorum nobis fiat supplicatione salutaris, p quorum solēnitate defertur. Per do.

Matt. 16. Communio. Signa autem eos, qui in me credunt, hęc sequentur: dęmonia eijciēt: super ęgros manus imponent, et bene habebunt. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus dñe Deus noster: vt quorum exequimur cultum, sentiam⁹ effectum. Per dominum. die 9.

In vigilia S. Laurentij martyris.

Introitus.

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sclm̄ sęculi: cornu eius exaltabit in gloria. Psalm. Beatus vir, qui timet Dominum: in mādatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio. ps. 111 ibidem

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris: et intercessione beati Laurentij martyris tui, cuius pu̧enimus festiuitatē, perpetuam nobis misericordiā benignus impende. Per do.

Pro cōm. S. Romani mart. Oratio.

Presta, quęsumus, ops Deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitationib⁹ mūdemur i mēte.

Tertia oro d s. Maria ꝯcede. 212.

¶ Si festum S. Laurētij venerit ferij. de vigilia fit cōme. in sabb. et de S. Romano in Dominica. Ubi autem fuerit Ecclesia collegiata, in sabbatho dicatur etiam missa de Vigilia.

Lectio libri Sapientię.

Confitebor tibi dñe rex, et collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor noi tuo: qm̄ adiutor, et ptector factus es mihi: et liberasti corp⁹ meū a perditione: a laqueo linguę iniquę, et a labijs operantiū mendacium: et in ꝯspectu persequentium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinem misericordię nominis tui, a rugientibus preparatis ad escā, de manib⁹ qrentium ecci 45

tium animã meã: ꝛ de portis tribulationũ, quę circundederũt me: a pressura flammę, quę circũdedit me: ꝛ in medio ignis non sum ęstuatus. De altitudine ventris inferi: ꝛ a lingua coinquinata, ꝛ a verbo mendacij: a rege iniquo, ꝛ a lingua iniusta. Laudabit vsqꝫ ad mortem aĩa mea dñm: qm̃ eruis sustinentes te: ꝛ liberas eos de manu angustię, dñe Deꝰ noster.

Ps. 111 Graduale. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Euangelium.

Si quis vult venire post me. f. 194.

Offertorium. Oratio mea munda est: ꝛ ideo peto, vt detur locus voci meę in cęlo: quia ibi est iudex meus, ꝛ conscius meus: in excelso ascendat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

Hostias dñe, quas tibi offerimꝰ ꝓpitius suscipe: ꝛ intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula pctõꝝ nostroꝝ absolue. Per d.

Pro sancto Romano. Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: ꝛ eius nobis fiat supplicatiõe salutaris, ꝑ cuius solẽnitate ðferť. Tertia ð sctã Maria.

Matt. 16. Cõmunio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: ꝛ tollat crucem suam, ꝛ sequatur me. Postcommunio.

Da, quęsumus domine Deus noster: vt sicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per dominuꝫ.

Pro sancto Romano. Postcõmu.

Refecti participatione muneris sacri, q̃s domine Deus noster: vt cuius exequimur cultũ, intercedẽte beato Romano martyre tuo, sentiamꝰ effectũ. Tertia de sctã Maria.

℟ In festo S. Laurentij mart. Intr. die 10.



Confessio, ꝛ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ꝛ magnificentia in sanctificatione eius. Psalmus. Ps. 95.

Cantate domino canticũ nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui. Oratio. ibidē.

Da nobis, q̃s oĩps Deus, vitioꝝ nostrorũ flãmas extinguere: q beato Laurentio tribuisti tormentorũ suorum incendia superare. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Qui parce seminat, parce ꝛ metet. Et q seminat in bñdictionibus, de benedictionibus ꝛ metet: Unusquisqꝫ prout destinauit in corde suo: nõ ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. Potẽs est aũt Deus oẽꝫ gratiã abundare facere in vobis: vt in oĩbus semper omnẽ sufficientiaꝫ habẽtes, abũdetis in omne opus bonũ: sicut scriptuꝫ est. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. Qui autem administrat semen seminãti, ꝛ panẽ ad mãducãdũ ꝓstabit. Et multiplicabit semen vestrũ: ꝛ augebit incrementa frugum iustitię vestrę. 2. Cor. 9.

Graduale. Probasti domine cor meum, ꝛ visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: ꝛ non est inuenta in me iniquitas. Ps. 16.

Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cęcos illuminauit, Alleluia.

Sequentia scti euã. s. Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amẽ dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsuꝫ solũ manet ca. 12.

net. Si autem mortuũ fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat animã suam, perdet eã: & qui odit animã suã in hoc mũdo: in vitam eternã custodit eã. Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sũ, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui est in celis. non dr̃ Credo. nisi in ecclesia propria, & nisi venerit in Dñica.

Ps. 95. Offertorium. Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

ACcipe, quesumus domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire cõcede. Per dominum nostrum.

Jo. 12. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, qđ debite seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nost.

Infra oct. S. Laurentij fit idẽ officium qđ in die: post orõnẽ diei, dicitur orõ de festo simplici occurrente: Tertia de sancta Maria, Concede.

die 11. ¶ Pro cõmemo. sanctorum martyrum Tiburtij, & Susanne. Oratio.



SAnctorum martyrũ tuorum Tiburtij & Susanne nos domine foueant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari.

Tertia oratio de s. Maria. Cõcede. nisi venerit in Dominica: tunc enim tertia orõ erit de sanctis. Sec.

ADesto Domine precibus populi tui: adesto muneribus: vt, que sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per dominum nostrũ Jesũ Christum filium tuum. Postcõmunio.

SUmpsimus domine pign⁹ redemptionis eterne: quod sit nobis, quesumus, interueniẽtibus sanctis martyribus tuis, vite presentis auxilium, pariter & future. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & reg.

¶ Pro cõmem. S. Clare virg. Or. die 12.



EXaudi nos De⁹ salutaris noster: vt sicut de btẽ Clare virginis festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Tertia oratio de S. Maria. Concede. Secreta.

ACcepta tibi sit Domine sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quesumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus.

¶ Pro cõmme. sanctorum martyrum Hippolyti, & Casiani. Oratio. die 13.

DA, quesumus oĩpotens De⁹: vt, beatorum martyrũ tuorũ Hippolyti, & Casiani veneranda solẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Tertia oratio de Sancta Maria. Concede. Secreta.

REspice Dñe munera populi tui sanctorũ festiuitate votiua: & tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Postcommunio.

SAcramentorum tuorum domine communio sumpta nos saluet: & in tue veritatis luce confirmet.

In

die 14. ¶ In vigilia Assumptionis beatę Marię virginis. Introitus.

ps. 44. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia & ibidem. exultatione. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui virginalem aulā beatę Marię virginis, i qua habitares, eligere dignatus es: da, quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suę interesse festiuitati. Qui viuis & regnas, in vnitate.

Pro cōmem. sancti Laurentij. Orō. Da nobis. vt sup. folio 177. Deinde pro sancto Eusebio confess. Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua solēnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominum no.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: & flores mei, fructus honoris & honestatis. Ego mr̄ pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctę spei. In me omnis gratia vię, & veritatis: in me omnis spes vitę, & virtutis. Transite ad me omnes qui ꝯcupiscitis me: & a generationib⁹ meis adimplemini. Spūs enim meus super mel dulcis: & hęreditas mea sup mel & fauū. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibūt me, adhuc sitiēt. Qui audiūt me, nō confundentur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam ęternam habebunt. Grad.

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo.

Sequentia scti euāgelij sm̄ Lucam.

In illo tpe: Loquente Jesu ad turbas: extollens vocē quędam mulier d̄ turba dixit illi. Btūs vēter q te portauit: & vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati q audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. ca. 11.

Offertoriū. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęternū permanes virgo. Secre.

Munera nostra, Domine, apud clementiam tuam Dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de pręsenti seculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum.

Pro sancto Laurentio. Secreta. Accipe, quęsum⁹ vt supra. folio 177. Pro cōmem. sancti Eusebij. Secreta.

Laudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum cōmemoratione sanctoꝝ: quib⁹ nos & pręsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dn̄m. Pręfatio cōis. 106.

Cōm. Beata viscera Marię virginis: quę portauerūt ęterni p̄ris filium. Postcōm.

Concede misericors Deus fragilitati nostrę pręsidiū: vt, qui sanctę Dei genitricis festiuitatem p̄uenimus, intercessionis ei⁹ auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem. Pro S. Laurentio. Postc. Sacro mune. vt supra. 177. Pro cōmem. S. Eusebij. Postcōm.

Refecti cibo potuq̧ cęlesti, De⁹ nr̄, te supplices exoramus: vt in cui⁹ hęc cōmemoratione ꝑcepimus, ei⁹ muniamur & precibus. Per do.

Ae 15. IN ASSVMPTIONE Beate Marie Virginis.



Introitus.



Gaudeamus omnes in domino, diez festum celebrātes sub honore Beate Marie virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli, & collaudant filium Dei. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Famulorum tuorum, q̄s dn̄e, delictis ignosce: vt, q tibi placere d̄ actibus nostris non valemus: genitricis filij tui domini nostri itercessione saluemur. Per eūdem dominum nost.

Lectio libri Sapientie.

Eccle. 41. In omnibus requiē quesiui: & i hereditate dn̄i morabor. Tunc p̄cepit, & dixit mihi creator omniū: & q creauit me, requeuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Jacob inhabita: & in Israel hereditare: & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requeui: & i Jerusalē potestas mea. Et radicaui in pp̄lo honorificato: & in partes Dei mei hereditas illius: & in plenitudine sctōrū detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plātatio rose in Jericho. Quasi oliua speciosa in cāpis: & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis, sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans, odorem dedi. Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris. Graduale.

Ps. 44 Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Assumpta est Maria in celum, gaudet exercitus angelorum, alleluia.

Sequentia sancti euāgelij s̄m Lucā. ca. 10

In illo tp̄e: Intrauit Jesus in quoddā castellū: & mulier q̄daz Martha noīe, excepit illū in domuz suā. Et huic erat soror noīe Maria: q̄ etiā sedēs secus pedes dn̄i, audiebat verbū illius. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū. Que stetit, & ait. Dn̄e, nō ē tibi cure, q soror mea reliq̄t me solā ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et r̄ndens dixit illi dn̄s. Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnuz est necessariū. Maria optimā partez elegit: q̄ nō auferet ab ea. Credo.

Offertorium. Assumpta est Maria in celum: gaudent angeli, collaudantes benedicunt dominum, Alleluia. Secreta.

Subueniat dn̄e plebi tue dei genitricis orō: quā etsi p̄ cōditione carnis migrasse cognoscimus: i celesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per eundem dominum.

Prefatio de beata Maria. fol. 95.

Com-

Lu. 10 Cõm. Optimã partẽ elegit sibi Maria: quę nõ auferet̃ ab ea in ęternũ. Postcõ.

MEn sę cęlestis participes effecti, implorãmus clementiã tuã, dñe Deꝰ nr̃: vt, q assumptionem Dei genitricis colimꝰ: a cũctis malis imminentibꝰ, eiꝰ itercessiõe liberemur. p eũd.

¶ Infra octa. Assump. btẽ virg. ⁊ in eius octa. fit idẽ offm̃ qd̃ in die. Et infra octa. post orõnez diei, dicit̃ orõ de spũ sancto. Deus, q corda fidel. 212. tertia Ecclie. vel p papa. Et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semid. De simplici autem fit tantũ cõmem.

die 18. ¶ In oct. S. Laurentij. Introitus.

Ps. 16. PRobasti domine cor meũ, ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti, ⁊ non est inuenta in me iniquitas.
Ibidem. Psal. exaudi domine iustitiã meã, intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. ⁊c. Oratio.

EXcita dñe in Ecclesia tua spm̃, cui btũs Laurẽtius leuita seruiuit: vt, eodẽ nos repleti, studeamꝰ amare qd̃ amauit, ⁊ ope exercere qd̃ docuit. Per dñz. i vnita. eiusd. Et fit cõm. d oct. Assup. btę Marię. Epist. Qui parce semi. vt in festo eiusdem.

Ps. 8 Graduale. Gloria ⁊ honore coronasti eũ. ℣. Et constituisti eum super opera manuũ tuaruz. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cęcos illuminauit, alleluia.

Euangeliũ. Nisi granum frumenti. vt in eius festo. Et dicitur Credo.

Ps. 20. Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iustus, ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.

SAcrificium nostrum tibi Domine, quęsumus, beati Laurentij precatio sancta conciliet: vt, cuius honore solẽniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per d.

Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, ⁊ tollat crucem suam, ⁊ sequatur me. Matt. 16. Postcommunio.

SUpplices te rogamꝰ oĩps Deꝰ: vt, quos donis cęlestibꝰ satiasti, intercedẽte btõ Laurentio martyre tuo, ppetua protectione custodias. p.

Pro cõm. S. Agapiti marty. Or. die 18.

LÆtet̃ ecclesia tua Deꝰ, bti Agapiti martyris tui confisa suffragijs: atqz eius p̃cibus gloriosis, ⁊ deuota permaneat, ⁊ secura consistat.

Tertia de Spiritu sancto. Deus, qui corda fidelium. Secreta.

SUscipe Domine munera, quę in eius tibi solẽnitate deferimꝰ, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus.

¶ In festo sancti Bernardi Abbatis, Missa. Os iusti meditab. de cõi vnius Abbatis. folio 205. Epistola. Iustus cor suum. 203. in cõi docto. fit cõmem. de octaua Assumptionis beatę Marię: ⁊ dicitur Credo. die 20.

¶ In octaua Assumptionis beatę Marię missa vt in die cum cõmemo. sanctoꝝ martyrum Timothei, Hippolyti, ⁊ Simphoriani. Oratio. die 22.

AUxiliũ tuum nobis dñe, q̃s, placatus impende: ⁊ intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, ⁊ Simphoriano, dexteram super nos tuę ppitiationis extende. Per dominum. Secreta.

ACcepta tibi sit, domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorum se meritis per-

percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominũ. Postcom.

O Diuini muneris largitate satiati, quesumus domine Deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, ꝛ Simphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

die 23. ¶ Missa vigilie S. Bartholomei dicatur de cõmuni vnius Apostoli.

Ego aũt. 193. Sequẽs festum sancti Bartholomei celebretur secundum consuetudinem locorum vel 24. vel 25. Augusti. Rome autem celebratur cum commemoratio. S. Ludouici, in missis tantum priuatis.

die 24. vel 25. ¶ In festo Sancti Bartholomei Apostoli. Introitus.

ps. 138



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Psalmus. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

ibidez.

Omnipotẽs sempiterne Deus: qui huius diei venerandaz sanctamque letitiaz, in beati apostoli tui Bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue, quesumus, ꝛ amare quod credidit, ꝛ predicare quod docuit. Per dominum nostrum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. C. 12. Fratres: Uos estis corpꝰ Christi, ꝛ mẽbra de mẽbro. Et quosdã quidẽ posuit Deus ĩ ecclesia: primo apostolos, secundo ꝓphetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ, interpretationes sermonũ. Nũqd oẽs apostoli? nunquid oẽs ꝓphete? nunquid oẽs doctores? nunquid oẽs virtutes? nũquid oẽs gratiã habent curationũ? nũquid oẽs linguis loquuntur? nũquid omnes interpretantur? Æmulamini aũt charismata meliora.

Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat domine. Alleluia. ps. 44.

Sequẽ. sancti euangelij sm Lucam.

In illo tempore: Exijt Jesus in montem orare: ꝛ erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, ꝛ elegit duodecim ex ipsis, quos ꝛ Apostolos nominauit. Simonem, quem cognominauit Petruz, ꝛ Andream fratrem eius: Jacobũ ꝛ Joãnem, Philippum ꝛ Bartholomeũ, Mattheum ꝛ Thomam, Jacobum Alphei, ꝛ Simonẽ qui vocatur Zelotes, ꝛ Judã Jacobi, ꝛ Judã Iscariotem, qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, ꝛ turba discipulorũ eius, ꝛ multitudo copiosa plebis ab omni Judea ꝛ Jerusalẽ, ꝛ Maritima, ꝛ Tyri, ꝛ Sidonis, qui venerant vt audirent euz, ꝛ sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ꝛ sanabat omnes. cap. 6.

dicitur Credo. Offertorium.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. 138

Secreta.

Beati

BEati Apostoli tui domine Bartholomęi solennia recensentes, quęsumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per dominum. Pręfatio d apostolis. fol. 66. Cōm.

Mat. 19. Uos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, dicit dominus.

Postcommunio.

SUmptum domine pignus redemptionis ęternę: sit nobis, q̄sumus, interueniente beato Bartholomęo apostolo tuo, vitę pręsentis auxilium pariter & futurę. Per dominum nostrum Jesum Christū.

die 25. ¶ S. Ludouici confessoris.

Ps. 36. Introitus.



OS iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psalm⁹.

Ibidē. Noli ęmulari in malignātibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui beatum Ludouicū confessorem tuū, de terreno ac temporali regno, ad cęlestis & ęterni regni gloriam transtulisti: eius, quęsumus, meritis & intercessione, regis regum Jesu Christi filij tui nos coheredes efficias. Per eundem.

Epistola. Iustum deduxit domin⁹. de cōi vnius mart. non pontific. 195.

Ps. 92. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tētationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia.

Euangelium. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. de communi conf. pontif. folio 204.

Offertorium. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88. Secreta.

PRęsta, quęsumus, omnipotens Deus: vt sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mūdi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per dominum nost.

Communio. Beatus seruus, quem cū venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Matt. 24.

Postcommunio.

DEus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris, quęsumus: vt quem in cęlis gloriosum fecisti, ecclesię tuę constituas defensorem. Per dominum.

¶ Sancti Zephirini Papę, & martyris: Missa Sacerdotes Dei, de communi vnius martyris pontificis. fol. 194. pręter orationem quę dicitur vt infra. Oratio. die 26.

PRęsta, quęsumus, omnipotens Deus: vt beati Zephirini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum. Sec.

MUnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Zephirino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

HÆc nos cōmunio domine purget a crimine: & intercedente beato Zephirino martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum.

die 28. ¶ In festo sãcti Augustini epi & cf. ac Doctoris Ecclesię. Introitus.

Eccle. 45.



In medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum. Psalmus.

ps. 91. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Adesto supplicationibus nřis omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperãdę pietatis indulges, intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione Sãcti Hermetis martyris. Oratio.

Deus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mũdi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostruz. Epistola. Testificor coram Deo & Christo. folio 203.

ps. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia.

ps 88. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum, Alleluia.

Euangelium. Uos est sal terrę. de eodem cõmuni. f. 203. Et dř Credo.

ps. 91. Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti confessoris tui Augustini nobis, Domine, pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgẽtiam semper obtineat. Per dominuz nostrũ.

Pro sancto Hermete. Secreta.

Sacrificium tibi domine laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctoruz: da, quęsumus: vt, quod illis contulit ad gloriaz, nobis prosit ad salutem. Per dominuz nostrum Jesum Christum.

Communio. Fidelis seruus & prudẽs, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio. Matt. 24.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus confessor tu^9 Augustinus & pontifex, quęsumus, precator accedat. Per domi.

Pro sancto Hermete. Postcõmun.

Repleti benedictione cęlesti, q̃sumus clementiam tuam: vt intercedente btõ Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, salubriter sẽtiamus. Per dominum nostrum.

¶ In decollatione sancti Joannis Baptistę. Introitus. die 29.



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Psalmus. ps. 118

Bonum est cõfiteri Domino, & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. ps. 91.

Sancti Joannis Baptistę precursoris, & martyris tui, quęsumus Domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis p̃stet effectum. Per dominum nostrum Jesum.

Pro cõmem. S. Sabinę mart. Oro.

Deus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiã in sexu fragili victo-

victoriã martyrij contulisti: cõcede ꝓpitius: vt q beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ.

Lectio Jeremię prophetę.

cap. 1. In diebus illis: Factum est verbum domini ad me, dicens. Accinge lũbos tuos, ⁊ surge: ⁊ loquere ad Juda omnia, quę ego ꝓcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciã vultũ eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, ⁊ in columnam ferream, ⁊ in murũ ęreum super oẽm terrã, regibus Juda, principibus eius ⁊ sacerdotibus, ⁊ omni pplo terrę. Et bellabunt aduersum te, ⁊ nõ pręualebunt: qa ego tecum sum, ait dominus, vt liberẽ te.

Ps. 91. Graduale. Justus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per

Osee. 14. noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in ęternũ ante dominum, Alleluia.

Sequẽtia sancti euang. sm Marcũ.

cap. 6. In illo tpe: Misit Herodes, ac tenuit Joannem, ⁊ vinxit eum in carcerem, ꝓpter Herodiadẽ vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi. Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autẽ insidiabaẽ illi: ⁊ volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum iustum ⁊ sanctum, ⁊ custodiebat eũ: ⁊ audito eo, multa faciebat, ⁊ libeñter eũ audiebat. Et cum dies opportunus accidisset. Herodes natalis sui cęnam fecit principibus, ⁊ tribunis, ⁊ primis Galilęę. Cumq̃ introisset filia ipsius Herodiadis, ⁊ saltasset, ⁊ placuisset Herodi, simulq̃ recumbentibus: rex ait puellę. Pete a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cum exisset: dixit matri suę. Quid petã? At illa dixit. Caput Joannis Baptistę. Cũq̃ introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicẽs. Volo, vt protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistę. Et contristatus est rex, propter iusiurãdum: ⁊ propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso speculatore, pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco: ⁊ dedit illud puellę: ⁊ puella dedit matri suę. Quo audito, discipuli eius venerunt, ⁊ tulerũt corpus eius: ⁊ posuerunt illud in monumento.

Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iustus: ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer: desideriũ animę eius tribuisti ei. Ps. 20.

Secreta.

Munera, quę tibi, domine, pro sancti martyris tui Joannis Baptistę passione deferimus, quęsumus: vt eius obtẽtu nobis proficiãt ad salutem. Per dominum nostrũ.

Pro comme. S. Sabinę. Secreta.

Hostias tibi Dñe beatę Sabinę martyris tuę dicatas, meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiũ. Per.

Cõmunio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. ibidẽ.

Postcom.

Conferat nobis dñe sancti Joannis Baptistę vtrãq̃ solẽnitas: vt ⁊ magnifica sacramenta quę sumpsimus, significata veneremur, ⁊ in nobis potius edita gaudeamus. P.

Pro com. S. Sabinę. Post.

Diuini muneris largitate satiati,

qs

quęsumus domine Deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione viuamus, Per dominum nostrum.

die 30. Sctõꝝ Felic. ꝛ Adaucti m̃. Intr.

Eccle. 44. Sapientiam sanctorũ narrent populi, ꝛ laudes eorũ nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sęculum sęculi. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Maiestatem tuam Domine supplices exoramus: vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lętificas, ita semper supplicatione defendas. Per do. Epist. Reddidit Deus iustis mercedem. de communi plurium mart. fol. 200.

Sap. 3 Graduale. Iustorum animę in manu Dei sunt: ꝛ non tanget illos tormentum malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣.

Ibidem. Fulgebunt iusti, ꝛ tanquam scintillę in arundineto discurrent in ęternum, Alleluia.

Euangelium. Qui vos audit. de cõmuni plurimorum mart. folio 201.

ps. 31. Offert. Lętamini in domino, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Sec.

Hostias domine plebis tuę intende: ꝛ quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere sibi sentiant ad salutem. Per dominum nostrum. ꝛc.

Matt. 10. Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: ꝛ quod in aure auditis, prędicate super tecta.

Postcommunio.

Repleti domine muneribus sacris, quęsumus: vt, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per dominum nostrum.

SEPTEMBRIS FESTA.

¶ Sancti Egidij Abbatis. Missa. die 1.
Os iusti medi. vt in communi Abbatis. folio 205. cũ cõmem. sanctoꝝ martyrũ duodecim Fratrũ. Oratio.



Fraterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę ꝛ fidei nostrę pbeat incremẽtia virtutum, ꝛ multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum nostrum Jesum. Secre.

Iterata mysteria, dñe, pro sctõꝝ martyꝝ tuoꝝ cõmemoratione, deuota mẽte tractemᵘ: qbᵘ nobis ꝛ pfidiũ crescat, ꝛ gaudiũ. Per. Postc.

Presta, q̃s ops Deus: vt quoꝝ memoriam sacramenti participatione recolimus, fidez quoqꝫ pficiendo sectemur. Per dominuz no.

IN NATIVITATE S. Marię virginis. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terramque regit in sęcula sęculorũ. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opa mea regi. ℣. Gloria. Oratio. — Sedulius. — ps. 44.

Famulis tuis, q̃s dñe, cęlestis gratię munus impertire: vt, quibᵘ beatę virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua solennitas, pacis tribuat incremẽtũ. Per dominum. In missis priuatis p cõmem. S. Adriani mart. Oratio. Presta, q̃s ops. de cõi vniᵘ mar. 191.

Lectio libri Sapientię.

Dominus possedit me in initio viarũ suaꝝ, anteq̃ qcquã faceret a principio. Ab ęterno ordinata suz, ꝛ ex antiqs, antequaz terra fieret. pro. 8.

Nõ-

Nódũ erant abyssi: ⁊ ego iã cõcepta erã. Necdũ fontes aquaꝝ eruperant: necdũ mõtes graui mole ꝯstiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terrã nõ fecerat, ⁊ flumina, ⁊ cardines orbis terrę. Quãdo ꝑparabat cęlos, aderã. Quãdo certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos. Quãdo ęthera firmabat sursuz, ⁊ librabat fontes aquaꝝ. Quãdo circũdabat mari terminũ suũ: ⁊ legẽ ponebat aqs, ne trãsirẽt fines suos. Quãdo appẽdebat fundamẽta terrę, cũ eo erã cũcta cõponens. Et delectabar per singulos dies, ludens corã eo omni tẽpore, ludens in orbe terrarum: ⁊ delicię meę esse cũ filijs hominũ. Nunc ergo filij audite me. Beati q custodiunt vias meas. Audite disciplinã, ⁊ estote sapientes: ⁊ nolite abijcere eã. Beatus homo q audit me: ⁊ q vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, ⁊ hauriet salutem a domino.

Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuẽta es mater saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Alleluia.

Initium scti euãgelij ſm Mattheũ.

cap. 1. Liber generationis Jesu Chri filij David, filij Abrahã. Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autẽ genuit Judam ⁊ fratres ei⁹. Judas aũt genuit Phares ⁊ Zarã de Thamar. Phares autez genuit Esron. Esron autẽ genuit Arã. Araz autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autez genuit Salmon. Salmon autez genuit Booz de Raab. Booz aũt genuit Obeth ex Ruth. Obeth autẽ genuit Jesse. Jesse autem genuit David regẽ. David autem rex genuit Salomonem, ex ea q̃ fuit Vrię. Salomon aũt genuit Roboam. Roboã autẽ genuit Abiam. Abias autẽ genuit Asa. Asa autẽ genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Jorã aũt genuit Oziaz. Ozias autẽ genuit Joathã. Joathã autẽ genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiã. Ezechias autẽ genuit Manassen. Manasses autez genuit Amon. Amon autẽ genuit Josiam. Josias autẽ genuit Jechoniã, ⁊ fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationẽ Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel aũt genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autez genuit Eliachim. Eliachim aũt genuit Azor. Azor autez genuit Sadoc. Sadoc autez genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autez genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mathan. Mathan aũt genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph viruz Marię, de qua natus est Jesus, q vocatur Chrs. Credo.

Offert. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorẽ: genuisti qui te fecit: ⁊ in ęternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui dñe nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, sed sacrauit: in Natiuitatis eius solẽnijs, nostris nos piaculis exuens, oblationẽ nostrã sibi faciat acceptam Jesus Chrs dñs noster. Qui tecuz.

Prefatio de beata Virgine. fol. 96.

Cõmu. Beata viscera Marię virginis, q̃ portauerunt ęterni patris filiũ. Postc.

Sumpsi-

Sumpsimus dñe celebritatis annuę votiua sacramenta: pręsta q̃s: vt temporalis vitę nobis remedia prębeāt, & ęternę. Per dominū.

die. 9. ¶ Infra oct. Natiu. btę Marię, & in die oct. dr̄ missa sicut in die, sed infra octa. dicit̄ scd̄a or̄o de spiritu sancto.

Deus, qui corda fidelium. tertia Ecclesię. vel pro Papa. Deus omnium fidelium. & non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum cōmemo.

¶ Pro commemoratione S. Gorgonij martyris. Oratio.

Sanctus tuus dñe Gorgonius sua nos intercessione lętificet: & pia faciat solemnitate gaudere.

tertia oratio de spiritu sancto. Deus qui corda fideliū. nisi venerit in Dominica: tunc enim tertia oratio erit p̄ Sanctis. Secreta.

Grata tibi sit domine nostrę seruitutis oblatio: pro qua sanct⁹ Gorgonius martyr interuentor existat. Postcommunio.

Familiam tuā Deus suauitas ęterna cōtingat, & vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Christi filij tui bono iugiter odore pascha.

¶ S. Nicolai Tolētinatis cōf. Intr.



Dedit dñs cōfessionē sancto suo & excelso in verbo glorię: de oi corde suo laudauit dñm: &

die 10. dilexit deū, q̄ fecit illum. ps. Bonū est cōfiteri dño, & psallere noi tuo altissime. ℣ Gloria patri. Oratio.

Concede, q̃s, op̃s Deus: vt Ecclesia tua, q̃ bti Nicolai ꝯfessoris tui virtutū, & miraculoꝝ gl'ia coruscat, eius intercessione, & meritis, ꝑpetua pace, atq; vnitate lętetur. Per d.

Deinde fit cōm. octa. Nat. Epistola. Dilect⁹ deo. vt i cōi ꝯf. nō pō. Grad. In lege dñi fuit volūtas eius, die ac nocte. ℣. Prędicās pręceptū dñi: ꝯstitutus est in monte sancto eius. Alleluia, alle. ℣. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in ęternum ante dominum, Alleluia. Euang. Nolite timere pusillus grex. vt in cōi cōfess. non pontifi. Offerto. Lętentur ps. 3 6. omnes qui sperant in te domine: quoniam tu benedixisti iusto: scuto bonę voluntatis tuę coronasti eum. Secreta.

Oblatū tibi dñe sacrificiū, intercedente beato Nicolao cōfessore tuo, viuificet nos semper & muniat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium. &c.

Deinde de Natiuita. Cōmunio. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & circumcinxit eum Zona iustitię, & induit eū dominus stolam glorię. Postcommun.

Populum tuum, domine, quę sumpsimus sacramenta, custodiant: vt qui sancti Nicolai confessoris tui iugiter implorant auxiliū, petitionū suarum salutarem consequātur effectū. Per d. Deinde de Nat.

Pro cōmemoratione sanctorū martyrum Prothi, & Hiacinthi. Oratio. die 11.

Beatorum martyrum tuorum Prothi & Hiacinthi nos Domine foueat preciosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Tertia oratio de Spiritu sancto. Secreta.

Pro sanctorum martyrum tuorum Prothi & Hiacinthi commemoratione, munera tibi Domine quę debem⁹ exoluimus: pręsta quęsumus: vt remedium nobis perpetuę salutis operentur.

Postcommunio.

Vt percepta nos Domine tua sancta purificent: beatorū martyrum tuorū Prothi & Hiacinthi, quęsumus, imploret oratio.

die 14. ¶ In Exalta. sctē Crucis. Introit.

Gal. 6. 

Nos autem gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nr̃a: per quem saluati, et liberati sumus. Psalmus.

ps. 66. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Deus, qui nos hodierna die exaltationis sancte Crucis annua solēnitate letificas: presta quesumus: vt cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis premia in celo mereamur. Per eundem dn̄m.

Et fit cōm: d̄ Natiuit. sancte Marie.

Lcō eplē bti Pauli aplī ad Philip.

cap. 2. Fratres: Christus factus est p nobis obediens vsque ad mortem: mortem autē Crucis. Propter quod et Deus exaltauit illū: et donauit illi nomē, quod est sup omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, celestiuz, terrestrium, et infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris.

Phi. 2 Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsq3 ad mortem: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod et Deus exaltauit illum: et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia.

℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum, et dominum, Alleluia.

Sequētia sancti euāg. ſm Joannem.

Ja. 12. In illo tpe: Dixit Jesus turbis Judeoꝝ. Nūc iudicium est mūdi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad me ipsuz. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Rn̄dit ei turba. Nos audiuimus ex lege, qa Christus manet i eternū. Et quō tu dicis, oportet exaltari filiū hominis? Et qs est iste fili⁹ hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucez habetis, credite in lucez, vt filij lucis sitis. dicitur. Credo. Offertorium. Protege domine plebem tuam per signum sancte Crucis, ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, et acceptabile fiat sacrificium nostrum, allelu.

Secreta.

Jesu Christi domini nostri corpore et sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum, quesumus, domine Deus noster: vt sicut illud adorare meruim⁹: ita perēniter eius glorie salutaris potiamur effectu. Per eundem dn̄m.

Prefatio de Cruce folio 98.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Postcommun.

Adesto nobis domine Deus noster: et quos sancte Crucis letari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per dominū.

¶ In octaua Natiuitatis Btē Marie, Missa vt in die, cum commemo. sancti Nicomedis martyris. Oratio. die 15.

Adesto domine populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita preclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semp ei⁹ patrocinijs adiuuet. Per. Secre.

Suscipe dn̄e munera, ppiti⁹ oblata: q̄ maiestati tue, bti Nicomedis martyris tui cōmēdet oratio. Per dominum nostrum. Postcō.

Purifi-

PUrificent nos dñe sacraméta q̃ sumpsimus: ⁊ intercedente btõ Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiát vitijs absolutos. Per dominũ.

die 16. ¶ In festo sctõꝝ Põtificũ ⁊ m̃. Cornelij, ⁊ Cypriani, Missa. Intret in cõspectu tuo. õ cõi plurimo. m̃. f. 198. cum cõme. alioꝝ martyrum, vt infra, nisi fuerit dñica: q̃a tunc cõmemoratio sequés fit in dñica, ⁊ festum prędictum transfertur in secundaz feriam.

¶ Pro cõmem. sctõꝝ mar. Euphemię, Lucie, ⁊ Geminiani. Oratio.

PRęsta dñe p̃cib⁹ nr̃is cum exultatione, p̃ueniãz: vt quoꝝ dié passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiá subsequamur. Tertia oõ. A cũctis. fol. 222. Secre.

VOta populi tui, quęsumus domine, ppitiatus intende: ⁊ quorum nos tribuis solemnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Postcõmun.

EXaudi domine preces nostras: ⁊ sanctorum martyrum tuoꝛuz Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiái, quorum festa solẽniter celebramus, continuis foueamur auxilijs.

die 19. ¶ SS. mart. Januarij ⁊ socio. Intr. Salus aũt. Oõ. Deus, q̃ nos annua. Epl'a. Rememoramini. Grad. Clamauerunt. Euang. Sedente Jesu super montem. Offerto. Justoꝝ aię. Cõmunio. Quod dico vobis. vt in

die 20. communi plurium marty. 198.

¶ In vigilia sancti Matthęi apostoli ⁊ euangelistę. Introitus.

ps. 52. EGo autem sicut oliua fructificaui in domo Domini: speraui in misericordia Dei mei: ⁊ expectabo nomen tuum: quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuoꝝ. Psal.

ibid. 3. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, q̃sumus omnipotés Deus: vt beati Matthęi apostoli tui ⁊ euangelistę quam pręuenimus veneranda solemnitas, ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ salutem. Per dñm. Deinde fit cõmem. sanctorum martyrum Eustachij ⁊ socioꝛuz. Oratio. Deus, q̃ nos ɔcedis. cũ sua secreta, ⁊ Postcõione, vt in cõi pluri. m̃. f. 199. Tertia oõ de sctã Maria. Concede. nisi festũ scti Matthęi venerit ĩ fe. ij. quia tunc de sanctis cõmem. fit ĩ dominica, ⁊ sabbatho fit de vigilia, cum oõne de sancta Maria. ⁊ Ecclesię. vel pro papa. Epistola. Benedictio Domini super caput iusti. vt in vigilia sancti Andreę, vel in cõmuni, in vigilia vnius apostoli. 193.

Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatem tuã p noctẽ. ps. 91.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tpe: Uidit Jesus publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei cõuiuium magnũ Leui in domo sua: ⁊ erat turba multa publicanoꝝ, ⁊ alioꝛuz qui cum illis erant discũbentes. Et murmurabant pharisęi ⁊ scribę eoꝝ, dicẽtes ad discipulos eius. Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus mãducatis ⁊ bibitis? Et respondens Jesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico: sed qui male habẽt. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam. cap. 5.

Offertorium. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ constituisti eum super opera manuũ tuarum domine. Secreta.

Apostolicę reuerentię culmen offerimus tibi sacris mysterijs imbuendum: pręsta, quęsumus dñe: vt bti apostoli tui & euãgelistę Matthęi suffragijs, cuius natalitia pręuenimus, hęc plebs tua semp & sua vota depromat, & desiderata percipiat. Per dominum nostrum. Communio.
Ps. 20. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum, domine. Postcommunio.
Sancti apostoli tui & euãgelistę Matthęi, qsum⁹ dñe, supplicatione placatus, & veniã nobis tribue, & remedia sempiterna cõcede. Per.
die 21. ¶ In festo sancti Matthęi apostoli & euangelistę. Introitus.



Ps. 36 Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psalm⁹.
Ibidez. Noli ęmulari in malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.
Beati apli & euangelistę Matthęi, domine precibus adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per dominum nostrum. &c.
Lectio Ezechielis prophetę.
ca. 1. Similitudo vultus quatuor animalium: Facies hominis, & facies leonis a dextris ipsoꝝ quatuor: facies aũt bouis a sinistris ipsoꝝ quatuor: & facies aqlę desup ipsoꝝ quatuor. Et facies eorum, & pennę eorum extentę desuper: duę pennę singulorum iungebãtur, & duę tegebant corpora eorum. Et vnũquodq; eorum coraz facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebãtur: nec reuertebantur, cuz ambularent. Et similitudo animalium, & aspect⁹ eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hęc erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Graduale.
Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicet. Ps. 110
Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat, domine, Alleluia.
Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.
In illo tpe: Uidit Jesus hominẽ sedentẽ ĩ telonio, Matthęuz noie: & ait illi. Sequere me. Et surgẽs secutus est eum. Et factum est: discũbẽte eo in domo, ecce, multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Jesu & discipulis eius. Et videntes pharisęi, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus mãducat magister vester? At Jesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est. Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo. ca. 9.
Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt a te, & tribuisti ei, Alleluia. Secreta. Ps. 20.
Supplicationibus Apostolicis beati Matthęi euãgelistę, quęsumus domine, ecclesię tuę commẽdetur oblatio: cuius magnificis prędicationibus eruditur. Per dñm.
Pręfatio de apostolis. folio 96.
Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, & magnum decorẽ impones ibidez.

nes

nes super eum domine. Postcommun.

PErceptis dñe sacramentis, btõ Mattheo aplo tuo et euangelista interueniente, deprecamur: vt, q̄ pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per dñm.

die 22. ¶ Sanctorum martyrum Mauritij et sociorum eius: Missa. Intret in conspectu tuo. 198. cum Epistola. Respondit vnus de senioribus. de cõmuni plurimorũ martyrũ 200. preter orõnem, que dr̃ vt infra. Orõ.

ANnue, q̄s omnipotẽs Deus: vt sanctorum martyrum tuorum Mauritij et sociorum eius nos letificet festiua solẽnitas: vt quorum suffragijs nitimur, eoruz natalitijs gloriemur. Per dominum. Secreta.

REspice, quesumus dñe, munera, que in sanctoruz martyrum tuorum Mauritij et sociorũ eius cõmemoratione deferimus: et presta: vt quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per dominum. Postcommunio.

CAElestibus refecti sacramentis et gaudijs, supplices te rogamus dñe: vt, quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per do.

die 23. ¶ In festo S. Lini pape et martyris Missa Sacerdotes Dei. De communi vnius marty. pontifi. fol. 194. Cuz cõmem. scte Tecle virg. et mar. vt infra, nisi fuerit dñica: qa tũc cõmsequens fit in Dominica, et festuz p̄dictuz transfertur in secundã feriam. Pro commemoratione sancte Tecle virginis et martyris. Oratio.

DA q̄s, oĩps Deus: vt q beate Tecle virginis et martyris tue natalitia colimus, et annua solẽnitate letemur: et tãte fidei proficiamus exemplo. Tertia oratio. A cunctis nos, quesumus domine. Secreta.

SUscipe dñe munera, q̄ in beate Tecle virginis et martyris tue solẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcõ.

AUxilientur nobis dñe sumpta mysteria: et intercedente beata Tecla virgine et martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere.

¶ Sanctorum martyrum Cypriani et Justine: Missa. Salus autẽ iusto. de communi plurimorũ mar. f. 199. p̄ter orationem, que dr̃ vt infra. Orõ. die 26.

BEatorum martyrum tuorum Cypriani et Justine nos dñe foueãt cõtinuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per. Sec.

MUnera tibi dñe nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dominum. Postcommu.

PResta nobis, q̄s dñe, intercedẽtibus sanctis tuis Cypriano et Justina: vt que ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominuz.

¶ In festo sanctorum martyrum Cosme et Damiani. Introitus. die 27.



SApientiam sanctorum narrẽt populi, et laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Psalm. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio. Eccl. 45. Ps. 32.

PResta, q̄s, oĩps, Deus: vt, q sanctorum martyrum tuorum Cosme et Damiani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eoruz intercessionibus liberemur. Per do.

Epla.

Epistola. Iusti autem in perpetuũ. de cõi plurium mart. fol. 199. Grad.

ps. 33. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus his q tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas: quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, alleluia.

Euãg. Descẽdens Jesus de monte. de eodem communi. folio 199.

ps. 5. Offertoriũ. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine, vt scuto bonę voluntatis tuę, coronasti nos. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis dñe, pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semp obtineat. Per.

ps. 78. Communio. Posuerũt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios morte punitorum. Postcõmunio.

Protegat, q̃sumus, domine, populum tuum & participatio cęlestis indulta conuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per dominum.

die 29. ¶ In festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli. Introitus.



ps. 102 Benedicite dominũ oẽs angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonũ eius. ps. Benedic aĩa mea Dño, & oia quę intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidẽ

Deus, q miro ordine, angelorũ ministeria, hominũ q̃ dispẽsas: cõcede, ppitius: vt, quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistit, ab his in terra vita nr̃a muniatur. Per.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

In diebus illis. Significauit ca. 1.
Deus quę oportet fieri cito, loquens per angelum suum seruo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimoniũ Jesu Christi, quęcunq; vidit. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetię huius: & seruat ea quę in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Joannes septem ecclesijs quę sunt in Asia. Gra vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus qui in conspectu Throni eius sunt: & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regũ terrę: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Graduale. ps. 102

Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius, ℣. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Michael ibidẽ. archangele defende nos in prelio: vt non pereamus in tremẽdo iudicio. Allelu.

In Apparitione sancti Michaelis mense Maij, omisso graduali, additur sequens ℣. Concussum est mare, & contremuit terra, vbi archangelus Michael descendit de cęlo, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tempore: Accesserunt ca. 18.
discipuli ad Jesum, dicentes. Quis, putas, maior est in regno cęlorum? Et aduocans Jesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli:

non intrabitis in regnum cęlorum. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno cęlorū. Et q susceperit vnū paruulū talē in nomine meo: me suscipit. Qui autē scandalizauerit vnū de pusillis istis, q in me credunt: expedit ei, vt suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in pfundum maris. Vę mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scādala: veruntamē vę homini illi, per quē scandalum venit. Si autē manus tua, vel pes tuus scādalizat te: abscinde eum, & proijce abs te. Bonū est tibi ad vitā ingredi debilem, vel claudū, quā duas manus, vel duos pedes habētē mitti in ignē ęternū. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eū, & pijce abs te. Bonū est tibi cū vno oculo ī vitā intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: qa angeli eorū semp vidēt faciē patris mei, q in cęlis est. Credo.

Apo. 8. Offertorium. Stetit angelus iuxta arā templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, Alleluia. Secreta.

Hostias tibi dñe laudis offerimus, suppliciter deprecātes: vt easdē angelico p nobis intercedente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram puenire concedas. Per do.

Dan. 3 Cōmun. Benedicite omnes angeli domini dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sęcula. Postcommunio.

Beati archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te domine deprecamur: vt quod ore prosequimur, contingamus & mente. Per dominum nostrum. &c.

In festo S. Hieronymi presbyteri cōfess. & doctoris Ecclesię. Introitus. die 30.



In medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię & intellectus: stolam glorię induit eum. Psalmus. Eccle. 15.

Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri. Oratio. ps. 91.

Deus, qui ecclesię tuę in exponendis sacris scripturis beatum Hieronymum confessorem tuum, doctorem maximum, prouidere dignatus es: pręsta, quęsumus: vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per dominū. Epist. Testificor coram Deo. f. 203. Grad.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplātabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum: stolam glorię induit eum. Alleluia. Euangelium. ps. 36. Eccle. 45.

Vos estis sal terrę. 203. & di Credo.

Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur, Secreta. ps. 91.

Donis cęlestibus, qsumus dñe, libera nos tribue mente inseruire: vt munera quę deferimus, intercedente beato Hieronymo confessore tuo, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per dominum. Cōmunio.

Fidelis seruus, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōm. Matt. 24.

Repleti alimonia cęlesti, qs dñe: vt interueniente beato Hieronymo confessore tuo, misericordię tuę gratiam consequi mereamur. Per.

OCTOBRIS FESTA.

die 1. ¶ Sācti Remigij Episcopi, & Confessoris, Missa. Statuit ei dominus. de cōmuni confess. pontificum. 201.

die 4. ¶ In festo S. Francisci cōfes. Intr.
Gal. 6.



Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Psal.
ps. 141 Voce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Frācisci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cęlestium donorū semper participatione gaudere. Per dominum nostrum.

Lectio epl̄ę bti Pauli apl̄i ad Gal.
cap. 6. Fratres, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu, neq3 circuncisio aliquid valet, neq3 pręputiū: sed noua creatura. Et quicunq3 hanc regulam secuti fuerint: pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata dn̄i Jesu in corpore meo porto. Gratia Dn̄i nostri Jesu Christi, cū spū vestro fratres. Amen.

ps 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciscus pauper & humilis, cęlum diues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur. Alleluia.

Euange. Confiteor tibi pater, 200.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88.

Munera tibi dn̄e dicata sāctifica: & intercedente beato Frācisco, ab omni nos culparu3 labe purifica. Per dominum nost. Communio.

Fidelis seruus & prudens: quem constituit dominus super familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcomm. mat. 24

Ecclesiam tuā, q̄s dn̄e, gratia cęlestis amplificet: quā beati Frācisci illuminare voluisti gloriosis meritis, & exēplis. Per dominum nost. die 7.

¶ S. Marci Papę & cōfess. Intro.

Sacerdotes tui domine induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. Ps. ps. 131 ibide3.
Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi dn̄e preces nostras: & intercedente beato Marco ꝯfessore tuo atq3 pōtifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Pro cōme. sctōꝝ mart. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

Sanctoꝝ martyrū tuorum nos dn̄e Sergij, Bacchi, Marcelli & Apuleij btā merita prosequātur: & tuo semper faciant amore feruentes. Per do. Epist. Plures facti sunt sacerdotes. de cōi confesso. ponti. 202.

Grad. Sacerdotes eius induāt salutare: & sancti ei⁹ exultatione exultabūt. ℣. Illuc ꝓducā cornu Dauid: paraui lucernā Chro meo. Alleluia, allelu. ℣. Jurauit dn̄s, & nō pęnitebit eū: tu es sacerdos in ęternum, secundu3 ordinem Melchisedec, Alleluia. ps. 131 ibide3.

Euangelium. Uigilate, quia nescitis. de eodem communi. folio 202.

ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorũ se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum.

Pro sanctis. Secreta.

MAiestatem tuam nobis Domine, quęsumus, hęc hostia reddat immolanda placatam, tuorum digna postulatione sanctorum. Per dñm.

Matt. 24. Communio. Beatus seruus, quem cũ venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

DA, quęsum⁹ domine, fidelibus populis sanctorum tuoꝝ semper veneratione lętari, & eorum perpetua supplicatione muniri. Per do.

¶ Pro sanctis. Postcommunio.

SAcramentis Domine muniamur acceptis: & sanctorũ martyrum tuoꝝ Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis cęlestibus protegamur. Per dominũ.

die 9. ¶ In festo sanctorũ martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij. Introit⁹.

Eccle. 44.



SApientiam sanctorum narrẽt populi, & laudes eorũ nũciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sęculum sęculi. Psalm⁹.

ps. 32. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatum Dionysium martyrem tuum atque pontificem, virtute constantię in passione roborasti: quique illi ad prędicandum gentibus gloriam tuã, Rusticum, & Eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis, quęsumus, eorũ imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Stans Paulus in medio Areopagi, ait. Uiri Athenięses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Prętereũs enim & videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat. Ignoto Deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia q̃ in eo sunt: hic cęli & terrę cum sit dñs, nõ in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationẽ, & omnia: fecitq́; ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terrę, definiẽs statuta tempora, & terminos habitationis eorum, quęrere Deum si forte attrectent eum, aut inueniant, quãuis non longe sit ab vnoquoque nostrũ. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam vestroꝝ poetaꝝ dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debem⁹ ęstimare auro & argento, aut lapidi sculpturę artis, & cogitationis hominis diuinum esse simile. Et tẽpora quidem huius ignorantię despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt oẽs vbiq́; pęnitẽtiã agant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in ęquitate, in viro in quo statuit, fidem pbẽs omnibus, suscitans eum a mortuis. ca. 17.

Cum

Cum audissent autem resurrectionez mortuoꝝ, quidam quidē irridebant, quidam vero dixerunt, Audiemus te de hoc iterū. Sic Paulus exiuit de medio eoꝝ. Quidam vero viri adhe rentes ei, crediderunt: in quibus ⁊ Dioynsius Areopagita, ⁊ mulier no mine Dan aris, ⁊ alij cum eis. Grad.

Ps. 113 Anima nostra sicut passer erepta est de la queo venantium. ℣. Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrū in nomine domini, qui fecit celum ⁊ terram.

Ps. 67. Alleluia, alleluia. ℣. Justi epulentur, ⁊ exultent in conspectu Dei, ⁊ delectentur in letitia, Alleluia.

Euang. Descēdens Jesus. fol. 199.

Ps. 149 Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum, alleluia. Secreta.

Oblata tibi dn̄e munera populi tui, p tuoꝝ honore sctōrū martyrum Dionysij, Rustici, ⁊ Eleutherij, suscipe ppitius quesumus: ⁊ eorū nos intercessione sanctifica. Per do.

Lu. 2. Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio.

Sumptis dn̄e sacramentis, quesum⁹: vt intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis Dionysio, Rustico, ⁊ Eleutherio, ad redēptionis eterne proficiamus augumentum. Per do.

¶ In festo sancti Callisti Pape ⁊ martyris. Introitus.

Dan. 3



Sacerdotes Dei benedicite Dominum: sancti ⁊ humiles corde laudate Deum.

ibidez. Psalm⁹. Benedicite omnia opa domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum nostrum Jesum.

Epistola. Omnis pontifex. de communi confessorum pontificum. 202.

Graduale. Inueni Dauid seruum meuz: Ps. 88. oleo sancto meo vnxi euz: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei.

Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, ⁊ ornauit eum: stolam glorie induit eum, alleluia. Eccle. 45.

Euangelium. Si quis venit ad me. de communi martyrum pontificum. folio. 194.

Offertorium. Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88. Secreta.

Mistica nobis domine psit oblatio: que nos ⁊ a reatibus nostris expediat, ⁊ perpetua saluatione confirmet. Per dominum nostrum. ⁊c.

Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amē dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Mat. 24. Postcommunio.

Quesumus omnipotens De⁹: vt reatum nostrum munera sacra purificent: ⁊ recte viuendi nobis operentur effectum. Per dominuz.

¶ In festo sancti Luce euangeliste. die. 18. Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est princ patus eorum. Psalm. Domine probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ Ps. 130 ibidez.

spiritui sancto. Oratio.

Interueniat pro nobis, quesumus domine, sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per do.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2. ca. 8. Fratres: Gratias ago Deo, qui dedit eādem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidē suscepit: sed cū sollicitior esset, sua voluntate, pfectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrez nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem: sed 7 ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre i hanc gratiam que ministratur a nobis ad dñi gloriam, 7 destinatam voluntatē nostrā. Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet i hac plenitudine, que ministratur a nobis in dñi gloriaz. Prouidemus enim bona: non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis 7 fratrem nostrum, quem probauimus in multis sepe solicitū esse: nunc autem multo solicitiorem, cōfidentia multa in vos: siue pro Tito, qui est socius meus, 7 in vobis adiutor: siue fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo que est charitatis vestre, 7 nostre glorie pro vobis, in illos ostendite in facie ec-

ps. 18. clesiarum. Graduale. In omnem terram exiuit sonus eorum: 7 in fines orbis terre verba eorum.

Ibidez. ℣. Celi enarrant gloriam Dei: 7 opera manuum eius annunciat firmamentum. Hal-

Jo. 15. leluia, halleluia. ℣. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis, 7 fructum afferatis: 7 fructus vester maneat, Ha lleluia.

Sequentia sancti euāng. sm Lucam.

In illo tpe: Designauit Dñs 7 ca. 10.
alios septuagīta duos, 7 misit illos binos ante faciē suam, in omnem ciuitatem 7 locum, quo erat ipse ventur⁹. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neqȝ peram, neque calceamenta: 7 neminem per viaz salutaueritis. In quācūque domum intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes, 7 bibentes, que apud illos sunt. Dignus est eniz operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quācūqȝ ciuitatez intraueritis, 7 susceperint vos: mādúcate que apponūtur vobis, 7 curate infirmos q in illa sunt: 7 dicite illis: Appropinquauit in vos regnuz Dei. Credo.

Offertoriū. Mihi autem nimis honorifi- ps. 138
cati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Donis celestibus da nobis, q̄s dñe, libera tibi mēte seruire: vt munera q̄ deferimus, interueniente beato euāgelista tuo Luca, 7 medelā nobis operentur, 7 gloriam. Per d.

Prefatio de Apostolis. folio 96.

Communio. Uos qui secuti estis me, se- Mat.
debitis super sedes, iudicantes duodecim 19.
tribus Israel. Postcommunio.

Presta, q̄s, ops Deus: vt, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangeliste tui Luce, sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possimus. Per dominum.

Sancti

die 21. ¶ Sancti Hilarionis Abbatis Missa. O s iusti meditabitur. de communi vnius Abbatis. folio 205.
Et pro commemoratione S. Ursulę ⁊ sociarum Oro. Da nobis, quęsumus domine, sanctarum virginum. vt in cōi pluriū virg. ⁊ marty. 207.
die 25. ¶ Sanctorum martyrum Chrisanti ⁊ Darię, Missa. Intret in conspectu tuo. de cōi plurimo℞ marty. 198. excepta orōne, quę dr vt infra. Orō.

Beatorum martyrum tuorum, domine, Chrisanti ⁊ Darię, quęsumus, adsit nobis orō: vt, quos veneramur obsequio, eorum piū iugiter experiamur auxilium. Per dominū nostrum Iesum Christū. Secreta.

Populi tui, quęsum⁹ dñe, tibi grata sit hostia: quę in natalitijs sanctorum martyrum tuorum Chrisanti ⁊ Darię solemniter immolatur. Per dominum nostrum. Postcom.

Mysticis Domine repleti sumus votis ⁊ gaudijs, pręsta quęsum⁹: vt intercessionibus sancto℞ martyrum tuorum Chrisanti ⁊ Darię, q̄ temporaliter agimus, spiritualiter cōsequamur. Per dominum nostrum.

die 26. ¶ Sancti Euaristi papę ⁊ martyris, Missa. S tatuit ei dominus. de communi vnius martyris pont. fol. 193.
die 27. ¶ In vigilia Apostolorum Simonis ⁊ Iudę. Introitus.

ps 78. Intret in cōspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psals.
Ibidē. Deus, venerunt gentes in hęreditatē tuā: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Concede, quęsum⁹ omnipotēs Deus: vt sicut apostolorū tuorum Simonis ⁊ Iudę gloriosa natalitia pręuenimus: sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuam pro nobis ipsi pręueniant. Per do.
Secūda orō de S. Maria. C ōcede. tertia. E cclesię. vel pro Papa.
Epistola. S pectaculum facti sumus. de communi confess. non pont. 204.
Graduale. V indica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ps. 78.
℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę.
Euāg. E go sum vitis vera, ⁊ pater. vt in cōi mart. tēpore pasch. f. 196.
Offertoriū. E xultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. Secreta. ps. 149

Muneribus nostris domine sanctorum Apostolorum tuorum Simonis ⁊ Iudę festa pręcedimus, te suppliciter deprecantes: vt, quę cōscientię nostrę prępediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddātur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.
Alia secreta. T ua domine.
Protege. vel O blatis.
Communio. P osuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortę punitorum. Postcommu. ps. 78.

Sumpto Domine sacramento suppliciter deprecamur: vt, intercedentibus beatis apostolis tuis Simone ⁊ Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus ętern̄a. Per dominum nostrum. ⁊c.
Secunda postcom. S umptis dñe. Q uęsumus. vel H ęc nos.

die 28. ¶ In festo apostolorum Simonis, & Jude. Introitus.

ps. 138



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidem.

Deus, qui nos per beatos apostolos tuos Simonem & Judam, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere, Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephe.

cap. 4. Fratres: Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit: ipse est, qui & ascendit super omnes celos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero euangelistas: alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem Corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Graduale.

ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

ps. 138 Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat, diligeret: Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Credo. ca. 15.

Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum. ps. 18.

Secreta.

Gloriam Domine sanctorum apostolorum tuorum perpetuam venerantes, quesumus: vt eam sacris mysterijs expiati, dignius celebremus. Per dominum nostrum Jesum. &c.

Prefatio de Apostolis. folio 66.

Communio. Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. mat. 19.

Postcommunio.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: vt intercedentium

cedétibus beatis apostolis tuis Simone & Juda, quę pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

die 31. ¶ In Vig. omniũ Sctórum. Intro.
Sap. 3 Iudicant sancti gétes, & dominantur populis: & regnabit Dominus Deus illorum in perpetuum. Psalm⁹.
die, 32. Exultate iusti in Domino. rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. non di Gloria in excelsis. Oratio.

Domine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam, & quorum pręuenimus gloriosa solemnia, tribue subsequi in sancta promissione lętitiam. Per dominum nostr. Secunda oratio de Spiritu sancto. Deus, qui corda. tertia Ecclesię. vel pro Papa. Deus oĩum fid.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

cap. 5. In diebus illis: Ecce ego Joannes vidi in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, & accepit librum de dextera sedentis in throno: Et cum aperuisset librum: quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno: habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum: quę sunt orationes sanctorũ. Et cantabant canticum nouum, dicétes. Dignus es domine accipere librum, & soluere signacula eius, quoniã occisus es: & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natiõe: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes: & regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorez, & gloriam, & benedictionem, in sęcula sęculorum. Amen.

Graduale. Exultabunt sancti in gloria: ps. 149
lętabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Euangelium.
Descendens Jesus de monte. 199.
Offertoriũ. Exultabunt sancti in gloria: ibidez.
lętabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

Altare tuũ domine Deus muneribus cumulamus oblatis: da quęsumus: vt ad salutem nostraz, omnium sanctorum tuorum precatione proficiát, quorum solemnia ventura pręcurrimus. Per dominum.

Communio. Iustorum animę in manu Sap. 3
Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

Sacramentis domine & gaudijs optata celebritate expletis, q̃sumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per dominum nostrum Jesuz.

NOVEMBRIS FESTA.

¶ In festo omniũ Sanctorum. Intro.



Gaudeamus omnes in domino, dié Die 1.
festum celebrantes sub honore sanctorum omnium: de quorum solennitate gaudent angeli, & collaudant filium Dei. Psalmus. Exultate iusti in

sti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deꝰ, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus: vt desideratam nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

cap. 7. In diebus illis. Ecce, ego Joānes vidi alterum angelū ascendentem ab ortu solis: habentē signū Dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datū est nocere terrę ꝛ mari, dicens. Nolite nocere terrę ꝛ mari, neque arboribus: quoadusqꝫ signemus seruos Dei nostri in frōtibus eoꝝ. Et audiui numerum signatoꝝ, centum quadraginta quatuor millia signati. Ex omni tribu filioꝝ Jsrael. Ex tribu Juda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubem, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeō, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Jsachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulō duodecim millia signati. Ex tribu Joseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, ꝛ tribubꝰ, ꝛ populis ꝛ linguis, stantes ante thronū: ꝛ in cōspectu agni, amicti stolis albis, ꝛ palmę in manibus eoꝝ: ꝛ clamabant voce magna, dicentes. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, ꝛ agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, ꝛ senioꝝ, ꝛ quatuor animaliū, ꝛ ceciderunt in ꝯspectu throni in facies suas, ꝛ adorauerunt Deū, dicentes, Amen. Bñdictio, ꝛ claritas, ꝛ sapientia, ꝛ gratiarum actio, honor, virtus, ꝛ fortitudo Deo nostro, in sęcula sęculorū. Amē.

Graduale. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eū. Ps. 32.
℣. Inquirētes autem dominum, non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣.
Uenite ad me omnes qui laboratis, ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiam vos, Alleluia. Math. 11.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tpe: Uidens Jesus turbas, ascendit in mōtem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: ꝛ aperiens os suū, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum cęlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, ꝛ sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniā filij Dei vocabūtur. Beati qui pesecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Beati estis, cum maledixerint vobis hoīes, ꝛ persecuti vos fuerint, ꝛ dixerint omne malū aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete ꝛ exultate: qm̄ merces vestra copiosa est in cęlis. dicitur. (cap. 5.)

Credo. Offertorium. Justorum animę in manu Dei sunt: ꝛ nō tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium Sap. 3

mori

mori, illi autem sunt in pace. Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quę & pro cunctorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nrm.

Matt. 5 Communio. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur: beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Postc.

Da, quęsumus domine, fidelib⁹ populis, omnium sanctorum tuorum semper veneratione lętari: & eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum nostrum.

¶ Infra octauam omniũ Sanctorũ, & in die octaua, Missa dicitur sicut in die. Sed infra octauam, secunda oratio de spiritu sancto. Deus, qui corda fideli. tertia Ecclesię tuę. vel pro papa: De festis duplicibus & semiduplicibus infra eam occurrentibus fit, cum cõmemoratione octauę. De simplicibus autem fit tantũ commemoratio.

Die. 2. ¶ Secunda die fit Commemoratio omnium fidelium defunctorum: & dicitur missa, Requiem ęternam dona eis. quę loco suo circa finem Missalis habetur. folio 226.

Si autẽ secunda dies fuerit dñica, dicta cõmem. defunct. fit feria secunda.

Die 4. ¶ Pro cõmem. sanctorum martyꝝ Vitalis, & Agricolę. Oratio.

Presta, quęsumus, oṗs Deus: vt, qui sanctorum martyrũ tuorum Vitalis & Agricolę solemnia colimus, eorum apud te intercessionibus, adiuuemur.

Tertia oratio de Spiritu sancto, nisi venerit in Dominica, quia tunc tertia erit de sanctis. Secreta.

Oblatis, q̃s, dñe, placare muneribꝰ: & intercedẽtibus sctis martyribꝰ tuis Vitale & Agricola, a cunctis nos defende periculis. Postcõ.

Hæc nos cõmunio dñe purget a crimine: & intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Vitale & Agricola, cęlestis remedij faciat esse ꝯsortes. P.

¶ In die oct. omnium sctoꝝ, dicitur Missa, vt i die cũ cõmem. sctoꝝ martyrum Quatuor Coronatorũ. Orõ. D. c 8.

Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Secreta.

Benedictio tua Domine larga descẽdat: quę & munera nostra, deprecantibus sanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, & nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per dominum nostrum. Postcõ.

Cœlestibus refecti sacramentis & gaudijs, supplices te dñe deprecamur: vt quorũ gloriamur triumphis, ꝓtegamur auxilijs. Per dñm.

¶ In dedicatione basilice Saluatoris dicitur Missa. Terribilis est locus iste. de cõi Dedic. Ecclesię. 209. & pro cõmemoratione sancti Theodori martyris. Oratio. Die 9.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas & protegis: presta nobis, ex eius imitatione ꝓficere, & oratione fulciri. Per dominum. Secreta.

Suscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiaꝝ: & intercedẽte beato Theodoro martyre tuo, per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamꝰ. Per dominum. Postcõmu.

Presta nobis, quęsumus Domine,

mine, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt, quod ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per do.

Die.10. ¶ Sanctorum martyꝝ Triphonis, Respicij, & Nimphę. Introitus.

Ps. 33.



CLamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps.
Ibidem. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

FAc nos, quęsumus domine, sanctorum martyrũ tuoꝝ Triphonis, Respicij, & Nimphę semp festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuę dona sentiamus. Per domi. Epistola. Non sunt condignę pass. de communi plurimorũ mart. fo.220

Ps.78. Graduale Uindica domine sanguinem
Ps. 15. sanctorum tuorum, qui efusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę. Alleluia, alleluia. ℣. Pre-
Ps.105 ciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Alleluia.

Euang. Attendite a fermento pharisęorum. de eodẽ cõmuni. fol.201.

Ps. 51. Offertorium. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

MUnera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum Jesuz.

Ps.12. Communio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dominus.

Postcommunio.

PResta nobis, quęsumus domine, intercedẽtibus sanctis martyribꝰ tuis Tryphone, Respecio, & Nimpha: vt quod ore cõtingimus, pura mente capiamus. Per dominum.

¶ In festo sancti Martini episcopi & confessoris. Introitus. Die 11.



STatuit ei dominꝰ testamentum pacis, & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdocij dignitas in ęternum. Psal's. Eccle. 45. Ps.131
Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: vt intercessione beati Martini confessoris tui atque pontificis, contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c.

Deinde fit cõmemo. sancti Mennę martyris. Oratio. Presta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui beati. Cum sua Secreta, & Postcommunionem vt in communi vnius martyris fol.195. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cõmuni confessoris pontificis. folio. 201.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turonis episcopus, requieuit: quem susceperunt angeli atque archangeli, throni, dominationes, & virtutes. Alleluia. Euangelium. Nemo accendit lucernam. de eodem communi. folio. 202.

Ps.88. Offertorium. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DA, misericors Deus: vt hęc nos salutaris oblatio & a propriis reatibus indesinẽter expediat, & ab oībus tueatur aduersis. Per do.
Mat. 24. Communio. Beatus seruus, quem cũ venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

PResta, q̃s, dñe Deus noster: vt, quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessione reddantur. Per dñm.

die 12. ¶ In festo S. Martini pape & martyris, Missa. Sacerdotes Dei. de cõi vnius martyris pontifi. 194.

die 17. ¶ Sancti Gregorij Thaumaturgi episcopi, & confessoris. Introitus.



Eccle. 45. STatuit ei dominus testamentum pacis, & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psal's.
ps. 131 Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DA, q̃sumus, omnipotẽs Deus: vt beati Gregorij cõfessoris tui atque pontificis veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominum. Epistola.

Ecce sacerdos magnus. de cõmuni confessorum pontifi. fol. 201. Grad.

Eccle. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Allelu.
ps. 109 allelu. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secũ dum ordinem Melchisedec. Alleluia.

Sequentia scti euãgelij sm̃ Marcũ.

ca. 11. IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Habete fidẽ Dei. Amen dico vobis: quia quicũq; dixerit huic mõti, tollere & mittere in mare: & nõ hęsitauerit in corde suo: sed crediderit, quia quodcũq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quęcunq; orãtes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Offerto.

ps. 88. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

SAncti tui, quęsumus domine, nos vbiq; lętificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sẽtiamus. Per dominum nostrum.

Mat. 24. Cõm. Fidelis seruus, & prudẽs: quẽ cõstituit dñs super familiã suam: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Postcommun.

PRęsta, quęsumus, omnipotens Deus: vt, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Gregorio confessore tuo atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum.

die 18. ¶ In Dedicatione Basilicarũ sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli: Missa. Terribilis est de communi dedicationis ecclesię.

die 19. ¶ Sancti Pontiani Papę, & martyris. Missa. Statuit ei dominus. de cõi vnius martyris pontifi. 193.

die 21. ¶ Presentatio B. M. vt in Natiui. mutato noīe Natiu. in Pręsent. 182.

¶ In festo sanctę Cęcilię virginis & martyris. Introitus.



die 22. LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non cõfundebar: & meditabar i mandatis tuis, quę dilexi nimis. Psalmus.
ps. 118
ibidẽ. Beati immaculati i via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos annua beatę Cęcilię

cilię virginis & martyris tuę solemni tate letificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pię cóuersationis sequamur exemplo. Per dominum nrm.
Epistola. Domine Deus meus, de communi virginis & mart. 206.
ps. 44. Graduale. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciez tuá.
℣. Specie tua & pulchritudine tua: intéde, prospere procede, & regna, Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines ac-
Matt. 25. ceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte, clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, Alleluia.
Euang. Simile est regnum celoruz decem virginibus. de eodé cói. 206.
ps. 44. Offertorium. Offerentur regi virgines post eá: pximę eius offerentur tibi. Secre.

HAEc hostia, domine, placationis & laudis, quęsumus: vt intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semper efficiat. Per dominum nostrum.
ps. 118 Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solénia celebramus. Per.

die 23. ¶ In festo Sancti Clementis Papę & martyris. Intr.



DIcit Dominus: sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficiét de ore tuo: & munera tua accepta erunt super altare meuz.
ps. 111 Psalmus. Beat⁹ vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atqz pontificis solemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, virtutez quoqz passionis imitemur. Per dominum nostrum Jesum.

Pro commemoratione Sanctę Felicitatis martyris. Oratio.

PResta, quęsumus omnipotens Deus: vt beatę Felicitatis martyris tuę solemnia recensentes, meritis ipsius protegamur, & precibus.
Tertia oratio A cunctis. folio 222.
Epistola. Imitatores mei estote. vt in Dñica xxiij. post Pent. f. 140.
Graduale. Iurauit dominus, & non pęnitebit eum: tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec. ps. 109
℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alleluia, alleluia.
℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, Alleluia.
Euangeliuz. Uigilate, quia nescitis. de communi confess. pontifi. fol. 202.
ps. 88 Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera tibi domine oblata sanctifica: & intercedéte beato Clemente martyre tuo atque pontifice, per hęc nos a peccatorum nostroruz maculis emúda. Per dominú nostrú Jesum Christum.

Pro cóm. Sanctę Felicitatis. Secr.

UOta populi tui domine propitiatus intende: & cuius nos tribuis solemnia celebrare, fac gaudere suffragijs.
Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantez: amen dico vobis, super omnia bona sua consti- Matt. 24.

constituet eum. Postcommunio.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quęsumus domine Deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedēte beato Clemēte martyre tuo atque pontifice, certa redemptione capiamus. Per dominum nostrum Jesum.

Pro cōm. S. Felicitatis. Postcōm.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tempora nostra disponas.

die 24. ℭ Sācti Chrysogoni marty. Missa. In virtute tua domine. de communi vnius martyris. fol. 195. preter orationem, quę dī vt infra. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui itercessione liberemur. Per dnm. Secreta.

Oblatis, quęsumus domine, placare muneribus: & intercedente beato Chrysogono martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Postcōm.

Tui domine perceptione sacramenti, & a nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per dominum nostrum. &c.

die 25. ℭ In festo sanctę Catharinę virginis & martyris. Introitus.

ps. 118



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Psalmus.

ibidem. Beati immaculati i via, qui ambulāt in lege Domini, ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

Deus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai: & in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beatę Catharinę virginis & martyris tuę mirabiliter collocasti: pręsta, quęsumus: vt eius meritis & intercessione, ad montem qui Christus est, peruenire valeamus. Per eundem dominum nostrum.

Epist. Confitebor tibi domine rex. de cōmuni vnius virg. & mar. 206.

Graduale. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ps. 44

℣. Adducentur regi virgine post eam: proximę eius offerentur tibi in lętitia, Alle. ibidē.

Euangelium. Simile est regnum cęlorum decem virginibus. de eodem communi. 206. Offertorium.

Offerentur regi virgines post eam: proximę eius offerentur tibi. ps. 44. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in beatę Catharinę virginis & martyris tuę solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.


Communio. Confundantur superbi: quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. ps. 118 Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedēte beata Catharina virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum &c.

ℭ Sancti Petri Alexandrini epi. & mart. missa. Statuit ei dominus. de cōi vnius marty. pontifi. fol. 193.

Explicit Proprium Sanctorum.






VENITE BENEDICTI PATRIS MEI
ITE MALEDICTI IN IGNEM AETERNUM

COMMVNE SANCTORVM.

In vigilia vnius Apostoli. Introitus.



ps. 51. EGo autem sicut oliua fructificaui in domo Domini: speraui in misericordia Dei mei: ꝛ expectabo nomen tuū, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Psalmus. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oro. ibidē.

DA, quęsumus omnipotēs Deus, vt beati N. Apostoli tui, quam pręuenimus, veneranda solemnitas: ꝛ deuotionem nobis augeat, ꝛ salutem. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorum.

Lectio libri Sapientię. Eccl. 44. ꝛ 45.

BEnedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hęreditatem, ꝛ diuisit ei partem in tribubus duodecim: ꝛ inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: ꝛ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regū: ꝛ ostendit illi gloriam suam. In fide, ꝛ lenitate ipsius sanctum fecit illum: ꝛ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad pręcepta: ꝛ legem vitę ꝛ disciplinę: ꝛ excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum ęternum: ꝛ circuncinxit eū zona iustitię: ꝛ induit eū dominus coronā glorię. Gradua.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: ꝛ veritatem tuam per noctem.

Sequentia sancti euangelii secundum Joannem.

ca. 15. IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est pręceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animaz suā ponat quis ꝑ amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego pręcipio vobis. Jam non dicam vos seruos: quia seruꝰ nescit quid faciat dominus eius. Vos autez dixi amicos: quia omnia quęcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: ꝛ posui vos: vt eatis, ꝛ fructum afferatis, ꝛ fructus vester maneat: vt quodcūque petieritis patrē in nomine meo, det vobis, Offertorium.

ps. 6. Gloria, ꝛ honore coronasti eum: ꝛ cōstituisti eum super opera manuum tuarum, dn̄e.

Secreta.

APostolicę reuerentię culmen offerimus tibi sacris mysterijs imbuendum: pręsta quęsumus domine: vt beati apostoli tui N. suffragijs, cuius natalitia pręuenimus: hęc plebs tua semper ꝛ sua vota depromat, ꝛ desiderata percipiat. Per dominum nostrum Jesum Christum.

ps. 20. Cōmunio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, ꝛ magnum decorem impones super eum, domine. Postcōmu.

SAncti Apostoli tui. N. quęsumꝰ domine, supplicatione placatus, ꝛ veniam nobis tribue, ꝛ remedia sempiterna concede. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, ꝛc.

¶ In Natalitijs Apostolorum, ꝛ euangelistarum, omnia vt suis locis in Proprio Sanctorum.

IN COMMVNI vnius martyris pontificis. Introitꝰ.





STatuit ei Dominus testamentum pacis, ꝛ principez fecit euz: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psalmus. Memento domine Dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oro. Eccle. 45. ps. 131

INfirmitatem nostrā respice omnipotens Deus: ꝛ quia pondus ꝓprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per dominuz nostrum Jesum Christum.

Lectio epistolę beati Jacobi Apostoli.

CHarissimi: Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cuz probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniā a Deo tentatur. Deus enim intentator malorūz est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero cap. 1.

tentatur

tentatur a concupiscentia sua abstractus, ꝛ illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, ꝛ omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiuꝫ aliquod creaturę eius.

ps. 88. Graduale. Inueni Dauid seruum meuꝫ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meuꝫ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei.

ps. 109 Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec. Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps 20. Desiderium animę eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictonibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eiꝰ coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 14. In illo tẽpore. Dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me, ꝛ non odit patrem suum, ꝛ matrem, ꝛ vxorem, ꝛ filios, ꝛ fratres, ꝛ sorores, adhuc autem ꝛ animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucẽ suam, ꝛ venit post me: nõ potest meus esse discipulꝰ. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non prius sedens, computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquaꝫ posuerit fundamentum, ꝛ non potuerit perficere: omnes qui vident, incipiãt illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ędificare, ꝛ non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nõ sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibꝰ venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renũciat omnibus quę possidet: non potest meus esse discipulus. Offertoriũ. ps. 88. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi Domine beati N. martyris tui atque pontificis, dicatas meritis, benignus assume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Jesum Christum. ꝛc.

Communio. Semel iuraui in sancto ibidẽ. meo, semen eius in ęternum manebit: ꝛ sedes eius sicut sol in conspectu meo: ꝛ sicut luna perfecta in ęternum: ꝛ testis in cęlo fidelis.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine Deus noster: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat.

¶ De eodem communi alia missa.

Introitus.



Sacerdotes Dei Dan. 3 benedicite Dominum: sancti, ꝛ humiles corde laudate Deum. Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, ꝛ superexaltate eũ in secula. ibideꝫ.

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat. Oratio.

DEus, qui nos beati N. martyris tui atque pontificis, annua solénitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdez etiam protectione gaudeamus. Per dominum nostrum Jesum Christuz filium tuum. ⁊c.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2.ca.1. FRatres: Benedictus Deus, ⁊ pater domini nr̄i Jesu Christi: pater misericordiarum, ⁊ Deus totius cõsolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus ⁊ ipsi consolari eos, qui in omni pręssura sunt, per exhortationez, qua exhortamur ⁊ ipsi a Deo. Quoniaz, sicut abundant passiones Christi in nobis: ita ⁊ per Christum abundat consolatio nostra. Siue autẽ tribulamur pro vestra exhortatiõe ⁊ salute: siue ꝯsolamur pro vestra cõsolatione: siue exhortamur pro vestra exhortatione ⁊ salute: quę operat̃ tolerantiã earundem passionum, quas ⁊ nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis ⁊ consolationis, In Christo Jesu domino nostro.

ps. 8. Graduale. Gloria ⁊ honore coronasti eũ. ℣. Et constituisti eum super opera manuũ tuarum, domine. Alleluia, alleluia.

Eccle. 45. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus. Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps. 111 Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis.

℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoruz benedicetur. ℣. Gloria, ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Siquis vult venire post me, abneget semetipsuz, ⁊ tollat crucem suaz, ⁊ sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eaz. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę vero suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius eniz hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: ⁊ tunc reddet vnicuique secundum opera sua. ca. 16.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ps. 88.

Secreta.

MUnera tibi domine dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum. Communio.

Posuisti domine in capite eius coronaz de lapide pretioso. ps. 20. Postcommunio.

HÆc nos cõmunio domine purget a crimine: ⁊ intercedẽte beato N. martyre tuo, atque pontifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum. ⁊c.

¶ Epistolę, ⁊ Euangelia pro Pontific. ⁊ marty. assignata, legi possunt etiam pro martyr. non pont. Et quę infra habentur de marty. non ponti. etiam pro marty. pontific. Jtem pro mart. pont. legi possunt ep̄lę ⁊ euangelia inserius assignata, p ꝯfess. pont. Jtem euangelia etiã quę in vna missa de odem communi ponuntur, dici possunt in alijs missis de eodem cõi.

IN COMMVNI Unius mart. non pont. Introitus.



Ps. 20. IN virtute tua domine lętabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehemēter: desiderium animę eius tribuisti ei. Psalmus. Quo
ibidez. niam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto.

Oratio.

PResta, q̄sum⁹ oṗs Deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dn̄z.

Lectio libri Sapientię.

Ca. 10. IUstum deduxit dn̄s per vias rectas: ꝛ ostendit illi regnuz Dei: ꝛ dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illuz in laboribus: ꝛ compleuit labores illius. In fraude circūuenientium, illi affuit: ꝛ honestum fecit illum. Custodiuit eū ab inimicis, ꝛ a seductoribus tutauit illū: ꝛ certamen forte dedit illi, vt vinceret: ꝛ sciret q̄m omniuz potentior est sapientia. Hęc, venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum, descēditq; cum illo in foueam: ꝛ in vinculis non dereliquit eū, donec afferret illi sceptrum regni, ꝛ potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant. Et mendaces ostēdit, qui maculauerunt eum: ꝛ dedit illi claritatem ęternam dominus Deus noster.

Graduale. Beatus vir, qui timet dominuz: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Po Ps. 111
tens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia.

℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso, Alleluia. Ps. 20.

Post Septuagesimam. Tractus.

Desiderium animę eius tribuisti ei: ꝛ volū ibidez.
tate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia scti euāg. sm̄ Mattheū.

IN illo tpe. Dixit Jesus discipu Ca. 10.
lis suis. Nolite arbitrari, q̄a venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladiū. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, ꝛ filiam aduersus matrem suam: ꝛ nurum aduersus socrum suaz: ꝛ inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem, aut matrē plus quā me: non est me dignus. Et q̄ amat filiū, aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucē suā, ꝛ sequit̄ me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet eā: ꝛ q̄ ꝑdiderit animā suam ꝓpter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: ꝛ qui recipit me, recipit eū, qui me misit. Qui recipit prophetaz in noīe prophetę, mercedem prophetę accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: ꝛ quicunque dederit vni ex minimis istis calicem aquę frigidę, tan-

tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, nõ perdet mercedẽ suaꝫ.
ps 8, Offertorium. Gloria, ⁊ honore coronastieum: ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Secreta.

Muneribꝰ nr̃is, q̃s dñe, ꝑcibusq̃ susceptis, ⁊ cęlestibꝰ nos mũda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per.
Matt. 16 Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: ⁊ tollat crucem suam, ⁊ sequatur me. Postcommunio.

Da, q̃s dñe Deꝰ noster: vt sicut tuorꝫ cõmemoratione sanctorũ tẽporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per dominuꝫ.

De eodẽ cõi alia missa. Introitus.

ps 63. 

Lætabitur iustus i domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. ps.
ibideꝫ. Exaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. ℣. Gl'ia. Oro.

Presta, q̃sumus ops Deus: vt intercedente btõ N. martyre tuo, ⁊ a cũctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per d.

Lctõ epl'ę bti Pauli apl'i ad Timo.

Cap. 2 Charissime. Memor esto dñm Jesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsq3 ad vicula, quasi male operans: sed verbũ Dei non est alligatũ.
ca. 3. Ideo omnia sustineo ꝑpter electos: vt ⁊ ipsi salutem consequantur, quę est in Christo Jesu, cũ gloria celesti. Tu autẽ assecutus es meã doctrinaꝫ, institutionem, ꝑpositum, fidem, longanimitatẽ, dilectionem, patientiam, ꝑsecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, ⁊ Listris: quales persecutiones sustinui: ⁊ ex omnibus eripuit me dñs. Et omnes qui volunt pie viuere in Christo Jesu, persecutiones patiuntur.

Grad. Iustus cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suã. ps. 36
℣. Tota die miseretur, ⁊ commodat: ⁊ semen eius in benedictione erit. ibideꝫ.

Alleluia, alleluia. ℣. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vitę ęternę, Alleluia. Joã. 8.

Post Septuagesimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in sęculum sęculi. ps 111

Sequentia scti euãge. ß'm Mattheũ.

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Nihil opertũ, quod non reueletur: ⁊ occultuꝫ, qđ nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, ꝑdicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneũt: ⁊ vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem ⁊ capilli capitis omnes numerati sũt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebit me corã hominibus: ꝯfitebor ⁊ ego eũ corã patre meo, q in celis est. ca. 10.

Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt a te, ⁊ tribuisti ei, alleluia. Secreta. ps. 20

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius

cuius solénitate defertur. Per domi.

Jo.12. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: et vbi sum ego, illic et minister meus erit. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine Deus noster: vt beati N. martyris tui atqz pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominuz.

¶ Item alie epistole, et euangeliú in communi vnius martyris.

cap. 2. Lectio epl'e beati Jacobi Apostoli.



Charissimi. Omne gaudiú existimate, cuz in tentationes varias incideritis: sciétes quod pbatio fidei vestre patientiá operat. Patientia aút opus perfectum habeat: vt sitis perfecti, et integri, in nullo deficientes. Siquis auté vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hesitans. Qui enim hesitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouet et circúfertur. Nó ergo existimet homo ille, q accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo, incóstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis i exaltatione sua. Diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fenú. et flos eius decidit, et decor vultus eius deperijt: ita et diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite: quá repromisit Deus diligentib9 se.

j. ca. 4. Lectio Epl'e beati Petri Apostoli.

Charissimi. Communicantes Christi passionibus, gaudete: vt et in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniaz quod est honoris, et glorie, et virtutis Dei, et qui est eius spiritus: super vos regescet. Nemo auté vestrú patiat, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si auté vt Christianus: non erubescat: glorificet auté Deuz in isto nomine. Qm tépus est, vt incipiat iudiciuz a domo Dei. Si auté primú a nobis: quis finis eo[rum] qui non credunt Dei euágelio? Et si iustus quidem vix saluabitur: impius et peccator vbi parebunt? Itaqz et hi qui patiuntur secú dú voluntaté Dei, fideli creatori cómédent animas suas in benefactis.

Sequétia sancti euág. sm Joánem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amé, amen dico vobis: ca. 12.
Nisi granum frumenti cadés in terram, mortuum fuerit: ipsum solú manet. Si auté mortuuz fuerit: multum fructú affert. Qui amat aiam suam: perdet eá: et q odit animá suá in hoc mundo: in vitá eternam custodit eá. Siquis mihi ministrat, me sequat: et vbi ego sum, illic et minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eú pr meus, q est in celis.

IN COMMVNI martyrum tempore Paschali. scilicet a Dominica in octaua Pasche, vsqz ad vigiliam Pentecostes. De vno martyre. Introitus.



Protexisti me Deus a conuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, Alleluia, alleluia. ps. 63. Psalmus. ibidez. Exaudi Deus orationé meam, cum deprecor:

a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto.

Pro martyre ꝛ pontifice. Oratio.



Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: ꝛ quia pódus ꝓpriȩ actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm.

Pro marty. ꝛ pontifi. alia Oratio.

DE⁹, qui nos beati N. martyris tui atq₃ pōtificis annua solemnitate lȩtificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeam⁹. Per.

Pro martyre tantum. Oratio.

PRȩsta, q̃s ops Deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñz.

Pro martyre tantum alia Oratio.

PRȩsta, q̃s ops De⁹: vt intercedente beato N. martyre tuo, ꝛ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominũ.

Lectio libri Sapientiȩ.

Sap. 5. STabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, ꝛ qui abstulerũt labores eoruz. Uidentes turbabuntur timore horribili, ꝛ mirabuntur in subitatione insperatȩ salutis, dicẽtes intra se, pȩnitentiam agentes, ꝛ prȩ angustia spiritus gemẽtes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, ꝛ in similitudinez improperij. Nos insensati vitam illorum ȩstimabamus insaniam, ꝛ finem illoꝝ sine honore. Ecce, quomodo cōputati sunt inter filios Dei, ꝛ inter sctōs sors illoꝝ est.

Uel epistola beati Pauli apostoli ad Timotheũ Memor esto, vt sup.

in communi vnius martyris extra tempus Paschale. folio 195.

Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cȩli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, Alleluia. ps. 88.

℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso, alleluia. ps. 20.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: ꝛ pater meus agricola est. Omnẽ palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: ꝛ omnem, qui fert fructũ, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: ꝛ ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ꝛ ego i eo, hic fert fructũ multum: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, ꝛ arescet, ꝛ colligent eum, ꝛ in ignem mittent, ꝛ ardet. Si manseritis in me, ꝛ verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis, petetis, ꝛ fiet vobis. ca. 15.

Offertorium. Confitebuntur cȩli mirabilia tua domine, ꝛ veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. ps. 88.

Pro martyre ꝛ pontifi. Secreta.

HOstias tibi domine beati N. martyris tui atq₃ pontificis dicatas meritis, benignus assume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue ꝓuenire subsidium. Per dominum nostrum. ꝛc.

Pro martyre ꝛ pontifi. alia Secre.

MUnera tibi domine dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato N. marty-

martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per do.

Pro martyre tantum. Secreta.

MUneribus nostris, quęsumus domine, precibusq; susceptis: & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum.

Pro martyre tantum alia Secreta.

ACcepta sit i cóspectu tuo Domine nostra deuotio: & ei⁹ nobis fiat supplicatione salutaris, p cui⁹ solemnitate defertur. Per dominu3.

Ps. 63. Communio. Lętabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro mar. & pont. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quęsum⁹ dñe Deus noster: vt beati N. martyris tui atq; pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nost.

Pro mar. & pont. alia Postcómun.

HÆc nos cómunio, dñe, purget a crimine: & intercedéte btó N. martyre tuo atque pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per d.

Pro martyre tantum. Postcomu.

DA, quęsumus domine Deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per dominum nost.

Pro marty. tantum alia Postcom.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus domine Deus noster: vt, sancti N. martyris tui, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

¶ Epistola, & euangeliũ supradictę missę, dicuntur etia3 in sequenti missa: & quę in sequenti habentur, dici possunt in superiori.

DE PLVRIBVS Martyribus tempore Pasch.



Introitus.

SAncti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia. Ps. 144.
Ps. Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sęculum, & in sęculum sęculi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. &c. ibide3.

Oõ. BEatorum martyrum tuorũ pariterque pontificum N. & N. nos, quęsumus domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum nostrum.

Pro pluribus marty. tantum. Oõ.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum nostrum.

Pro pluribus marty. alia Oratio.

DEus, qui nos annua sanctoru3 martyrum tuorum N. & N. solemnitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominũ.

Lectio

j.ca 1. Lectio Epl'ę beati Petri Apostoli.

Benedictus Deus, ⁊ pater domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hęreditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminatam, ⁊ immarcescibilem, conseruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo: in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationib⁹: vt probatio vestrę fidei multo ꝑtiosior auro (quod per ignem ꝓbatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriã, ⁊ honorem, in reuelationem domini nostri Jesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣.

ps. 115 Sancti tui domine florebunt sicut lilium: ⁊ sicut odor balsami erunt ante te, Alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, alleluia.

Sequẽtia sancti euãg. ſm Joannem.

ca. 15. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non mãserit, mittetur foras sicut palmes, ⁊ arescet, ⁊ colligẽt eum, ⁊ in ignem mittent, ⁊ ardet. Si manseritis in me, ⁊ verba mea in vobis manserint: quodcũqꝫ volueritis, petetis, ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimum afferatis, ⁊ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ⁊ ego dilexi vos. Manete ĩ dilectione mea. Si pręcepta mea seruaueritis, manebitis ĩ dilectione mea: sicut ⁊ ego patris mei pręcepta seruaui, ⁊ maneo in eius dilectione. Hęc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, ⁊ gaudiũ vestrũ impleat. Offert.

Lętamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ glo- ps. 31 riamini omnes recti corde, alleluia.

Pro pluribus Pontificib⁹ ⁊ martyribus Secreta.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris, quas in sanctorũ tuorum commemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per dominum.

Pro pluribus marty. tantuꝫ. Secre.

Munera tibi dñe nr̃ę deuotionis offerimus: quę ⁊ ꝓ tuorum tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserãte reddant. Per.

Pro pluribus marty. alia Secreta.

Oblatis, quęsum⁹ domine, placare muneribus: ⁊ intercedentib⁹ sanctis tuis N. ⁊ N. a cũctis nos defende periculis. Per dominum.

Cõm. Gaudete iusti in domino, alleluia: ps. 32 rectos decet collaudatio, alleluia.

Pro pluribus Pontificib⁹ ⁊ martyribus Postcommunio.

Quęsumus dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solẽnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum nostrũ.

Pro plurib. mart. tantum. Postcõ.

Presta nobis, qs domine, intercedẽtibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt quod ore contingimus, pura mente capiam⁹. Per do.

Pro plurib⁹ marty. alia Postcom.

Hęc nos cõmunio domine purget a crimine: ⁊ intercedentib⁹ sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęlestis remedij faciat esse consortes.

IN COMMVNI martyrum Tpe Paschali. alia Epistola, ⁊ Euangelium.

Lectio

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

19. IN diebus illis. Post hęc ego Joannes audiui quasi vocem magnam turbaruz multarum in cęlo dicentium. Alleluia. Laus, ⁊ gloria, ⁊ virtus Deo nostro est: quia vera, ⁊ iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in prostitutione sua: ⁊ vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, alleluia. Et fumus eius ascendit in sęcula sęculorum. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, ⁊ quatuor animalia, ⁊ adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen, alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens. Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius: ⁊ qui timetis eum pusilli, ⁊ magni. Et audiui quasi vocē tubę magnę, ⁊ sicut vocem aquarum multarum, ⁊ sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium, Alleluia: quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, ⁊ exultemus, ⁊ demus gloriam ei: quia venerunt nuptię Agni, ⁊ vxor eius pręparauit se. Et datuz est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, ⁊ candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cenā nuptiarum Agni vocati sunt.

Sequētia scti euang. sm Joannem.

ca. 16. IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pręssurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iteruz autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

In cōi ɔfess. ⁊ virginū, ⁊ in alijs missis tpe pasch. oīa dñr vt infra, addito in ītroitu ante psalmū duplici. Allel. Et in fine offert. ⁊ cōm. vno Allelu. Et omisso graduali, dñr duo versus cū quatuor Alle. vt suis locis ponit.

IN COMMVNI Plurimorum Martyrū extra tempus Paschale.



Introitus. ps. 78.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica domine sanguinem ibidez. sanctorum tuorum, qui effusus est. Psalm. Deus, venerunt gentes in hęreditatez tuā: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

¶ Pro pluribus Pontificibus, & martyribus. Oratio.

Beatorum martyrum tuoruz pariterq́ pontificum N. & N. nos, quęsumus domine, festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Si non fuerint Pontifices, dicitur oratio vt in sequenti Missa.

Lectio libri Sapientię.

cap. 3. Iustorum animę in manu Dei sunt: & nō tāget illos tormētum mortis. Visi sunt oculis insipientiuz mori: & ęstimata est afflictio, exitus illorum: & ab itinere iusto abierunt in exterminium: & quod a nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponent: qm̄ Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace ꝓbauit illos: & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquā scintillę in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit dominus illorum in perpetuum. Graduale. Gloriosus Deus in

exo. 15 sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣.

Eccle. 44. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in generatione & generationem, Alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

ps. 125 Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant, mittētes semina sua.

℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequētia sancti Euāgelij s̄m Lucā.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cum audieritis pręlia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hęc fieri, sed nondum statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terręmotus magni erunt per loca, & pęstilentię, & fames, terroresq́ de cęlo, & signa magna erunt. Sed ante hęc omnia, inijcient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas, & custodias, trahētes ad reges, & pręsides propter nomen meū. Continget autez vobis in testimoniū. Ponite ergo in cordibꝰ vestris nō pręmeditari quęmadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiaz: cui non poterūt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meū: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ca. 21.

Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinez plebi sue: benedictus Deus, Alleluia. ps. 67.

Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in sanctoruz tuorum cōmemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciam nō habemus, eorū qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per dominum no.

Cōmunio. Et si corā hominibꝰ tormēta passi sunt: Deus tentauit eos, tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos. Postcommunio.

Quęsumus, domine salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum solem-

solénia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum.

De eodē cōi alia Missa. Introit⁹.

Eccle. 44.

SApientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Psal's.
Ps. 32. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. & N. Natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eoruz societate gaudere. Per dominum nostrum.

Si fuerint pōtifices dicat̄ orō precedētis missę, qđ & i sequētibus seruet̄.

Lectio libri Sapientię.

cap. 5. IUsti autem in perpetuum viuēt: & apud dominum est merces eorum, & cogitatio eor̄ apud altissimū. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionez inimicor̄. Induet pro thorace iustitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile, ęquitatē.

Ps. 123 Graduale. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiuz. ℣. Laque⁹ contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum & terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti e-
Ps. 67. pulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lętitia, Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Ps. 125 Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, ℣. Venientes autē venient cum exultatione, portātes manipulos suos.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ei⁹, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa, & Ierusalem, & Maritima, & Tiri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tāgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis i discipulos suos, dicebat. Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis: quoniam saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malū, propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cęlo. Offertorium. cap. 6.

Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucib⁹ eorum, Alleluia. Ps. 139

Secreta.

MUnera tibi domine nostrę deuotionis, offerimus: quę & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium. &c.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Lucę 22.

Postcommunio.

PRęsta nobis, quęsumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis. N. & N. vt, quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per dominum nostrum Iesum &c.

De

De eodem cōi alia missa. Introitus.

ps. 36. 

Salus autem iustorum a domino: ꝛ protector eorum est in tempore tribulationis.

ibidē. Psalmus. Noli ęmulari in malignātibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorū martyrum tuorum N. ꝛ N. solennitate lętificas: concede propiti⁹: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lctō epl'ę bti Pauli apl'i ad Hebr.

ca. 10. Fratres. Rememoramini pristinos dies, in q̄bus illuminati, magnū certamen sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobrijs, ꝛ tribulationibus spectaculū facti: in altero autē socij taliter cōuersantium effecti. Nam ꝛ vinctis cōpassi estis: ꝛ rapinam bonoꝝ vestrorū cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorē, ꝛ manētē substantiā. Nolite itaque amittere confidentiam vestrā, quę magnā habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionē. Adhuc enim modicū aliquantulumq;, qui venturus est, veniet, ꝛ non tardabit. Justus autem ex fide viuit. Gradu.

ps. 33. Clamauerunt iusti, ꝛ dominus exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta est dn̄s his, qui tribulato sunt corde: ꝛ humiles spū saluabunt. Alleluia, alleluia. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, alleluia.

ps. 125 Post Septuagesimam. Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, ꝛ flebant, mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portātes manipulos suos.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tpe. Sedente Jesu super ca. 24.
montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius, secreto, dicentes. Dic nobis, quādo hęc erunt, ꝛ quod signum aduentus tui, ꝛ consummationis sęculi? Et respondens Jesus, dixit eis. Uidete, ne q̄s vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus: ꝛ multos seducent. Audituri enim estis pręlia, ꝛ opiniones pręliorum. Uidete, ne turbemini. Oportet enim hęc fieri: sed nondū est finis. Consurget enim gens in gentem, ꝛ regnum in regnum: ꝛ erunt pestilentię, ꝛ fames, ꝛ terręmotus per loca. Hęc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationē, ꝛ occident vos, ꝛ eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: ꝛ inuicem tradēt: ꝛ odio habebunt inuicē. Et multi pseudo prophetę surgent, ꝛ seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Offertorium. Justorum animę in manu Sap. 3
Dei sunt, ꝛ non tanget illos tormentū mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, alleluia. Secreta.

Oblatis, quęsumus dn̄e, placare muneribus: ꝛ intercedentibus sanctis tuis N. ꝛ N. a cunctis nos defende periculis. Per. Com.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lu- Matt.
mine, dicit dominus: ꝛ quod in aure auditis, 10.
prędicate super tecta. Postcommu.

Hæc nos communio dn̄e purget a crimine: ꝛ intercedētibus sanctis martyrib⁹ tuis N. ꝛ N. cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Item alię epistolę ꝛ euāgelia pro pluribus martyribus.

Lectio libri Sapientię.

Ca. 10. Reddidit Deus iustis mercedē laborum suorum: ꝛ deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, ꝛ in luce stellarum per noctem. Trāstulit illos per mare rubrum, ꝛ trāsuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare: ꝛ ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorū: ꝛ decantauerunt domine nomen sanctum tuum: ꝛ victricem manum tuam laudauerunt pariter, Domine Deus noster.

Lctō eplę bti Pauli apl̄i ad Rom̄.

cap. 5. Fratres. Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum per dn̄m nostrum Jesum Christum: per quē ꝛ habemus accessum per fidē in gratiā istā, in qua stamus: Et gloriamur in spe glorię filioꝝ Dei. Non solū autē: sed ꝛ gloriamur in tribulationibus, scientes, ꝙ tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationē, probatio vero spem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ꝑ spiritū sanctum, qui datus est nobis.

Lctō eplę bti Pauli apl̄i ad Rom̄.

cap. 8. Fratres. Non sunt condignę passiones huius tēporis ad futuram gloriā, quę reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturę reuelationem filioꝝ Dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eā in spe: quia ꝛ ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiscit, ꝛ parturit vsq; adhuc. Non solum autem illa, sed ꝛ nos ipsi primitias spiritus habentes, ꝛ ipsi intra nos gemimus, adoptionem filioꝝ Dei, expectantes redēptionē corporis nostri.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Exhibeam⁹ nosmetipsos sicut Dei ministros ī multa patiētia: in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, ī charitate nō ficta, in verbo veritatis, ī virtute Dei. Per arma iustitię a dextris, ꝛ a sinistris. Per gloriā, ꝛ ignobilitatē: per infamiā, ꝛ bonam famā: vt seductores, ꝛ veraces: sicut qui ignoti, ꝛ cogniti: quasi morientes, ꝛ ecce viuim⁹: vt castigati, ꝛ nō mortificati: quasi tristes, semper autē gaudētes: sicut egētes, multos aūt locupletantes: tāquā nihil habentes, ꝛ omnia possidentes. cap. 6.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

Fratres: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra verterunt exterorū: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionem. ca. 11.

Alij

Alij vero ludibria, ꝛ verbera expti, i super ꝛ vincula, ꝛ carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, ꝛ in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montib⁹, ꝛ speluncis, ꝛ in cauernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: In Christo Jesu domino nostro.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

cap. 7. In diebus illis. Respódit vnus de seniorib⁹, ꝛ dixit mihi. Hi qui amicti sũt stolis albis, q sunt? ꝛ vnde venerũt? Et dixi illi. Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna: ꝛ lauerunt stolas suas, ꝛ dealbauerũt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronuz Dei, ꝛ seruiunt ei die ac nocte in templo eius: ꝛ qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius: nec cadet super illos Sol, neque vll⁹ ęstus. Quoniaz Agnus qui in medio throni est, reget illos: ꝛ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ꝛ absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Sequentiã sancti Euangelij secundum Mattheum.

cap. 5. In illo tpe: Uidens Jesus turbas, ascendit in mõtem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: ꝛ aperiẽs os suuz docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsoꝝ est regnum cęloꝝ. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi ꝯsolabuntur. Beati qui esuriunt, ꝛ sitiunt iustitiã: quoniam ipsi saturabũtur. Beati misericordes: quoniaz ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deũ videbunt. Beati pacifici: qm̃ filij Dei vocabunt. Beati qui persecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam: quoniam ipsoꝝ est regnuz cęloꝝ. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, ꝛ persecuti vos fuerint: ꝛ dixerint omne maluz aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete, ꝛ exultate: qm̃ merces vestra copiosa est in cęlis.

Sequentia scti euãg. sm Mattheũ.

In illo tpe: Rñdẽs Jesus dixit. ca. 11.
Confiteor tibi pater domine cęli, ꝛ terrę: quia abscondisti hęc a sapiẽtibus ꝛ prudentibus, ꝛ reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, ꝛ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis, ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiaz vos. Tollite iugum meum super vos, ꝛ discite a me, quia mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ iuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meũ suaue est, ꝛ onus meum leue.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dicebat Jesus
turbis Judęorum, ꝛ principib⁹ ca. 11.
sacerdotum. Ue vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestroꝝ: quoniam ipsi quidem eos occiderũt, vos autem ędificatis eorum sepulchra. Propterea ꝛ sapientia Dei dixit. Mittã ad illos ꝓphetas, ꝛ apostolos: ꝛ ex illis occident ꝛ ꝑsequentur: vt inquiratur sanguis omniũ prophetarũ, q

effusus

effusus est a constitutione mundi, a generatione ista, a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zacharię, qui perijt inter altare ⁊ ędem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 10. In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: ⁊ qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicētes. Dñe, etiam dęmonia in nomine tuo subijciuntur nobis. Et ait illis. Uidebam satanam sicut fulgur de cęlo cadētem. Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, ⁊ scorpiones, ⁊ supra omnem virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Ueruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 12. In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a fermento pharisęorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertuz, quod non reueletur: neque absconditum, qđ non sciatur. Quoniam quę in tenebris dixistis, in lumine dicētur: ⁊ quod in aure locuti estis in cubiculis, prędicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, ⁊ post hęc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui, postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinqz passeres veneunt dipondio: ⁊ vnus ex illis nō est in obliuione coram Deo: Sed ⁊ capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus: ⁊ filius hominis confitebitur eum coraz angelis Dei.

In communi confesso. Pontifi.

Introitus.



Statuit ei Dñs testamētū pacis: ⁊ principē fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Eccle. 45.

Psalmus. ps. 131

Memento domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

Oratio.

Da, quęsumus omnipotēs Deus: vt beati. N. confessoris tui atque pontificis veneranda solemnitas ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ salutem. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate.

Lectio libri Sapientię.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, ⁊ in- Eccle. 44.
uentus est iustus: ⁊ in tēpore iracundię factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dñs crescere in plebez suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, ⁊ testamentum suum cōfirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiaz suam: ⁊ inuenit gratiā corā oculis dñi. Magnificauit eū in cōspectu regū: ⁊ dedit illi coronaz glorię. Statuit illi testamen-

tum sempiternum: ⁊ dedit illi sacer-
tium magnuȝ: ⁊ beatificauit illum in
gloria. Fungi sacerdotio, ⁊ habere
laudē in nomine ipsius: ⁊ offerre illi
incensum dignum, in odorem suaui-
Eccle. 44. tatis. Graduale. Ecce sacerdos ma-
gnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣.
Non est inuentus similis illi, qui conserua-
ret legeȝ excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu
ps.109 es sacerdos in ęternuȝ, secundum ordinem
Melchisedec, alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur gra-
duale, vsque ad Alleluia. ⁊ ad eius
eccl.9. versum additur sequens. ℣. Hic est
sacerdos, quē coronauit dn̄s, Allelu.

¶ Post Septuagesimam Tractus.
ps.111 Beatus vir, qui timet Dominum: in man-
datis eius cupit nimis.
℣. Potens in terra erit semen eius: gene
ratio rectorum benedicetur.
℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia
eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti euangelij secun-
dum Matthęum.

ca.25. In illo tempore: Dixit Jesus
discipulis suis̄ parabolaȝ hanc.
Homo quidā peregre proficiscens,
vocauit seruos suos, ⁊ tradidit illis
bona sua. Et vni dedit quinqȝ talen-
ta, alij autem duo, alij vero vnū. Uni-
cuique ꝭm propriā virtuteȝ: ⁊ profe-
ctus est statim. Abijt aūt qui quinqȝ
talenta acceperat, ⁊ operatus est in
eis, ⁊ lucratus est alia quinqꝫ. Simili-
ter ⁊ qui duo talenta acceperat, lucra
tus est alia duo. Qui aūt vnū accepe-
rat, abiens fodit in terram, ⁊ abscon-
dit pecuniam domini sui. Post mul-
tum vero temporis venit dominus
seruorum illorum, ⁊ posuit rationem
cum eis. Et accedens qui quinque
talenta acceperat, obtulit alia quin-
que talenta, dicens. Domine, quin-
que talenta tradidisti mihi: ecce, alia
quinque superlucratus sum. Ait illi
dominus eius. Euge serue bone ⁊ fi-
delis: quia in pauca fuisti fidelis, su-
pra multa te constituam: intra in gau
dium domini tui. Accessit autem ⁊ q
duo talenta acceperat, ⁊ ait. Domi-
ne, duo talenta tradidisti mihi: ecce,
alia duo superlucratus sum. Ait illi
dominus eius. Euge serue bone ⁊ fi-
delis: quia super pauca fuisti fidelis,
supra multa te constituam: intra in
gaudium domini tui. Offertorium.
Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto ps.88.
meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabi-
tur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti tui, quęsumus domine,
nos vbique lętificent: vt dum
eorum merita recolimus, patrocinia
sentiamus. Per dominum nostruȝ.
Communio. Fidelis seruus, ⁊ prudēs, Matt.
quem cōstituit dominus super familiam su- 24.
am: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Presta, quęsumus omnipotens
Deus: vt de perceptis mune-
ribus gratias exhibentes, intercedē-
te beato N. confessore tuo atque pō-
tifice, beneficia potiora sumamus.
Per dominum nostrū Jesum Chri
stum filium tuum. Qui tecum.

¶ De eodem communi alia missa.

Introitus.



Sacerdotes tui ps.131
domine induāt iu
stitiam, ⁊ sancti tui exul-
tent: propter Dauid ser
uum tuum, non auertas
faciem Christi tui. ps.
Memento domine Dauid, ⁊ omnis man-
suetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊
spiritui sancto.

Oratio.

Exau-

Exaudi, quesumus domine, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atque pontificis solemnitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio epl'e bti Pauli apl'i ad Heb.

cap. 7. Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo quod maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo, dominus noster Jesus Christus.

ps. 131 Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.

ps 109 Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, et additur sequens versus.

eccl. 14 Amauit eum dominus, et ornauit eum: stolam glorie induit eum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps. 111. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, et diuitie in domo eius; et iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. ca. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus, et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Offertorium. Veritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. 88.

Secreta.

Sancti N. confessoris tui atque pontificis, quesumus, domine, annua solennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum nostrum.

Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Matt. 24.

Postcommunio.

Deus fidelium remunerator animarum, presta: vt beati N. confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nostrum nostrum.

¶ Item alie Epistole et Euangelia pro confessore pontifice.

Lco epl'e bti Pauli apost. ad Heb.

Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro homini

minibus constituitur in iis quę sunt ad Deum: vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant: quoniã & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebr.

ca. 13. FRatres. Mementote prępositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbũ Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri & hodie: ipse & in secula. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quę non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habẽt potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorũ enim animaliũ infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horũ corpora cremantur extra castra. Propter quod & Jesus, vt sanctificaret per suum sanguinem, populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ed eum extra castra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius. Bñficentię aũt & cõionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite prępositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri.

Sequẽtia sancti Euãgelii secundum Lucam.

ca. 11. IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrę sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequentia sancti euãg. secundum Marcum.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatẽ cuiusque operis, & ianitori precepit, vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane) ne, cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate. ca. 13.

IN COMMVNI Doctorum. Introitus.



IN medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum. Psalmus. eccl. 15. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. ps. 91.

Oratio.

DEus, qui populo tuo ęterne salutis beatum N. ministrum tribuisti: pręsta quęsumus: vt quem docto-

doctorem vite habuim⁹ i terris, inter cessorem habere mereamur in cęlis. Per dominum nostrum Jesum. ꝛc.

Lcō eplę bti Pauli apl'i ad Timot.

2. ca 4. Charissime. Testificor coram Deo ꝛ Christo Jesu: qui iudicaturus est viuos ꝛ mortuos, per aduentum ipsius, ꝛ regnum eius: prędica verbum: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus: ꝛ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cōuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistę, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: ꝛ tempus resolutionis meę instat. Bonū certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo remanet, posita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi: sed ꝛ ijs, qui diligunt aduentum eius.

ps. 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: ꝛ lingua eius loquetur iudicium.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabuntur gressus eius.

eccl. 45 Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum Dominus ꝛ ornauit eum: stolam glorię induit eum. Alleluia.

¶ Tpe Paschali Graduale, omittit ꝛ ad eius versum additur sequens ℣.

Osee. 14. Justus germinabit sicut lilium, ꝛ florebit in ęternum ante dominum. Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

ps. 111 Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ꝛ diuitię in domo ei⁹: ꝛ iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis sal terrę. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, ꝛ conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neqꝫ accendunt lucernam, ꝛ ponunt eam sub modio, sed super cādelabrum: vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, ꝛ glorificent patrem vestrum qui in cęlis est. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cęlum ꝛ terra, iota vnum aut vnus apex non pręteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis, ꝛ docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit, ꝛ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum. cap. 5.

Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus quę in libano est, multiplicabitur. ps. 91.

Secreta.

Sancti tui N. nobis, Domine pia nō desit oratio: q̄ ꝛ munera nostra conciliet: ꝛ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per do.

Communio. Fidelis seruus, ꝛ prudēs: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Matt. 25.

Postcommunio.

Ut nobis, domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus, ꝛ doctor egregius precator accedat. Per dominum nostrū.

Alia epistola pro Doctoribus.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 35. IUstus cor suū tradet ad vigilandū diluculo, ad dn̄m qui fecit illū: ꝛ in ꝯspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suū in oratione: ꝛ ꝓ delictis suis deprecabitur. Si enim dn̄s magnus voluerit, spiritu intelligentię replebit illum: ꝛ ipse tanq̄ imbres emittet eloq̄a sapiētie suę, ꝛ in orōne confitebit dn̄o. Et ipse diriget consiliū eius, ꝛ disciplinam: ꝛ in abscōditis suis ꝯsiliabit. Ipse palam faciet disciplinam doctrinę suę, ꝛ in lege testamenti dn̄i gloriabitur. Collaudabūt multi sapientiam eius, ꝛ vsque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius, ꝛ nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gētes, ꝛ laudem eius enunciabit ecclesia.

IN COMMVNI
Confess. non Pontifi.



Introitus.

ps. 39.  Os iusti meditabitur sapientiā, ꝛ lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius.
ibidē. Psalmus. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos beati N. confessoris tui annua solemnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominū nostrum Iesum.

Lectio libri Sapientię.

BEatus vir, qui inuentus est sine macula: ꝛ qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, ꝛ laudabimus eū? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, ꝛ perfectus inuentus est, ꝛ erit illi gloria ęterna. Qui potuit trāsgredi, ꝛ nō est transgressus: facere mala, ꝛ nō fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: ꝛ eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Graduale. eccl. 31.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. ps. 91.
Ad annunciandū mane misericordiā tuā, ꝛ veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, Alleluia. ibidē. Iac. 1.

Tempore Paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequens versus.

Amauit eum dominus, ꝛ ornauit eum: stolam glorię induit eum, Alleluia. eccl. 45

Post Septuagesimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ꝛ diuitię in domo eius: ꝛ iustitia eius manet in seculum seculi. ps. 111.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus ca. 12.

bus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptijs: vt cū venerit & pulsauerit, cōfestim aperiāt ei. Beati serui illi, quos cū venerit dn̄s, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, q̄ precinget se, & faciet illos discū bere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̄, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

LAudis tibi domine hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis cōfidimus, & futuris. Per dominum nostrum.

Matt. 24. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

REfecti cibo, potuq̄ celesti, De⁹ nr̄, te supplices exoramus: vt in cui⁹ hec cōmemoratione pcepimus, eius muniamur & precibus. Per d.

De eodem cōi alia missa. Introit⁹.

Ps. 51. IUstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, plātatus in domo domini, in atrijs domus Dei nostri. Psalmus.



Ibidem. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris, quas in beati N. cōfessoris tui solemnitate deferimus: vt, qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū tuū.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Uos nobiles: nos autem ignobiles. Usq̄ in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionē patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos, hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In Christo Jesu domino nr̄o. 1. Cor. 4.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. Ps. 36.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & nō supplantabuntur gressus eius.

Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia. Ps. 111

Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens versus.

Justus germinabit sicut lilium: & florebit in eternum ante dominum, Alleluia. Ps. 14.

Post Septuagesimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Ps. 111

℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

℣. Gloria, & diuitie in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia sancti Euang. sm̄ Lucā.

ca. 12. IN illo tp̄e. Dixit Jesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: q̄a cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Uendite q̄ possidetis, ⁊ date eleemosynā. Facite vobis sacculos, q̄ nō veterascūt, thesaurū non deficiētē i cęlis: quo fur nō appropiat, neq̄z tinea corrūpit. Ubi eniz thesaurus vester est, ibi ⁊ cor vestrum erit.

ps. 20. Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iustus, ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei.

Secreta.

PResta nobis, q̄s ōps Deus: vt nostrę humilitatis oblatio ⁊ ꝓ tuorum tibi grata sit honore sanctorum, ⁊ nos corpore pariter ⁊ mente purificet. Per dominum nostrū.

Matt. 19. Communio. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me: centuplum accipietis, ⁊ vitam ęternam possidebitis.

Postcommunio.

QUęsumus, omnipotens Deus, vt qui cęlestia alimenta percepimus: intercedente beato N. confessore tuo, per hęc contra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

Item alia Epistola ⁊ Euangelium pro confessore non pontifice.

Lcō ep̄lę b̄ti Pauli ap̄li ad Philip

cap. 3. FRatres: Quę mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus sum propter Chr̄m detrimenta. Uerūtamē existimo omnia detrimentū esse ꝑpter eminentem scientiā Jesu Chr̄i dn̄i mei: ꝑpter quē omnia detrimētum feci, ⁊ arbitror vt stercora, vt Christū lucrifaciā: vt ⁊ inueniar in illo non habēs meam iustitiam quę ex lege est, sed illam quę ex fide est Christi Jesu, quę ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum, ⁊ virtutē resurrectionis eius, ⁊ societatem passionis illi⁹: ꝯfiguratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem, quę est ex mortuis. Non ꝙ iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autē, si quo modo cōprehendam in quo ⁊ comprehensus sum a Christo Jesu.

Sequētia sancti Euāgelij sm̄ Lucā.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. ca. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionē lōginquā accipere sibi regnū, ⁊ reuerti. Uocatis aūt decē suis suis, dedit eis decem mnas, ⁊ ait ad illos. Negociamini dū venio. Ciues autē eius oderant eū: ⁊ miserunt legationē post illū, dicentes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factū est vt rediret accepto regno: ⁊ iussit vocari seruos, q̄b⁹ dedit pecuniam: vt sciret quantū quisq̄z negociatus esset. Uenit autez primus, dicens. Dn̄e, mna tua decē mnas acq̄siuit. Et ait illi. Euge serue bone, q̄a in modico fuisti fidelis, eris potestatē habēs super decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Dn̄e, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinq̄z ciuitates. Et alter venit, dicēs. Dn̄e, ecce mna tua quā habui, reposita est in sudario. Timui enim te, q̄a homo austerus es: tollis qđ non posuisti, ⁊ metis qđ nō seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas, ꝙ ego homo austerus sū, tollēs qđ nō posui, ⁊ metens qđ nō seminaui: ⁊ quare nō dedisti pecuniā meam ad mensam, ⁊ ego veniens cū vsuris vtiq̄z exegissem illā? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnā, ⁊ date illi q̄ decem mnas habet. Et dixerunt ei. Dn̄e, habet decem mnas. Dico aūt vobis, quia omni habenti dabitur, ⁊ abun-

abundabit: ab eo aũt qui nõ habet, & qđ habet, auferet ab eo. de eodẽ cõi.

PRO ABBATIBVS.

Alia Missa. Introitus.



ps.36. 
Os iusti meditabit sapiẽtiã, & lingua ei⁹ loquet iudiciũ: lex Dei ei⁹ in corde ipsi⁹.
ibidẽ. Psal. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris faciẽtes iniqtatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Intercessio nos, quęsumus domine beati N. Abbatis commendet: vt, quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per dominum nostrum.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 45. Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suaz. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nubẽ. Et dedit illi coram pręcepta, & legem vitę & disciplinę.

Graduale. Domine, pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ps.20. ℣. Vitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinez dierum in sęculum sęculi. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, alleluia.

¶ Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens versus. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in ęternum ante dominum, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ps.111 ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

In illo tpe: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, q vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę: sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomem meum: centuplum accipiet, & vitam ęternam possidebit. ca.19. Offert.

Desiderium animę eius tribuisti ei, domine: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ps.20. Secreta.

Sacris altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus N. Abbas,

Abbas, quesumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominum nostrum Jesum Christum. &c.

Mat. 24. Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Protegat nos dñe cum tui perceptione sacramenti beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum.

COMMVNE VIRGINVM.



Pro virgine & marty. Introitus.

ps. 118 Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis.

ibidem. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dñi. ℣. Gloria pa. Oro.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij cōtulisti: concede propitius: vt qui beate N. virginis & martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio libri Sapientie.

Eccle. 45. Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, qm̄ adiutor, & protector fact⁹ es mihi: & liberasti corpus meū a pditione, a laqueo lingue inique, & a labijs operātium mendacium: & in ɔspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinem misericordie nominis tui a rugentibus pparatis ad escā: de manibus querētium animam meam, & de portis tribulationum, que circūdederunt me. A pressura flāme, q̄ circundedit me: & in medio ignis nō sum estuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij, a rege iniquo, & a lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manibus gentium, domine Deus noster. Gradu.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie. ps. 44.
Alleluia, alleluia. ℣. Adducētur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi in letitia, Alleluia. ibidem.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronā, quam tibi dñs preparauit in eternum: pro cuius amore sanguinem tuū fudisti. ℣. Dilexisti ps. 44.
iustitiā, & odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, pspere procede, & regna.

Seque-

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

Ca. 25. IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: quę accipientes lãpades suas exierũt obuiã spõso, ⁊ sponsę. Quinque autẽ ex eis erãt fatuę, ⁊ quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatuę acceptis lãpadibus, nõ sumpserũt oleum secum. Prudentes vero acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibꝰ. Morã autẽ faciente sponso, dormitauerunt oẽs, ⁊ dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt oẽs virgines illę, ⁊ ornauerunt lãpades suas. Fatuę autẽ sapientibꝰ dixerũt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extinguũtur. Rñderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis, ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. Dũ autẽ irẽt emere, venit sponsus: ⁊ q̃ paratę erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua. Nouissime vero veniunt ⁊ reliquę virgines, dicentes, Dñe, domine aperi nobis. At ille respõdens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neqꝫ horam. Offerto.

ps. 44. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Secreta.

SUscipe Domine munera, quę in beatę N. virginis ⁊ martyris tuę solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum Jesum.

ps. 118 Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatẽ fecerunt in me: ego aũt in mãdatis tuis exercebor in tuis iustificationibꝰ, vt nõ cõfundar. Postc.

AUxiliẽtur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beata N. virgine, ⁊ martyre tua, sempiterna faciãt protectione gaudere. Per dominum nostrum Jesum. ⁊c.

¶ Item pro Virgine ⁊ martyre alia missa. Introitus.



ME expectauerunt peccatores vt perderẽt me, testimonia tua Domine itellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Psal's. ps. 118

Beati immaculati ĩ via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio. ibidẽ.

INdulgẽtiam nobis, quęsumus domine, beata N. virgo ⁊ martyr imploret: quę tibi grata semper extitit, ⁊ merito castitatis, ⁊ tuę professione virtutis. Per dominum nostrum Jesum Christum. ⁊c.

Lectio libri Sapientię.

DOmine Deus meus exaltasti super terraꝫ habitationẽ meã, ⁊ pro morte defluẽte deprecata sum. Inuocaui dominum patreꝫ domini mei, vt nõ derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tempore superboꝝ sine adiutorio. Laudabo nomẽ tuũ assidue, ⁊ collaudabo illud in cõfessione, ⁊ exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione, ⁊ eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, ⁊ laudem dicam nomini tuo, domine Deus noster. Ezec. 51.

Graduale. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. ps. 44.

Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est virgo sapiẽs, ⁊ vna de numero prudentum: Alleluia.

Tem-

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, ꝛ additur sequens versus. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ueni sponsa Christi, accipe coronam, quã tibi dominus preparauit in eternum: ꝓ cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexi-
ps. 44. sti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intẽde, ꝓspere procede, ꝛ regna.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 13. IN illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum celorũ thesauro abscõdito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, ꝛ pre gaudio illius vadit, ꝛ vendit vniuersa que habet, ꝛ emit agrum illum. Iterum, simile est regnum celorum homini negociatori, querenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, ꝛ vẽdidit omnia que habuit, ꝛ emit eam. Iterum, simile est regnum celorum sagene misse in mare, ꝛ ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educẽtes, ꝛ secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, ꝛ separabunt malos de medio iustorum, ꝛ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium: intellexistis hec omnia? Dicunt ei: Etiam domine. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, ꝛ vetera. Offertorium.

ps. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in eternum, ꝛ in seculum seculi. Secreta.

HOstias tibi Domine, beate N. virginis ꝛ martyris tue dicatas meritis, benignus assume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum.

Communio. Feci iudicium ꝛ iustitiam, ps. 118 domine: non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcõm.

DIuini muneris largitate satiati, q̃sumus, domine Deus noster: vt intercedente beata N. virgine ꝛ martyre tua: in eius semper participatione viuamus. Per dominũ.

¶ In communi plurium virginum ꝛ martyrum.

Omnia dicuntur vt supra pro vna virgine ꝛ martyre, exceptis oratione que dicitur vt sequitur, ꝛ epistola De virginibus preceptum do. 207. que dicitur vt infra in communi virginum non martyrum. Oratio.

DA, nobis, q̃s domine Deus noster, sanctarum virginũ, ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominuȝ nostrum Jesum Chr̃m. Secreta.

INtende, quesumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum virginum ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. festiuitate proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per d. Postcõ.

PResta nobis, quesumus Domine, intercedentibus sanctis virginibus atque martyribus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrũ.

¶ Pro

¶ Pro virgine tantum. Introitus.

ps. 44 
DIlexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię, prę consortibus tuis. Psalmus.
ibidem. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

Lctõ eplę btí Pauli apłi ad Corin.

ca. 10. et 11. FRatres: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quẽ Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientię meę: sed et supportate me. Æmulor enim vos Dei ęmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

ps. 44. Graduale. Specie tua, et pulchritudine tua: intẽde, prospere procede, et regna. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, Alleluia.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, et additur sequens versus.

ps. 44. Specie tua et pulchritudine tua: intende, prospere procede, et regna, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

℣. Uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo.

ps. 44. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi.

℣. Afferentur in lętitia, et exultatione: adducentur in templum regis. Euangelium.

Simile est regnum cęlorum decem virgi. vt supra in missa virg. et mart. f. 206.

Offertoriũ. Filię regum in honore tuo, ps. 44. astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Matt. 25.

Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiam Christo domino. Postcommunio.

SAtiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christũ.

¶ Item pro virgine tantũ alia missa.

Introitus.


VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia et exultatione. Psalmus. ps. 44.
Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio. ibidem.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Jesum Chrm.

Lectio eplę btí Pauli apłi ad Cor.

i cor 7. FRatres. De virginibus pręceptum domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, vt sim

sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quęrere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorem. Si autem acceperis vxoré, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego aūt vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est. Reliquuz est, vt ɀ q habent vxores, tanquā nō habentes sint: ɀ qui flent, tanquam non flentes: ɀ qui gaudēt, tanquā nō gaudētes: ɀ qui emunt, tanquam nō possidentes, ɀ qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura huius mundi. Volo aūt vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est q̄ dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui aūt cū vxore est, solicitus est, q̄ sunt mūdi, quomodo placeat vxori: ɀ diuisus est. Et mulier innupta ɀ virgo cogitat quę domini sunt: vt sit sancta ɀ corpore, ɀ spiritu. In Chr̄o Iesu dn̄o nostro.

Ps. 44. Graduale. Concupiuit rex decorem tuum, qm̄ ipse est dn̄s Deus tuus. ℣. Audi filia, ɀ vide, ɀ inclina aurem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est virgo sapiens, ɀ vna de numero prudentum, Alleluia.

Tépore Paschali omittitur Graduale, ɀ additur sequens versus.

Sap. 4 O quam pulchra est casta generatio cum claritate, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 44 Audi filia, ɀ vide, ɀ inclina aurem tuam: qa concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia ɀ exultatione: adducentur in templum regis.

Euangelium. Simile est regnuz cęlorum thesauro abscondito in agro. vt supra in missa virg. ɀ marty. 209.

Offertorium. Afferentur regi virgines post eam, proximę eius afferentur tibi in lętitia ɀ exultatione: adducentur in templum regi domino. Ps. 44.

Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio pro tuoruz honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum.

Communio. Simile est regnum cęlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, ɀ comparauit eam. Matt. 13.

Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum Iesum Christū.

IN COMMVNI NON VIRGINVM.



Pro vna mart. non virg. Introi.

Me expectauerunt peccatores vt perderēt me, testimonia tua domine intellexi: omnis cōsummationis vidi finem: latum mandatum Ps. 118

ps. 118 datum tuum nimis. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriaz martyrij contulisti: cōcede propitius: vt qui beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dñz.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, quęsumus, domine Deus noster, sanctarum martyrum tuarū. N. & N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum nostruz.

Epistola. Confitebor tibi dñe. 205. vt supra in missa vir. & mar. Gradua.

ps. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus

ibidez. oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, Alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps. 44. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quā tibi dominus pręparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuuz fudisti. ℣. Dilexisti iustitiaz, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. Euangelium. Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro. vt supra. 209.

ps. 44. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculum sęculi, alleluia. Secreta.

Suscipe dñe, munera, quę i beatę N. martyris tuę solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum.

¶ Si fuerint plures. Secreta.

Intende, quęsumus, dñe, munera altaribus tuis pro sanctarum martyruz tuaruz N. & N. festiuitate pposita: vt, sicut p hęc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dñm.

Communio. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meum: lętabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. ps. 118 Postcommu.

Auxiliētur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per do.

Si fuerint plures. Postcommunio.

Pręsta nobis, quęsumus, domine, intercedētibus sanctis martyribus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

PRO NEC VIRGINE nec martyre. Introitus.



Cognoui domine quia ęquitas iudicia tua, & i veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis timui. ps. 118 Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ibidez. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Sapientię.

Mulierem fortem quis inueniet? Pro-

Procul, ⁊ de vltimis finibus pretiũ eius. Cõfidit in ea cor viri sui, ⁊ spolijs non indigebit. Reddet ei bonũ, ⁊ non malum, omnibus diebus vitę suę. Quęsiuit lanam ⁊ linũ: ⁊ operata est consilio manuum suarũ. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditq́ȝ prędam domesticis suis: ⁊ cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, ⁊ emit eũ: de fructu manuum suarum plantauit vineaȝ. Accinxit fortitudine lumbos suos: ⁊ roborauit brachium suum. Gustauit ⁊ vidit, quia bona est negociatio eius: non extinguet̃ in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, ⁊ palmas suas extendit ad pauperẽ. Non timebit domui suę a frigorib⁹ niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vesteȝ fecit sibi, byssus ⁊ purpura indumẽtum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrę. Sindonem fecit ⁊ vendidit, ⁊ cingulũ tradidit Chananęo. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius, ⁊ ridebit in die nouissimo. Os suuȝ aperuit sapientię: ⁊ lex clemẽtię in lingua eius. Considerauit semitas domus suę: ⁊ panem ociosa non comedit. Surrexerunt filij eius, ⁊ beatissimam prędicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, ⁊ vana est pulchritudo: mulier timens Deum, ipsa laudabit̃. Date ei de fructu manuũ suarũ: ⁊ laudent eã in portis opera eius.

ps. 44. Graduale. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende prospere, procede ⁊ regna, alleluia.

¶ Tempore Paschali omittit̃ Graduale, ⁊ additur sequens versus.

Propter veritatem, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. ibideȝ.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia cõcupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferent̃ tibi. ℣. Afferentur in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in tẽplum regis. ibideȝ.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tẽpe. Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum cęlorũ thesauro abscondito in agro: quẽ qui inuenit homo, abscõdit, ⁊ prę gaudio illius vadit, ⁊ vendit vniuersa quę habet, ⁊ emit agrum illum. Iterum, simile est regnum cęlorum homini negociatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, ⁊ vẽdidit omnia quę habuit, ⁊ emit eam. Iterum, simile est regnum cęlorum sagenę missę in mare, ⁊ ex omni genere piscium congreganti. Quam, cuȝ impleta esset, educentes, ⁊ secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in cõsummatione sęculi. Exibunt angeli, ⁊ separabunt malos de medio iustorum, ⁊ mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus, ⁊ stridor dentium. Intellexistis hęc ca. 13.

omnia?

omnia? Dicūt ei: Etiaz domine. Ait illis. Ideo omnis scriba doct⁹ in regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua ꝛ vetera. Offertorium.

ps. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum ꝛ in sęculum sęculi. Secreta.

Accepta tibi sit, dñe, sacratę plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum.

ps. 44. Cōmunio. Dilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatez: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis.

Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus.

Item alia Epistola pro Uidua.

Lcō eplę bti Pauli aplī ad Timot.

1. ca. 5. Charissime. Uiduas honora: q̄ vere viduę sunt. Si qua aūt vidua filios aut nepotes habet: discat primū domū suā regere, ꝛ mutuā vicē reddere parētib⁹. Hoc enim acceptū est coraz Deo. Quę aūt vere vidua est, ꝛ d̄solata: speret ī Deū, ꝛ instet obsecrationib⁹, ꝛ orationib⁹ nocte ꝛ die. Nā quę ī delicijs est, viuēs, mortua est. Et hoc pręcipe, vt irreprehēsibiles sint. Siquis aūt suorū, ꝛ maxime domesticoꝝ curā nō habet: fidem negauit, ꝛ est infideli deterior. Uidua eligatur nō minus sexaginta annoꝝ, quę fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis testimoniū habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctoꝛuz pedes lauit, si tribulatione patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO Dedicationis Ecclesię. Introitus.



Terribilis est locus iste: hic dom⁹ Dei est, ꝛ porta cęli: ꝛ vocabitur aula Dei. Psalm⁹. Gen. 28.

ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, ꝛ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diez, ꝛ sacris semper mysterijs repręsentas incolumes: exaudi preces populi tui, ꝛ pręsta: vt, quisquis hoc templuz beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lętetur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

Lęctio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

In diebus illis. Uidi ciuitatem sanctā Jerusalē nouā, descēdentē de cęlo: a Deo paratā, sicut spōsaz ornatā viro suo. Et audiui vocē magnā de throno dicētē. Ecce tabernaculū Dei cū hominib⁹, ꝛ habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: ꝛ ipse Deus cuz eis erit eorū Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: ꝛ mors vltra non erit, neq꞉ luctus, neque clamor, neq꞉ dolor erit vltra, q̄ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce, noua facio omnia. Graduale. ca. 21.

Locus iste a Deo factus est, inęstimabile sacramētum: irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia.

℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: ꝛ confitebor nomini tuo, Alleluia. ps. 137

¶ Tēpore paschali Graduale omititur

titur ꝛ additur sequens versus.
Matt. 7 Bene fundata est domus domini supra firmam petram, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.
ps. 124 Qui cōfidunt in domino sicut mons Siō: non commouebitur in ęternum, qui habitat in Jerusalem. ℣. Montes in circuitu eiꝰ, ꝛ dominꝰ in circuitu populi sui, ex hoc nunc, ꝛ vsque in sęculum.

ca. 15. Sequentia scti euange. sm Lucam.
In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zacchęꝰ: ꝛ hic erat princeps Publicanoꝝ, ꝛ ipse diues. Et quęrebat videre Jesum qs esset: ꝛ nō poterat prę turba, quia statura pusillus erat. Et pręcurrēs ascēdit in arborē sicomorum, vt videret eū: qa inde erat transiturus. Et cū venisset ad locū, suspiciens Jesus vidit illū, ꝛ dixit ad eū. Zacchęe, festinās descende: qa hodie i domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, ꝛ excepit illū gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes: q̄ ad hominem peccatorē diuertisset. Stans autem Zaccheus, dixit ad Jesum. Ecce, dimidiū bonorum meorū domine do pauperibꝰ: ꝛ si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Ait Jesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod ꝛ ipse sit filius Abrahę. Uenit enim filius hominis quęrere, ꝛ saluum facere quod perierat. Offertorium.

2. par. 19. Domine Deus in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa: ꝛ populum tuum qui repertus est, vidi cū ingenti gaudio: Deus Jsrael custodi hanc voluntatem, domine Deus.

Secreta.
Annue, quęsumus dn̄e, precibus nostris: vt, quicunq̄ intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diē celebramus, ambitum continemur, plena tibi atq̄ perfecta corporis ꝛ aię deuotione placeamus: vt, dum hęc vota pręsentia reddimus, ad ęterna pręmia te adiuuante peruenire mereamur. Per d.

Communio. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dominus: in ea omnis q petit accipit ꝛ qui quęrit iuenit, ꝛ pulsanti aperietur. Js. 56. Matt. 22

Postcommunio.
Deus, qui de viuis, ꝛ electis lapidibus ęternū maiestati tuę pręparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti: vt qd̄ ecclesię tuę pficit corporalibꝰ spatijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per.

¶ Intra octauā dedica. ecclesię, ꝛ in die octaua dicit missa, vt supra in anniuersario dedicat. ecclesię, sed infra octauam dicitur secunda Oratio de Sācta Maria. Concede, quęsumus. tertia. Ecclesię. vel pro Papa.

¶ In ipsa die dedicationis Ecclesię missa dicitur, vt supra in anniuersario dedicationis, exceptis orationibus, quę dicuntur vt infra. Oratio.
Deus, qui inuisibiliter oīa contines, ꝛ tamen pro salute generis humani signa tuę potentię visibiliter ostendis: templum hoc potētia tuę inhabitationis illustra: ꝛ cōcede: vt oēs, qui huc deprecaturi conueniunt: ex quacunq̄ tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuę beneficia cōsequantur. Per do. Secreta.
Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde sup hanc orationis domū benedictionē tuā: vt ab oībus in ea inuocantibus nomē tuū, defensionis tuę sentiat auxilium. Per do. Postcommunio.
Quęsumus, oīpotēs Deꝰ: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni

digni dedicauimus, cũctis petẽtibus aures tuę pietatis accõmodes. Per.

¶ In ipsa die Dedicationis altaris totuꝫ offiñ agit vt sup. in Anniuersario Dedica. Ecclesię, pter oroñes, loco quarum, dicunt sequentes. Orõ.

DEus, qui ex oĩ coaptatione sanctorum ęternuꝫ tibi condis habitaculum: da ędificationi tuę incremẽta cęlestia: vt quorũ hic reliquias pro amore cõplectimur, eoꝝ semper meritis adiuuemur. Per. Secreta.

OMnipotẽs sempiterne Deus, altare hoc nomini tuo ędificatum cęlestis virtutis benedictione sanctifica, ꝛ omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt ꝛ hic sacramentorũ virtus, ꝛ votorum obtineatur effectus. Per. Postcõ.

QUęsumus omnipotẽs Deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cunctis petentibus aures tuę pietatis accomodes. Per dominuꝫ.

¶ Sequentes missę votiuę, licet pro Sacerdotis deuotione quacunque die dici possint per hebdomadam, quando festuꝫ duplex non occurrit: (Quod tñ passim nisi rationabili de causa fieri non debet, sed quoad fieri potest, missa cũ offõ cõueniat:) cuiqꝫ tñ diei propria missa põt assignari, vt Feria secunda (nisi dicatur pro defunctis) missa de Trinitate.

¶ Feria tertia de Angelis.

¶ Feria quarta de Apostolis.

¶ Feria quinta de Spiritu sancto.

¶ Feria sexta de Cruce.

¶ Sabbato de sancta Maria.

In ipsis non dĩ Gloria in excel. nec Credo. nisi p publica ecclesię causa. In missa autẽ B. Marię, ꝛ in missa Angeloꝝ dĩ tantum Gloria in excel.

MISSA VOTIVA DE Sancta Trinitate. Introitus.



BEnedicta sit sancta Trinitas, atqꝫ indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiã suã. Psalmus. Domine dominus noster, quam admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio. Tob. ca. 11. ps. 8.

OMnipotẽs sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriam agnoscere, ꝛ in potentia maiestatis adorare vnitateꝫ: quęsumus: vt eiusdem fidei firmitate, ab oĩbus semper muniamur aduersis. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Gaudete, pfecti estote, exhortamini, ideꝫ sapite, paceꝫ habete: ꝛ Deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiscum. Gratia dñi nr̃i Jesu Christi, ꝛ charitas Dei, ꝛ communicatio sancti spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen. Graduale. ca. 13.

Benedictus es domine, qui intueris abyssos, ꝛ sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, ꝛ laudabilis in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, ꝛ laudabilis in sęcula, alleluia. Dan. 3

¶ Tẽpore paschali Graduale omittit vsque ad primum Alle. ꝛ additur alius versus, vt sequit. ℣. Benedicamus patrẽ, ꝛ filiũ cum sancto spiritu, Alle. Post Septuagesimam. Tractus.

TE Deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paraclitum, sanctam ꝛ indiuiduam Trinita-

tem, toto corde confitemur, laudamus, atqȝ benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, ꝛ faciens mirabilia: tu es Deus sol⁹. ℟ Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, in sęcula sempiterna, o beata Trinitas.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 15. ꝛ 16. IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, spiritũ veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: qa ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absqȝ synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui ĩterficit vos, arbitretur se obsequium pręstare Deo. Et hęc facient vobis: qa non nouerunt patrem, neque me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Offertorium. Benedictus sit Deus pater, vnigenitusqȝ Dei filius, sanctus quoqȝ spiritus: quia fecit nobiscum misericordiaȝ suam.

Secreta.

SAnctifica, quęsumus domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: ꝛ per eam nosmetipsos tibi perfice munus ęternum. Per dominum nostruȝ Iesuȝ Christuȝ.

Prefatio de sancta Trinitate.

Tob. 1 Qui cum vnigenito. folio 95.

Communio. Benedicimus Deum cęli, ꝛ coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutẽ corporis ꝛ animę, dñe Deus noster, huius sacramenti susceptio: ꝛ sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdemque indiuiduę vnitatis confessio. Per d.

Tempore Paschali in fine Introitus, Offertorij, ꝛ Cõionis, tam in superiori, quam in sequentibus missis, vbi non habetur, additur. Alleluia.

¶ Pro gratiarum actione dicitur missa de S. Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de S. Maria, additis sequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cuius misericordię nõ est numerus, ꝛ bonitatis infinitus est thesaurus: pijssimę maiestati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuaȝ semper clementiam exorantes: vt, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad pręmia futura disponas. Per do. Secreta.

ODorem domine sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe suauitatis, ꝛ pręsta: vt, quos exaudire, ꝛ ĩcolumes seruare dignatus es: ab omni in posteruȝ aduersitate custodias: ꝛ ĩ tuo seruitio, ꝛ amore concrescant. Per do. Postcõm.

DEus, q neminẽ in te sperãtẽ nimiũ affligi pmittis, sed piũ precibus pręstas auditũ: pro postulationibus nostris, votisq; susceptis gratias agimus, te pijssime deprecantes: vt per hęc, quę sumpsim⁹, a cunctis eripi mereamur aduersis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

MISSA VOTIVA DE Angelis. Introitus.



BEnedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam voceȝ sermonum eius. Psalm⁹. Benedic anima mea domino: ꝛ omnia quę intra me sunt, nomini sctõ ei⁹. ℣. Gloria. Orõ. ps. 102 ibideȝ.

Deus

Deus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumque dispensas: côcede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum nrm.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

cap. 5. In diebus illis. Audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturã quę in cęlo est, & super terram, & sub terra, & quę sunt in mari, & quę in eo: omnes audiui dicentes. Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sęcula sęculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderũt in facies suas: & adorauerũt viuentem in sęcula sęculorum.

Ps. 148 Graduale. Laudate dominum de cęlis, laudate eum in excelsis. ℣. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia, alleluia. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, Alleluia.

Ps. 137

Tẽpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Matt. 28 Angelus domini descendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eũ, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 102 Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatẽ eius. ℣. Benedicite domino omnia opera eius, ibidẽ, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

cap. 1. In illo tẽpore: Vidit Jesus Nathanael veniẽtem ad se: & dicit de eo. Ecce vere Israelita, ĩ quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respõdit ei Nathanael, & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respõdit Jesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascẽdit fumus aromatum de manu angeli in cõspectu Dei. Apoc. 8.

Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum.

Communio. Angeli, Archangeli, Principatus & Potestates, Virtutes cęlorum, Dominationes & Throni, Cherubim, atque Seraphim, dominum benedicite in ęternum.

Postcommunio.

Repleti, domine, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio, sanctorum angelorum atque archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum.

¶ Alia missa votiua de sancto Michaele Archangelo prout in eius dedicatione mense Septembris.

MISSA VOTIVA DE sanctis apostolis Petro & Paulo. Introitus.

ps. 138


Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalmus.
ibidem. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede: vt amborum meritis, ęternitatis gloriam consequamur. Qui viuis & regnas.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 5. In diebus illis: Per manus apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quęquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Jerusalem, afferentes ęgros, & vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Gradu. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum, Alleluia. ps. 44.
ps. 138

Post Septuagesimam. Tractus.
ps. 125 Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 19. In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam ęternam possidebit.

ps. 18. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum. Secre.

Offerimus tibi, domine, preces & munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Pręfatio de Apostolis. folio 113.

Matt. 19 Communio. Vos qui secuti estis me, sede

sedebitis super sedes, iudicantes duodeciꝫ tribus Israel. Postcommunio.

PRotege domine populū tuū: ⁊ apostolorum tuorū Petri ⁊ Pauli patrocinio cōfidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ re.

Tpe Pasch. dicitur Missa vt i festo sancti Marci, pręter orationeꝫ Epistolā, ⁊ Euangeliū, quę dicunt vt sup.

MISSA DE SPIRITV Sancto. Introitus.



Sap. 1 SPiritus domini repleuit orbē terrarum: ⁊ hoc quod continet omnia, scientiaꝫ habet vocis. Psalmus.

ps. 67. Exurgat Deus, ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

Oratio.

DEus, qui corda fideliuꝫ sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper cōsolatione gaudere. Per dominuꝫ nostrum Jesuꝫ Christum filium tuum. Qui tecum.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 8. IN diebus illis. Cum audissent apostoli q̄ erant Jerosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum ⁊ Joannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantuꝫ erant in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, ⁊ accipiebant spiritum sanctum.

ps. 32. Graduale. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi.

℣. Uerbo domini cęli firmati sunt, ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Alleluia, alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende, Alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens versus.

Emitte spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę, Alleluia. ps. 103

Post Septuagesimam. Tractus.

Emitte spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. ibideꝫ.

℣. O quam bonus ⁊ suauis est domine, spiritus tuus in nobis. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: ⁊ Pater meus diliget eum, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ mansionem apud eum faciemus. Qui nō diligit me, sermones meos non seruat. Et sermoneꝫ, quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hęc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, ⁊ suggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis q̄a ego dixi vobis. Uado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam non mul- ca. 14.

ta loquar vobiscum. Uenit eniz princeps mundi huius, ⁊ in me non habet quicquã. Sed, vt cognoscat mundus quia diligo patrem: ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Ps. 67. Offertorium. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem: tibi offerent reges munera. Secreta.

Munera, quęsum⁹ domine, oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dñz. i vnitate eiusdē. Prefatio.

Act. 2. Qui ascendens sup oēs cęlos. 112. Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei.

Postcommunio.

Sancti spiritus, quęsum⁹ domine, corda nostra mundet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fęcũdet. Per. in vnitate eiusdem spir.

¶ Ad postulandam gratiaz spiritus sancti, dicitur missa vt supra cum sequentibus orationibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur, ⁊ quem nullum latet secretum: purifica per infusionez sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, ⁊ digne laudare mereamur. Per dominum. in vnitate eiusdē. Secreta.

HÆc oblatio, quęsum⁹ domine, cordis nostri maculas emũdet: vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Postcommunio.

Concede, quęsumus omnipotens Deus, sanctum nos spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, ⁊ ab omnibus liberemur tentationibus, ⁊ peccatorum nostrorum indulgentiaz mereamur accipere. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem spiritus sancti.

¶ Potest etiam in hac quinta feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramento, quę hr̃ in eius festo.

MISSA DE SANCTA Cruce. Introitus.



Nos autē gloriari oportet in Cruce dñi nr̃i Jesu Christi: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati, ⁊ liberati sum⁹. Gal. 6.

Psalmus. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, ⁊ misereatur nostri. Ps. 66.

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

Oratio.

Deus, qui vnigeniti filij tui pretioso sãguine, viuificę Crucis vexilluz sanctificare voluisti: cōcede q̃s, eos, qui eiusdem sanctę Crucis gaudent honore, tua quoque vbiq; protectione gaudere. Per eundem dominum nostrum Jesum. ⁊c.

Tempore Paschali, loco supradictę orationis dicitur sequens. Oratio.

Deus, qui pro nobis filiuz tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatē: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiaz consequamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui.

Et ad Introitum, Offertorium, ⁊ Postcommu. additur. Alleluia. vt supra in propria rubri. dictum est.

Lctō epl̃ę bti Pauli apl̃i ad Phil.

Fratres: Christus factus est p nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illuz: ⁊ dona- cap. 2.

donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, ⁊ infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris.

Phi. 2 Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, ⁊ dominum, Alleluia.

Tẽpore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens versus.

Ps. 95 Dicite in gentibus, quia dominus regnauit a ligno, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Adoramus te Christe, ⁊ benedicimus tibi: quia per Crucem tuam redemisti mundum. ℣. Tuam Crucem adoramus domine, tuam gloriosam recolimus passionẽ: miserere nostri, qui passus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem cęlorum, ⁊ dominum.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

Ma. 10. In illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, ⁊ ait illis. Ecce, ascendimus Jerosolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotuꝫ, ⁊ scribis: ⁊ condemnabunt eum morte, ⁊ tradent eum Gentibus ad illudendum, ⁊ flagellanduꝫ, ⁊ crucifigendũ: ⁊ tertia die resurget.

Offertorium. Protege domine plebem tuam per signum sanctę Crucis ab omnibus insidijs inimicoruꝫ omnium: vt tibi gratã exhibeamus seruitutem, ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta.

Hæc oblatio, q̃s, domine, ab oib⁹ nos purget offensis: quę in ara Crucis immolata, etiaꝫ totius mundi tulit offensam. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ.

Prefatio de cruce. Qui salutem humani generis in ligno crucis. 102.

Communio.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Postcommunio.

Adesto nobis, domine De⁹ noster: ⁊ quos sanctę Crucis lętari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per dñm.

Alia Missa de Passione Domini nr̃i Jesu Christi. Introitus.



Humiliauit semetipsum Dñs Jesus Christus vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod ⁊ Deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen. Phi. 2

Psalmus. Misericordias domini in ęternum cantabo: in generatione ⁊ generationem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. Ps. 88.

Domine Jesu Christe, qui de cęlis ad terram de sinu patris descendisti, ⁊ sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuaꝫ audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis ⁊ regnas in vnita.

Lectio Zacharię prophetę.

Hæc dicit Dominus. Effundam super domum Dauid, ⁊ super omnes habitantes Jerusalem, spiritum gratię, ⁊ miserationis: ⁊ aspicient in eum quem confixerunt, ⁊ plangent eum planctu, quasi super vnigenitum: ⁊ dolebunt super eum, Ca. 12.

vt

vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Jerusalez: ⁊ dicetur. Quid sunt plagę istę in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, ⁊ super virum cohęrentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorem: ⁊ dispergentur oues. Ait dominus omnipotens.

ps. 68. Graduale. Improperium expectauit cor meum, ⁊ miseriam: ⁊ sustinui, qui simul mecum contristaretur, ⁊ non fuit: consolantem me quęsiui, ⁊ non inueni.

℣. Dederunt in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto.

Alleluia, alleluia. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores: patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agnus mansuetus ad occisionem, allelu.

¶ Tẽpore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens versus.

Tibi gloria, hosanna: tibi triumphus ⁊ victoria: tibi summę laudis ⁊ honoris corona, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Is. 53 Uere languores nostros ipse tulit, ⁊ dolores nostros ipse portauit.

Ib idez. ℣. Et nos putauimus euz quasi leprosum, ⁊ percussum a Deo, ⁊ humiliatum.

℣. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

℣. Disciplina pacis super eum: ⁊ liuore eius sanati sumus.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 19. In illo tempore: Sciens Jesus quia iam omnia consummata sunt, vt cõsummaretur scriptura, dixit. Sitio. Uas ergo posituz erat aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenam hyssopo circumponẽtes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judęi ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerentur. Uenerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura, ⁊ alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, ⁊ ꝯtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit, testimoniuz perhibuit: ⁊ verum est testimonium eius.

Offertorium. Insurrexerunt in me viri iniqui: absque misericordia quęsierunt me interficere: ⁊ non pepercerunt in faciem meam spuere: lãceis suis vulnerauerunt me, ⁊ concussa sunt omnia ossa mea.

Secreta.

Oblatum tibi Domine, sacrificium, intercedente vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper, ⁊ muniat. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Communio. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. ps. 21.

Postcommunio.

Domine Jesu Christe filij Dei viui, qui hora sexta pro redemptione mundi, crucis patibulũ ascendisti, ⁊ sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitum nostrum, paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo.

MISSA VOTIVA DE S. Maria ab Aduentu vsque ad Natiuit. Introitus.



Isa 45 Orate cęli desuper, ꝛ nubes pluant iustum: aperiatur terra, ꝛ germinet saluatorẽ. Psalm.
Ps. 84 Benedixisti domine terrã tuã: auertisti captiuitatez Iacob. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominum nost.

Lectio Isaię prophetę.

cap. 7. IN diebus illis: Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi Signum a domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam: ꝛ non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo dom⁹ Dauid. Nũquid parum vobis est, molestos esse hominib⁹, quia molesti estis ꝛ Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo cócipiet, ꝛ pariet filium, ꝛ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ꝛ mel comedet: vt sciat reprobare malum, ꝛ eligere bonum. Graduale.

Tollite portas principes vestras, ꝛ eleuamini portę eternales, ꝛ introibit rex glorię. Ps. 23.
℣. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, ꝛ mundo corde. Alleluia, alleluia. Luc. 1
℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: ꝛ nomen virginis Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius, ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud Deũ. Ecce, ꝯcipies in vtero, ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomen eius Iesuz. Hic erit magnus: ꝛ filius Altissimi vocabit. Et dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris eius, ꝛ regnabit in domo Iacob in ęternum: ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angeluz. Quomodo fiet istud, quoniaz virum non cognosco? Et respondẽs angelus, dixit ei. Spiritus sanct⁹ superueniet in te, ꝛ virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq;, ꝛ quod nascetur ex te sanctum, vocabitur fili⁹ Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, ꝛ ipsa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibi-

le

le apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum
Luc. 1. tuum. Offertorium. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, Deuz verum ꝛ hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiaz. Per eun. Prefatio. Et te in veneratione beatę Marię que in sequentibus quoque Missis de sācta Maria dr. 106.
Jsa. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommunio.

GRatiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius ꝛ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum nostrum.

A Natiuitate vsque ad Purificationem. Introitus.

Ps. 44. 

VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia, ꝛ exultatione. Psalmus. Eructauit cor meū ver-
ibidem. bum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui. Oratio.

DEus, qui salutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pstitisti: tribue quęsumus: vt ipsaz pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum fil.

Lcō epl'ę bti Pauli apl'i ad Titum.

CHarissime. Apparuit benignitas, ꝛ humanitas Saluatoris cap. 3. nostri Dei: non ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secundum suaz misericordiam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis, ꝛ renouationis spiritus sancti, quem effudit i nos abunde per Jesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hęredes simus secundum spem vitę eternę. In Christo Jesu domino nostro.

Graduale. Speciosus forma pre filijs Ps. 44.
hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea cala- ibidem.
mus scribę velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus. Gaude Maria virgo. vt in seq. missa.

Sequentia scti euange. sm Lucam.

IN illo tpe: Pastores loquebātur adinuicē. Transeamus vsq; cap. 2. Bethlehez, ꝛ videamus hoc verbū, quod factuz est: quod fecit dominus, ꝛ ostēdit nobis. Et venerunt festinātes, ꝛ inuenerunt Mariā ꝛ Joseph, ꝛ infantē positū in pręsepio. Videntes aūt cognouerūt de verbo, quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes q audierūt, mirati sunt: ꝛ de his, quę dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat oīa verba hęc, conferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes, ꝛ laudātes Deū in omnibus, quę audierāt, ꝛ viderāt: sicut dictuz est ad illos.

Offer-

Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: qa ex te ortus est sol iustitię, Christus Deus noster.

Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusque susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum.

Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium.

Postcommunio.

Hæc nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ ĩtercedente beata dei genitrice Maria: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per eundem do.

A Purificatione vsque ad Pascha.

Introitus.



Sedulius. Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terramqꝫ regit in sęcula sęculorum.

ps. 44 Psalmus. Eructauit cor meuꝫ verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, q̃s dñe Deus, perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per dominũ.

Lectio libri Sapientię.

Eccle. 24. Ab initio ⁊ ante sęcula creata sum: ⁊ vsque ad futurum sęculum non desinam: ⁊ in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ ĩ partes Dei mei hęreditas illiꝰ: ⁊ in plenitudine sanctorum detentio mea.

Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Num. 3.

Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jesse floruit: virgo Deum, ⁊ hominem genuit: pacẽ Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hęreses sola interemisti. ℣. Quę Gabrielis Archangeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo deum ⁊ hominem genuisti: ⁊ post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. ca. 11. Beatus vẽter, qui te portauit, ⁊ vbera quę suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, ⁊ custodiunt illud.

Offertorium. Felix namqꝫ es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Christus deus noster.

Secreta.

Tua Domine propitiatione, ⁊ beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuam atque pręsentem, hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem ⁊ pacem. Per dominum nostrum Jesuꝫ Christuꝫ.

Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium.

Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostrę subsidijs, da, q̃s, btẽ Marię semper virginis patrocinijs nos vbiqꝫ protegi, in cuiꝰ veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominuꝫ nostrum Jesum Christum filium.

¶ A Pascha vsque ad Penteco-
sten. Introitus.



Sedu-
lius.
Salue sancta pa-
rens, enixa puer-
pera regem: qui cęlum
terramque regit in sęcu-
la sęculorum, alleluia.
ps. 44. Psalmus. Eructauit
cor meum verbum bo-
nu: dico ego opera mea
regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
Concede nos famulos tuos,
quęsumus domine Deus, per-
petua mentis & corporis sanitate
gaudere: & gloriosa beatę Marię
semper virginis intercessione, a prę-
senti liberari tristitia, & ęterna per-
frui lętitia. Per dominum nostrum
Jesum Christum filium tuum.
Lectio libri Sapientię.
Eccle. 24. Ab initio, & ante sęcula creata
sum: & vsque ad futurum sęcu-
lum non desinam: & in habitatione
sancta, coram ipso ministraui. Et
sic in Sion firmata sum: & in ciuita-
te sanctificata similiter requieui, & in
Jerusalem potestas mea. Et radica-
ui in populo honorificato: & in par-
tes Dei mei hęreditas illius: & in ple-
nitudine sanctorum detentio mea.
Nu. 17 Alleluia, alleluia. ℣. Uirga Jesse flo-
ruit, virgo Deum & hominem genuit: pa-
cem Deus reddidit: in se reconcilians ima
Lu. 1. summis, alleluia. ℣. Aue Maria, gra-
tia plena, dominus tecum: benedicta tu
in mulieribus, Alleluia.
Sequentia sancti euangelij secundum
Joannem.
ca 19. In illo tempore: Stabant au-
tem iuxta crucem Jesu mater
eius, & soror matris eius Maria Cleo-
phę, & Maria Magdalene. Cum
vidisset ergo Jesus matrem, & disci-
pulum stantem, quem diligebat, dicit
matri suę. Mulier, ecce filius tuus.
Deinde dicit discipulo. Ecce mater
tua. Et ex illa hora accepit eam disci-
pulus in suam. Offertorium.
Beata es virgo Maria, quę omnium por
tasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęter
num permanes virgo, alleluia. Secreta.
Tua dñe propitiatione, & beatę
Marię semp virginis interces-
sione: ad ppetuā atq; pręsentem hęc
oblatio nobis proficiat prosperitatē
& pacem. Per dominū. Comunio.
Beata viscera Marię virginis, quę porta
uerūt ęterni patris filiū, alleluia. Postcō.
Sumptis dñe salutis nostrę sub-
sidijs: da, quęsumus, beatę Ma-
rię semper virginis patrocinijs nos
vbique ptegi: in cuius veneratione,
hęc tuę obtulimus maiestati. Per
dominum nostrum Jesum Christū.
¶ A Pentecoste vsque ad Aduen-
tum. Introitus.



Salue sancta pa- Sedu-
ens, enixa puer- lius.
pera regem: qui cęlum
terramque regit in sęcu-
la sęculorum. Psalmus. ps. 44.
Eructauit cor meū ver-
bum bonū: dico ego ope
ra mea regi. ℣. Gloria
patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.
Concede nos famulos tuos, q̄-
sumus domine Deus, perpe-
tua mentis & corporis sanitate gau-
dere: & gloriosa beatę Marię sem-
per virginis intercessione, a pręsenti
liberari tristitia, & ęterna perfrui lęti-
tia. Per dominum nostrum Jesum.
Lectio libri Sapientię.
Ab initio & ante sęcula creata Eccle.
sum: & vsque ad futurū sęculū 24.
non desinam: & in habitatione san-
cta

cta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes Dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine sanctorum detentio mea.

Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix, quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo.

Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 11. In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus vēter, qui te portauit, ⁊ vbera quę suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, ⁊ custodiunt illud. Offertorium.

Luc. 1. Aue Maria, gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Tua Domine propitiatione, ⁊ beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuam atque pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem ⁊ pacem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Communio.

Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium.

Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostrę subsidijs, da, quęsumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Jesum.

ALIÆ MISSÆ VOTIVÆ pro diuersis quacūque die dicendę, nisi fuerit Dominica vel officium duplex, quę tamen passim nō dicantur, nisi vrgenti de causa, vt supra dictum est de alijs missis votiuis.

¶ Missa pro quacunque necessitate.

Introitus.

Salus populi ego sum, dicit dn̄s: de quacūque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuū. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. ps. 77. Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuā domine nobis clementer ostende: vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum.

Lectio Jeremię prophetę.

Si iniquitates nostrę cōtenderint, cōtra nos: Domine fac propter nomen tuum: quoniam multę sunt auersiones nostrę. Tibi peccauimus, expectatio Jsrael, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autē in nobis es domine, ⁊ nomen tuum inuocatum est sup nos: ne derelinquas nos, dn̄e Deus noster. ca. 14. Graduale.

Liberasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos, qui nos oderunt, confudisti. ℣. Jn Deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum: Alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, ⁊ additur sequens versus.

Exultabo, ⁊ lętabor in misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti

nasti de necessitatibus animam meā, Alle.

Post Septuagesimam. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me, domine: vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te, domine, leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia scti euāge. sm Marcum.

ca. 11. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Habete fidē Dei. Amen dico vobis: quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & non hęsitauerit in corde suo, sed crediderit qa quodcunqz dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oīa q̄cunqz orātes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

ps 137 Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: & super iram inimicorum meorum extēdes manum tuam: & saluum me fecit dextera tua.

Secreta.

Purificet nos, domine, quęsum⁹, muneris pręsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per dominum nostrum Jesum.

ps. 115 Cōmu. Memēto verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcōm.

Pręsta, quęsum⁹ domine: vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinē sacramenti, cuius libauim⁹ sancta, tendamus. Per do.

ps. 12 Missa pro peccatis. Introitus.



Misereris omniū domine, & nihil odisti eorum quę fecisti: dissimulans peccata hominum propter pęnitentiā, & parcens illis, quia tu es

ps. 56 dominus Deus noster. Ps. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi, q̄s domine, supplicū preces, & confitentium, tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus, & pacem. Per dominum nostrum Jesum &c.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi Dei secundum interiorem hominē. Uideo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, quę est in mēbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. cap. 7.

Graduale.

Propitius esto domine, peccatis nostris, ps. 50 nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies? Alleluia.

Tēpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Auditui meo dabis gaudium & lętitiam: & exultabunt ossa humiliata, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ps. 129

℣. Fiant aures tuę intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit, ca. 11.

nit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidē dabit illi? Aut piscē: nūquid serpentem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de cęlo, dabit spiritum bonum petētibus se? Offertorium.

Ps. 101 Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hostias tibi dñe placationis, & laudis offerim⁹: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per. Communio.

Lu. 11 Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur, alleluia. Postcommunio.

Pręsta nobis ęterne saluator: vt percipiētes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominum nostrum Jes.

Missa pro eligendo summo Pontifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto, vel vt sequitur. Introitus.



1. re. 2 Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet: & ędificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cūctis diebus. Psalmus. Memento domine David, & omnis mansuetu- Ps. 131 dinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Supplici Domine humilitate deposcimus: vt sacrosāctę Romanę ecclesię concedat pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriā tui nominis reuerendus. Per dominum nostrum.

Lectō eplę bti Pauli apli ad Hebr.

Fratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratię eius: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. c. 4. 5.
Omnis nanq pōtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in his, quę sunt ad Deum: vt offerat dona, & sacrificia p peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant & errant: qm̄ & ipse circundat⁹ est infirmitate: Et propterea debet, quēadmodum & pro populo, ita & pro semetipso offerre p peccatis. Nec qs quā sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eū. Filius meus es tu, ego ho- Ps. 2.
die genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in ę- Ps. 109
ternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suę preces, supplicationesq ad eum, qui possit eum saluum facere a morte, cū clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sui reuerentia.

Graduale. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratę sunt, vestitusque est sanctis vestibus: debuit per omnia fratribus similari. ℣. Vt misericors fieret & fidelis pōtifex ad Deum, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos sit sanctus, sicut ego sum dominus, qui sanctifico vos, Alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas,

meas, ⁊ cognoscunt me meę, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps.131 Surge domine in requiem tuam, tu ⁊ arca sanctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam, ⁊ sancti tui exultatione exultabunt. ℣. Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Sequentia scti euág. sm̃ Joannem.

ca. 14. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, ⁊ alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum, spiritum veritatis, quez mũdus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, ⁊ in vobis erit. Non relinquaz vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, ⁊ mundus iam me non videt. Uos autem videbitis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuetis.

Offertorium. Non participentur sancta, donec exurgat pontifex in ostensione, ⁊ veritate. Secreta.

Tuę nobis domine abundantia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, quę tibi reuerenter offerimus, gratuz maiestati tuę pontificẽ sanctę matris Ecclesię regimini pręesse gaudeamus. Per dominũ nost.

Communio. Ueste sancta vtetur pontifex, qui fuerit constitutus, ⁊ qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. Postcommunio.

Pretiosi corporis ⁊ sanguinis tui nos domine sacramento refectos, mirifica tuę gratia maiestatis de illius summi pontificis cõcessione lętificet: qui ⁊ plebem tuam virtutibus instruat, ⁊ fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo.

¶ In die creationis ⁊ coronationis Papę, ⁊ eiusdem diei anniuersario, dicitur Missa vt in Cathedra beati Petri. 167. cum oratione. Deus omnium fidelium. 222. omissis orationibus Sanctorum Petri ⁊ Pauli.

¶ In Anniuersario creationis epi dr̃ sequens Missa. Introit. Sacerdotes tui. de cõi confes. pontifi. 222. omissa oratione festi, cuius loco dicitur oratio. Deus omnium fideliũ. sicut pro Papa, ⁊ vbi dicitur Ecclesię tuę pręesse voluisti. nominet ecclesiam cui pręest, dicens. Ecclesię N. vel huic pesse voluisti. Episto. dicitur Omnis pontifex. de communi confessoris pontifi. folio 228. ⁊ Euang. Uidete, vigilate, ⁊ orate. de eodem communi. folio 202.

¶ Missa ad tollenduz Schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesię. Introitus.

Saluos nos fac, domine ps. 105
Deus noster: ⁊ congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo, ⁊ gloriemur in laude tua.

Ps. Confitemini domino quoniam bonus, ibidẽ.
quoniam in sęculum misericordia eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui errata corrigis, ⁊ dispersa congregas, ⁊ cõgregata cõseruas: quęsumus: super populuz Christianũ tuę vnionis gratiam clementer infunde: vt diuisione reiecta, vero pastori ecclę tuę se vniens, tibi digne valeat famulari. Per Dñm.

Lctõ eplę btĩ Pauli aplĩ ad Ephe.

Fratres. Obsecro vos, vt di- cap 4.
gne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate ⁊ mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate: solliciti

liciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Unū corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis i vna spe vocatiōis vestrę. Unus dñs, vna fides, vnū baptisma. Unus Deus & pater oīum, qui est super omnes, & per oīa, & in omnibus nobis. Unicuiq autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuātes, & circūferamur omni vēto doctrinę in nequitia hoīum, in astutia ad circumuentionem erroris. Ueritatē autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totū corpus compactum & cōnexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq membri, augmētum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in dño: vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris oscuratum habentes intellectū, alienati a vita Dei per ignorantiam, quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immunditię omnis, in auaritiam. Uos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Jesu domino nostro. Graduale.

ps. 121 Rogate quę ad pacem sunt Jerusalem: & abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

ps. 147 Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Jerusalem dominū, lauda Deum tuum Sion, alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Notus in Judea Deus, in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. ps. 75.

Sequentia sancti euangelij secundū Joannem.

In illo tpe: Subleuatis Jesus oculis in cęlū, dixit. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnū, sicut & nos. ca. 17.
Cum essem cū eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius pditionis, vt scriptura impleretur. Nunc autem ad te venio: & hęc loquor in mūdo, vt habeant gaudium meū impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt: sicut & ego non sum de mūdo. Sctifica eos in ṽitate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundū: & p eis ego sanctifico meipsū: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non p eis autem rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnū sint, vt credat mundus qa tu me misisti. Et ego claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnū, sicut & nos vnū sum⁹. Ego i eis & tu in me: vt sint ↄsumati in vnū.

Ro.15 Offert. Det vobis Deus idipsum sape-
re in alterutrum: vt vnanimes vno ore ho-
norificetis Deum nostrum. Secreta.

MUnera hęc pro vnione populi Christiani tibi, domine, oblata sanctifica: per quę vnitatis & pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per dominuz nostrū. Communio.

2.Cor. 10 Unus panis & vnum corpus multi sum⁹, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Postcommunio.

HÆc tua, domine, sumpta sacra communio, sicut fidelium in te vnionem pręsignat: sic in tua ecclesia vnitatis, quęsumus, operetur effectum. Per dominum nostrum.

¶ Missa contra Paganos.

Introitus.

ps.43. EXurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis? obliuisceris tribulationem nostraz? adhęsit in terra venter noster: exurge domi-
ibidez. ne, adiuua nos, & libera nos. Psalmus. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

OMnipotens sempiterne De⁹, in cuius manu sunt omniū potestates, & omnium iura regnorum: respice in auxilium Christianorum: vt gentes paganorum, quę in sua feritate confidunt, dexterę tuę potentia conterantur. Per dominum no.

Epist. In diebus illis: Orauit Mardocheus ad dominum dicens. In feria iiij. post ij. Dominicā Qua-
ps.81. drag. fol. 37. Graduale. Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus altissimus super omnem terram.

℣. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Alleluia, alleluia. ℣. Excita domine po-
tentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos, ps.79.
Alleluia.

¶ Tēpore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Deus virtutum conuertere, respice de cę- ps.79.
lo, & vide, & visita vineaz istam: & perfice eā, quam plantauit dextera tua, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Adiuua nos Deus salutaris noster: & pro-
pter gloriaz nominis tui domine libera nos: ps.78.
& propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum: & innotescat coram oculis nostris. ℣. Ultio seruorum tuorum qui effusus est, intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Euangelium.

Quis vestrum habebit amicū. vt in Rogationibus. fol. 128. Offerto.

Populum humilem saluuz facies, & oculos
superborum humiliabis: quoniā quis de⁹ ps.17.
pręter te domine? Secreta.

SAcrificium dn̄e, quod immolamus, intende: vt propugnatores tuos ab oī eruas paganorum nequitia, & in tuę protectionis securitate constituas. Per dominuz nostrū Jesum Christum. Communio.

In salutari tuo aīa mea, & in verbum tuum ps.118
speraui: quando facies de persequentibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me, dn̄e deus meus. Postcōmun.

PRotector noster aspice Deus: & propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt, ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Missa tempore belli. Introitus.



REminiscere miserationum tua- ps.24.
rum Domine, & misericordię tuę, quę a seculo sunt: ne vnquā dominentur nobis inimi-

ci nostri: libera nos Deus Israel ex omni-
ibidem. bus angustijs nostris. Psalmus. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui cóteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuę defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: vt omnium inimicorum suorũ feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per dominum nostrum.

Lectio Jeremię prophetę.

ca. 24. In diebus illis: Accesserũt omnes principes bellatorum, dixeruntq; ad Jeremiã prophetam. Ora pro nobis ad dominum Deũ tuum. Et factum est verbum domini ad Jeremiam. Vocauitq; Johanã filium Caree, et omnes principes bellatorũ, et vniuersum populum a minimo vsque ad magnum. Et dixit ad eos. Hęc dicit dominus Deus Israel, ad quẽ misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Si quiescẽtes manseritis in terra hac, ędificabo vos, et non destruam: plantabo, et non euellam. Jam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, et eruã de manu eius. Et dabo vobis misericordias, et miserebor vestri: et habitare vos faciam in terra vestra. Dicit dominus omnipotens. Graduale.

ps. 76. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios Israel et Joseph.

ps. 58. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus: et ab insurgentibus in me libera me, Alleluia.

¶ Tempore paschali omittitur Graduale, et additur sequens versus.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et ps. 58.
exaltabo mane misericordiam tuã, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Domine, non secundum peccata nostra, ps. 102
quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domi- ps. 78.
ne ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis.
℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: et ibidem.
propter gloriam nominis tui, domine, libera Hic ge
nos, et propitius esto peccatis nostris pro- nuflectitur.
pter nomen tuum.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tpe: Accesserũt ad Jesum ca. 24.
discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quãdo hęc erũt? et qđ signum aduentus tui, et cõsummationis sęculi? Et respondens Jesus, dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: et multos seducent. Audituri enim estis pręlia, et opiniones pręliorũ. Videte ne conturbemini. Oportet enim hęc fieri: sed nondum est finis. Cõsurget enim gens in gentem, et regnum in regnum: et erunt pestilentię, et fames, et terręmotus per loca. Hęc autem omnia initia sunt dolorum. Offertorium.

Populum humilem saluum facies domine, ps. 17.
et oculos superborum humiliabis: quoniã quis Deus prę̨ter te, dñe? Secreta.

Sacrificium domine, quod immolamus, intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorum nequitijs, et intuę protectionis securitate constituat. Per dominum nrm.

ps. 30. Communio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas nos. Postcommunio.

DEus regnorum omnium, regumque dominator: qui nos et percutiendo sanas, et ignoscendo cōseruas: pretende nobis misericordiā tuam: vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dominum nostrū.

Missa pro Pace. Introitus.

Eccle. 36. DA pacem domine sustinentibus te, vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, et plebis tue
ps. 121 Israel. ps. Letatus sum in his, que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare nō potest pacem: vt et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per dn̄m.

Lectio libri Machabeorum.

1. ca. 1. IN diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro populo Israel, Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus, et dicentibus. Benefaciat vobis Deus: et meminerit testamenti sui, qđ ad Abrahā, Isaac, et Jacob locutus est seruorum suorum fideliū: et det vobis cor omnibus, vt colatis eum, et faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua, et in preceptis suis: et faciat pacē. Exaudiat orōnes vestras, et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tp̄e malo Dominus Deus vester. Gradu.

ps. 121 Rogate que ad pacem sunt Jerusalem: et abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.

Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Jerusalem dominum, lauda Deum tuum Sion, allelu.

¶ Tēpore paschali Graduale omittitur et additur sequens versus.

Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te, alleluia. ps. 147

Post Septuagesimam. Tractus.

Notus in Judea Deus: in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias: arcum, scutum, gladium, et bellum. ps. 75.

Sequentia sancti euangelii secundum Joannem.

IN illo tempore. Cum sero esset die illo, vna sabbathorum, et fores essent clause, vbi erant discipuli congregati pp metum Judeorum: venit Jesus, et stetit in medio, et dicit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso dn̄o. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Hec cū dixisset, insufflauit: et dixit eis. Accipite spiritū sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Offertorium. ca. 20.

Laudate dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, qm̄ suaue est: oīa quecunque voluit, fecit in celo et in terra. Secre. ps. 134

DEus, qui credentes in te populos nullis sinis cōcuti terroribus: dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax a tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominum. Communio.

Jo. 14. Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis. Postcommunio.

DEus auctor pacis, et amator: quem nosse, viuere: cui seruire, regnare est: protege ab oībus inpugnatio-

gnationibus supplices tuos: vt, qui in defensione tua cõfidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per D.

¶ Missa pro vitanda mortalitate.

Introitus.

2. reg. 24.  Ecordare dñe testamenti tui, & dic angelo percutiẽti, cesset iam manus tua, & nõ desoletur terra, & ne perdas omnẽ aiam viuentem. Ps. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Joseph. ℣. Gloria. Oratio.

Ps. 75.

DEus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te reuertentem propitius respice: vt, dum tibi deuotus existit, iracundię tuę flagella ab eo amoueas. Per dominum.

Lectio libri Regum.

2. Re. 24. IN diebus illis. Immisit dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutũ: & mortui sunt ex populo, a Dã vsqȝ Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumqȝ extendisset manũ suã angelus domini super Jerusalem, vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionem populi sui, & ait angelo percutiẽti. Sufficit nũc. Contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Jebusęi. Dixitqȝ David ad dominum, cum vidisset angelum cędentem populũ. Ego sum, qui peccaui: ego, q inique egi. Isti qui oues sunt, quid fecerũt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad David in die illa, & dixit ei. Ascende, & constitue altare domino in area Areuna Jebusęi. Et ascendit David iuxta sermonem Gad, quem pręceperat ei dominus. Et propitiatus est dominus terrę, & cohibita est plaga ab Israel. Graduale.

Misit dominus verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de morte eorum. ℣. Cõfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquę vsqȝ ad aiam meã. Alle. Ps. 106 Ps. 62.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens versus.

Saluabo populum meum Israel in die malo: & ero eis in Deum, in veritate & iustitia, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine, libera nos, & propiti⁹ esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Euangelium. Ps. 102 Ps. 78. ibidẽ.

Surgẽs Jesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. vt sup. in feria v. Dñicę iij. Quadrag. folio 39.

Offertorium. Stetit põtifex inter mortuos & viuos, habens thuribulum aureum in manu sua, & offerens incensi sacrificium: placauit irã Dei, & cessauit quassatio a domino. Secreta. Nu. 16.

SUbueniat nobis, domine, sacrificij pręsentis oblatio: quę nos & ab erroribus vniuersis potẽter absoluat, & a totius eripiat perditionis incursu. Per dominum nostrum Jesum Christum. Communio.

Multitudo languentium, & qui vexabãtur a spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Joã. 8.

Postcommunio.

EXaudi nos Deus salutãris noster:

ster: & populum tuum ab iracundię tuę terroribus liberum, misericordię tuę fac largitate securum. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Missa pro infirmis. Introitus.

ps. 54. Exaudi Deus orationē meā, & ne despexeris deprecationē meā: intende in me, & exaudi me. ps. Cōtristatus
ibidem. sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, salus ęterna credētium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordię tuę imploramus auxiliū: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. &c.

Lectio epistolę beati Jacobi Apostoli.

cap. 5. Fratres: Tristatur aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesię, & orēt super eū, vngētes eū oleo in nomine dñi. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eū dñs: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra: & orate pro inuicem, vt saluemini. Graduale.

ps. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine. ℣. Conturbata sunt
ps. 101 omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde. Alle. alle. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat, alleluia.

Versus tempore paschali, & Tractus post Septuagesimam vt supra in missa tempore belli. folio 219. Euangelium.

Cum introisset Jesus Capharnaum. vt in feria v. post Cin. 24. Offerto.

ps. 44. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. Secreta.

Deus, sub cuius nutibus vitę nostrę momenta decurrunt: suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus ęgrotantibus misericordiam tuam imploramus: vt, de quorum periculo metuimus, de eorum salute lętemur. Per dominum.

Communio. Illumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia, domine: non confundar, quoniam inuocaui te. ps. 30.

Postcommunio.

Deus, infirmitatis humanę singulare pręsidium: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt ope misericordię tuę adiuti, ecclesię tuę sanctę incolumes repręsentari mereantur. Per dñm.

¶ Missa pro sponso & sponsa.

Introitus.



Deus Israel cōiungat vos: & ipse sit vobiscum, qui misertus est duobus vnicis: & nunc domine fac eos plenius benedicere te. Psalmus. Tob. 7.

Beati omnes, qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. ps. 127

Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: vt Christi & ecclesię sacramētum pręsignares in fędere nuptiarū: pręsta quęsumus: vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem domi.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephe.

Fratres: Mulieres viris suis subditę sint, sicut dño: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus cap. 5.

caput

caput est ecclesię. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis ei⁹: de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam: & adhęrebit vxori suę. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Verumtamen & vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum. Gradua.

Ps. 137 Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuę. ℣. Filij tui sicut nouellę oliuarum in circuitu mensę tuę.

Alleluia, alleluia. ℣. Mittat vobis dominus auxilium de sancto: & de Sion tueatur vos, alleluia.

¶ Tempore Paschali omisso Graduale, additur sequens versus.

Ibidem. Benedicat vobis dominus ex Sion, qui fecit cęlum & terram, Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 127 Ecce, sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum. ℣. Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitę tuę. ℣. Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

Sequentia scti euãg. sm Mattheũ.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum pharisęi tentantes eum, & dicẽtes. Si licet homini dimittere vxorem suã quacunque ex causa? Qui respõdens, ait eis. Non legistis, quia qui fecit hoĩem ab initio, masculum & feminam fecit eos: & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhęrebit vxori suę: & erunt duo in carne vna. Itaque iã nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Offertorium. ca. 19.

In te speraui dñe: dixi, tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Suscipe, quęsumus domine, pro sacra connubij lege munus oblatum: & cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per dominũ.

¶ Dicto Pater noster. Sacerdos antequam dicat Libera nos, q̃s dñe. Stans in cornu Epistolę, versus spõsum & sponsam ante altare genuflexos, dicit super eos sequentem orationem. Oremus.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante seruetur. Per dominũ. Oremus.

Deus, qui potestate virtutis tuę de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem Dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam liceret disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: vt Christi & ecclesię sacramentum pręsignares in fędere

dere nuptiarum. Deus, per quē mulier iungit viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictione donat, quę sola nec per originalis peccati pęnam, nec per diluuij est ablata sententiam. Respice ppitius sup hāc famulam tuā, quę maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iuguz dilectionis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo: imitatrixque sanctarum permaneat fęminaruz. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiens, vt Rebecca. Lōgęua & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor pręuaricationis vsurpet. Nexa fidei, mandatisqz permaneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suaz robore disciplinę. Sit verecūdia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cęlestib⁹ erudita. Sit fęcunda in sobole, sit probata & innocens. Et ad beatorū requiem, atqz ad cęlestia regna perueniat. Et videant ambo filios filioruz suorum vsqz ad tertiam & quartam generationez: & adoptatam pueniant senectutez. Per. Tūc conuersus ad medium altaris, frangat hostiam more solito, & prosequatur Missam. Communio.

Ps. 127 Ecce, sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum: & videas filios filiorum tuorum: pax super Israel. Postcommun.

Quęsumus, omnipotēs Deus, instituta prouidētię tuę pio fauore comitare: &, quos legitima societate connectis, lōgęua pietate custodi. Per dominū nostrum Jesum. Post Ite missa est, Sacerdos antequam det benedictionem, conuersus ad sponsum & sponsam, dicat.

Deus Abrahaz, Deus Isaac, & Deus Jacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: vt videatis filios filioruz vestrorum vsque ad tertiā, & quartā generationem: & postea vitam ęternam habeatis sine fine, adiuuante dño nostro Jesu Christo: qui cum patre & spiritu sancto, viuit & regnat, Deus, per oia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat sacerdos oratione graui, vt sibimetipsis seruent fidez. Orationis tempore, & pręsertim ieiuniorum ac solennitatum, casti maneant: & vir vxorem, atque vxor virum diligat: & in timore Dei permaneant. Postea eos aspergat: & det benedictionem: & dicat, vt solitum est, euāgelium sancti Joannis. In principio erat ver.

ORATIONES

diuersę dicēdę in missa ad libitum Sacerdotis, cū ijs quę in proprijs missis assignantur, quando non est duplex. Ad poscenda suffragia sctōruz. Orō.

Concede, quęsum⁹ omnipotēs Deus: vt intercessio nos sāctę Dei genitricis Marię, sanctorumqz omniuz apostolorū, martyrum, confessorum, atque virginum, & omnium electorum tuorum, vbique lętificet: vt, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundem dnm. Secreta.

Oblatis dñe placare munerib⁹: & intercedētibus omnibus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per eundē. Postcōmunio.

Sumpsimus dñe, beatę Marię semper virginis, & oium sctōrū suorum memoriam recolētes, sacramenta cęlestia: pręsta, quęsumus: vt, quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs consequamur. Per domi.

¶ Alia Oratio vt supra. Oratio.


Cunctis nos, quesumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus, & pacẽ: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundez dominum nostrum. Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, & gloriã in futuro. Per dominum. Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quesumus domine, diuini sacramenti munus oblatũ: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cuz beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatib9 expeditos. Per eundem dominum.

Pro omni gradu Ecclesie. Oio.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totũ corpus Ecclesie sanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dom. in vnitate eiusd. Secreta.

Da famulis tuis, domine, indulgentiam peccatorum, cõsolationem vite, gubernationem perpetuam: vt tibi seruientes, ad tuaz iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per dominum. Postcommu.

Libera, quesumus domine, a peccatis & hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersatione viuentes, nullis afficiãtur aduersis. Per dominum nostrum.

¶ Pro Papa. Oratio.


Deus omnium fidelium pastor & rector: famuluz tuũ N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo & exemplo quibus preest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternaz. Per dominum nostrum. Secreta.

Oblatis, quesum9 domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quez pastorem ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Postcõ.

Haec nos, quesumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quẽ pastorem ecclesie tue pesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per dominum nrm.

Pro Imperatore. Oratio.


Deus regnorum omnium, & Christiani maxime ptector imperij: da seruo tuo Imperatori nro N. triumphũ virtutis tue sciẽter excolere: vt, q tua cõstitutione est princeps, tuo semp munere sit potẽs. Per. Secre.

Suscipe dñe, pces & hostias ecclesie tue pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fideliũ populoruz antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dñm. Postcommun.

Deus, qui ad predicandum eterni regis euangelium, Romanum

num imperium preparasti: pretēde famulo tuo Imperatori nostro N. arma celestia: vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorū. Per.

¶ Pro Rege. Oratio.



Quesumus oṗs Deus: vt famulus tuus N. rex noster, q̄ tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omniū percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat peruenire. Per do. Secreta.

Munera, quesumus dñe, oblata sanctifica: vt, & nobis vnigeniti tui corpus & sanguis fiant: & regi nostro ad obtinendā anime corporisq̄ salutem: & ad peragendum iniunctū officium, te largiente, vsquequaque proficiant. Per eun. Postcommu.

Hec domine, oblatio salutaris famulum tuū N. regem nostrū ab omnibus tueatur aduersis: quaten⁹ ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatē: & post istius temporis decursum, ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum nostrum.

¶ Pro Prelatis, & congregationibus eis commissis. Oratio.



Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos, & sup̄ ↄgregationes illis cōmissas spiritū grē salutaris: & vt in veritate tibi placeant, perpetuū eis rorem tue benedictionis infunde. Per d. Secreta.

Hostias domine famulorū tuorum placatus intende: & quas in honorē nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per. Postc.

Quos celesti recreas munere, perpetuo, Domine, comitare presidio: & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dominum nostrū.

Pro congregatione & familia. Orō.



Defende, q̄s dñe, beata Maria semper virgine intercedente, istā ab omni aduersitate familiā: & toto corde tibi prostratā, ab hostiū propiti⁹ tuere clementer insidijs. Per d. Secre.

Suscipe, q̄s, clementer omnipotēs Deus, oblationē nostre deuotionis: & per virtutē huius sacramēti, famulos tuos a cūctis protege aduersitatibus. Per do. Postcōm.

Sumptis redemptionis nostre muneribus: presta, quesumus omnipotens Deus, eorum nobis celebratione, tue protectionis contra omnes aduersitates subsidiū. Per.

Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.



Deus largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua volūtate concordiā: vt ab omnibus, que nos pulsant, tentationibus liberemur. Per dñm. Secreta.

His sacrificijs, dñe, q̄s, concede placatus: vt, qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per do. Postcommunio.

Spiritum nobis dñe tue charitatis infunde: vt, quos vno pane celesti satiasti, tua facias pietate cōcordes. Per do. in vnitate eiusdem.

Contra persecutores Ecclesie. Orō.



Ecclesie tue, quesum⁹ domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis

uersis

uersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum. Secreta.

PRotege nos domine, tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, τ corpore tibi famulemur, τ mente. Per dñm. Postc.

QUęsumus, dñe Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per dñm.

¶ Contra persecutores, τ male agentes. Oratio.

HOstium nostrorū, q̄s dñe, elide superbiam: τ eorum ↄtumaciā dexterę tuę virtute ↄsterne. Per. Secr.

HUius domine virtute mysterij, τ a proprijs mundemur occultis, τ ab inimicorum liberemur insidijs. Per dominum. Postcommu.

PRotector noster aspice Deus: τ ab inimicorum nos defende periculis: vt oī ꝑturbatione semota, liberis tibi mētib⁹ seruiamus. Per.

¶ Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, τ misericors Deus, a bellorū nos, quęsumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręstabis, si pacem dederis mentis τ corporis. Per dominū. Secre.

SAcrificium domine, quod immolamus, placatus intēde: vt τ ab omni nos bellorū eruat nequitia, τ in tuę protectionis securitate cōstituat. Per dominū. Postcōm.

SAcrosancti corporis τ sanguinis domini nostri Jesu Chri refectione vegetati, supplices te rogamus, oṗs Deus: vt, hoc remedio singulari, ab oī peccatoꝝ nos cōtagione purifices: τ a periculorū munias incursione cunctorū. Per eundem.

¶ Pro quacūqz necessitate, τ re obtinenda. Oratio.

DEus, refugium nostruz τ virtus, adesto pijs ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis, τ pręsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. Secreta.

DA misericors Deus: vt hęc salutaris oblatio τ a ꝓprijs nos reatibus indesinenter expediat, τ ab oībus tueaꝛ aduersis. Per. Postc.

SUmpsimus Domine sacri dona mysterij, humiliter deprecātes: vt, quę in tui commemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis τ regnas in vnitate. τc.

¶ Pro quacunqz tribulatione. Or.

NE despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamātem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per dominum nostrum. Secreta.

SUscipe domine propitius hostias, quibus τ te placari voluisti, τ nobis salutem potenti pietate restitui. Per. Postcommunio.

TRibulationem nostraz, quęsumus domine, ꝓpitius respice: τ iram tuę indignationis, quam iuste meremur, auerte. Per dominū.

¶ Tempore famis, τ pestis. Oratio.

DA nobis, quęsumus domine, pię supplicationis effectum: τ pestilentiam, famemqz propitiat⁹ auerte: vt mortalium corda cognoscant, τ te indignante talia flagella prodire, τ te miserante cessare. Per. Sec.

DEus, q humani generis vtramque substantiam, pręsentium nume-

munerum alimento vegetas, τ renouas sacramento: tribue quesumus: vt eorum τ corporibus nostris subsidium non desit, τ mẽtibus. Per dominum nostrum. Postcommunio.

G Uberna, q̃s dñe, temporalibus alimentis: quos dignaris eternis informare mysterijs. Per dñm.

¶ Ad pluuiam petendam. Oratio.

D Eus, in quo viuimus, mouemur, τ sumus: pluuiam nobis tribue congruentẽ: vt presentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per. Secreta.

O Blatis, quesumus dñe, placare muneribus: τ opportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. Per dominũ. Postcõmun.

D A nobis, quesumus Domine, pluuiam salutarem, τ aridam terre faciem fluẽtibus celestibus imbribus dignanter infunde. Per do.

Ad serenitatem petendam. Oratio.

A D te nos domine clamantes exaudi: τ aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua preueniente, clementiam sentiamus. Per dominum. Secre.

P Reueniat nos, quesumus domine, gratia tua semper τ subsequatur: τ has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: vt, per intercessionem sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad salutem. Per dominum. Postcõ.

Q Uesumus, ops Deus clementiam tuam: vt inundantiã coerceas imbrium, τ hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per.

¶ Ad tempestates repellendas. Or.

A Domo tua, quesum⁹ dñe, spiritales nequitie repellantur: τ aerearum discedat malignitas tempestatum. Per dominum nost. Secreta.

O Fferimus tibi domine laudes τ munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, τ pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per dominum. Postcõmunio.

O Mnipotẽs sempiterne Deus, qui nos τ castigando sanas, τ ignoscẽdo ꝯseruas: p̃sta supplicibus tuis: vt τ tranq̃llitatibus huius optate consolationis letemur, τ dono tue pietatis semper vtamur. Per dñm.

¶ Pro peste animalium. Oratio.

D Eus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogam⁹: vt, sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus non perire. Per dominum no. Secreta.

S Acrificijs dñe placat⁹ oblatis, opem tuã nostris tẽporibus clementer impende. Per. Postcomu.

B Enedictionem tuam, Domine, populus fidelis accipiat, qua corpore saluetur, τ mẽte: τ cõgruam tibi semper exhibeat seruitutem: τ propitiationis tue beneficia semper inueniat. Per dominum nostrum.

Pro remissione peccatorum. Oĩo.

D Eus, qui nullum respuis, sed quantumuis peccantibus, per penitentiam pia miseratione placaris: respice ꝓpitius ad p̃ces humilitatis nostre: τ illumina corda nr̃a: vt tua valeamus ĩplere p̃cepta. p. Secre.

P Resens sacrificium dñe, quod tibi

tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: ꝛ tam viuentibus, quam defunctis proficiat ad salutem. Per dñm. Postcommunio.

EXaudi preces familię tuę omnipotēs De⁹: ꝛ pręsta: vt sancta hęc, quę a te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per.

¶ Pro petitione lacrymaruʒ. Orõ.

OMnipotens, ꝛ mitissime Deus, qui sitiēti populo fontem viuentis aquę de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata nostra plangere valeamus, remissionemq́ꝫ peccatorum, te miserante, mereamur accipere. Per dominū nost. Secreta.

HAnc oblationem, quęsumus domine Deus, quam tuę maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: ꝛ produc de oculis nostris lacrymarum flumina: quib⁹ debita flammarum incendia valeant extingui. Per. Postcommunio.

GRatiam spiritus sācti, domine Deus, cordibus nostris clemēter infunde: quę nos gemitib⁹ lacrymarū efficiat maculas nostrorum diluere peccatoruʒ: atqꝫ optatę nobis, te largiente, indulgentię pręstet effectum. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Pro tribulatione peccatorum. Orõ.

INeffabilem misericordiaʒ tuam nobis domine, clementer ostende: vt simul nos ꝛ a peccatis omnib⁹ exuas: ꝛ a pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per dñm. Secreta.

PUrificet nos, quęsumus domine, muneris pręsentis oblatio: ꝛ dignos sacra participatione perficiat. Per dominum. Postcommu.

PRęsta, quęsumus dñe: vt terrenis affectib⁹ expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dñm.

¶ Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fideliuʒ infudisti: da famulis ꝛ famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis ꝛ corporis: vt te tota virtute diligant, ꝛ quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per dominum. in vnitate eiusdem. ꝛc. Secreta.

MIserere, quęsumus dñe, famulis ꝛ famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę offerimus maiestati: vt per hęc sancta, supernę benedictionis gratiam obtineant, ꝛ gloriam ęternę beatitudinis acquirant. Per. Postcommu.

DIuina libātes mysteria, quęsumus domine: vt hęc salutaria sacramēta illis proficiant ad prosperitatem ꝛ pacem, pro quorum, quarumq́ꝫ dilectione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominum nostrum.

¶ Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitatisq́ꝫ amator ꝛ custos: da omnibus inimicis nostris pacē, charitatemq́ꝫ veram: cunctorumq́ꝫ eis remissionē tribue peccatorum: nosq́ꝫ ab eorum insidijs potenter eripe. Per dominum. Secre.

OBlatis, quęsum⁹ dñe, placare muneribus: ꝛ nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisq́ꝫ indulgentiā tribue delictoꝝ. Per. Postc.

HÆc nos communio, Domine, eruat a delictis: ꝛ ab inimicorū defendat insidijs. Per dominum.

Pro

¶ Pro iter agentibus. Oratio.


Desto dñe supplicationibus nrīs: et viā famulorū tuorū in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie, et vite huius varietates, tuo semper protegātur auxilio. Per dominum nostrum Jesum. Secreta.

PRopitiare Domine, supplicationibus nostris: et has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorum et precedente gr̄a tua dirigas, et subsequente comitari digneris: vt de actu, atq; incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia, gaudeamus. Per dominū. Postcō.

TUa nos dñe famulos tuos sperātes in te, q̄ sumpsimus, sacramenta custodiant, et contra omnes aduersos tueantur incursus. Per.

¶ Pro nauigantibus. Oratio.


DEus, q transtulisti patres nostros per mare rubrū, et trāsuexisti eos per aquā nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur: vt, in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis. Per dominum nostrum. Secre.

SUscipe, quesum⁹ domine, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarū: et tua mysteria celebrantes, ab omnibus defende periculis. Per. Postcōmunio.

SAnctificati diuino mysterio maiestatem tuam dñe suppliciter deprecamur, et petimus: vt, quos donis facis celestibus interesse, per signum sancte Crucis, et a peccatis omnibus abstrahas, et a periculis cūctis miseratus eripias. Per do.

¶ Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, salus eterna credētium: exaudi nos, p infirmis famulis tuis, pro quibus misericordie tue imploramus auxiliū: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dominum. Secreta.

DEus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt: suscipe preces et hostias famulorum tuorum, pro quibus misericordiam tuā egrotantibus imploramus: vt, de quorum periculo metuimus, de eorū salute letemur. Per. Postcōm.

DEus, infirmitatis humane singulare presidium: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordie tue adiuti, ecclesie tue sancte incolumes representari mereantur. Per dñm.

¶ Pro constituto in carcere. Orō.


DEus, qui beatū Petrū a vinculis absolutū illesum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: et eum ipsius meritis illesū abire concede. Per do. Secreta.

SUper has, quesumus domine, hostias benedictio copiosa descēdat: que captiui nostri vincula soluat: et de eius liberatione nos cito letificet. Per dominum. Postcōmu.

PReces nostras, q̄s dñe, clementer exaudi: et p hec sacramenta que sumpsimus, famulū tuum a vinculis sue captiuitatis absolue. Per.

¶ Pro tentatis et tribulatis. Orō.


DEus, qui iustificas impiū, et non vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt,

vt famulos tuos de tua misericordia confidentes, cęlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famulétur, & nullis tentationibus a te separentur. Per dominum. Secreta.

HUius, quęsumus domine, virtute mysterij, & a proprijs nos munda delictis: & famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per dominum nostrum. Postcommunio.

PUrificent nos, quęsumus Domine, sacramenta quę sumpsimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt qui conscientię reatu constringuntur, cęlestis remedij plenitudine glorientur. Per dominum nostrum Jesum Chr̄m.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotens, & mitissime Deus, respice propitius preces nostras, & libera corda nostra de malarum tentationibus cogitationum: vt sancti spiritus dignum fieri habitaculū mereamur. Per dominum nostruz. in vnitate eiusdem spiritus. Secre.

HAs tibi, domine, offerim⁹ oblationes pro salute nostra, quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges, illęsasq́ custodias: & sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum. in vnitate eiusdem. Postcommunio.

DEus, qui illuminas omnez hominem veniētem in hunc mūdum: illumina, quęsumus, corda nostra gratię tuę splēdore: vt digne maiestati tuę ministrare, teq́ ęterna charitate diligere valeamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tum, Qui tecum viu. &c.

Ad postulandam charitatem. Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tuę charitatis affectum: vt desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per dominum. Secreta.

DEus, qui nos ad imaginē tuā, sacramentis renouas & pręceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt charitatis donum, quod fecisti a nobis sperari, per hęc, quę offerimus sacrificia, facias apprehendi. Per dominum. Postcōmunio.

SAncti spiritus gratia, quęsumus domine, corda nostra illuminet: & perfectę charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Ad postulandam patientiam. Oratio.

DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiam: da nobis, quęsumus, quę idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: sicq́ exemplo eius, nobis aduersantia ęquanimiter tolerare. Per eundem dominum nostruz. Secre.

MUnera nostrę oblationis, quęsumus domine, placatus suscipe: quę, vt nobis patientię donum condonare digneris, maiestati tuę deuota offerimus actione. Per dominum nostrum. Postcommunio.

SAcrosancta, domine, sumentes mysteria: amissam nobis, quęsumus, reconcilient gratiam: atque munus patientię in illatis omnibus, semper & vbique protegēdo impertiant. Per dominum nostrum. &c.

¶ Ad postulandam continentiam. Oratio.


VRe igne sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum, domine: ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Secre.

Irrumpe domine vincula peccatorum nostrorum: &, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue quę ante tribuisti: & salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per dominum. Postcom.

Domine adiutor, & protector noster, adiuua nos: & refloreat caro nostra vigore pudicitię, & sanctimonię nouitate: ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas pręsentari. Per dominum.

¶ Pro salute viuorum. Oratio.


PRętende, Domine, fidelibus tuis dexteram cęlestis auxilij: vt te toto corde perquirant, & quę digne postulant, consequi mereatur. Per dominum nostrum Jesum. Secre.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus assume: &, vt nullius sit irritum votū, nullius vacua postulatio: pręsta quęsumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Postcommun.

Da fidelibus tuis, quęsum᷒ domine, in tua fide & sinceritate constantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate euellantur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Pro viuis & defunctis. Oratio.


OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniūque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel pręsens sęculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui. Secreta.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quęsumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatę pręedestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Jesum Christū filium tuum. Postcommunio.

Purificent nos, quęsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta, quę sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, pręsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pęnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Finis Orationum ad libitum Sacerdotis.

PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.

In his missis Defunctorum, non dicitur ps. Iudica me Deus In nomine patris. Introibo. & Adiutorium. Sed post sit confessio, vt in ordin. Neque datur benedictio post Requiescant in pace.

¶ Missa in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum. Introitus.



REquiem eternam dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus Deus in Sió, & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur Requiem eternam. vsque ad psalmum, Oratio. ps. 64.

FIdelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissioné cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiá, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. R. Amen.

Lectio Epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Ecce, mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum. 1. C. 15.

Graduale. Requiem ęternam dona eis Domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet sęclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sybilla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus?
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit, ꝛ natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quicquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iustus sit securus.
Rex tremendę maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me, fons pietatis.
Recordare Iesu pie,
Quod sum causa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste iudex vltionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis,
Ingemisco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti:
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meę non sunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne:
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum pręsta:
Et ab hędis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro supplex ꝛ acclinis:
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lachrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla.
Iudicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.
Pie Iesu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis ꝛ turbis Iudęorum. cap. 5.
Amen, amen dico vobis: quia venit hora, ꝛ nunc est, quando mortui audient vocē filij Dei: ꝛ qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes, qui in monumētis sunt, audiēt vocē filij Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Offertorium.

Domine Iesu Christe rex glorię, libera

animas omnium fidelium Defunctorum de penis inferni, ꝛ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucez sanctam: Quam olim Abrahę promisisti, ꝛ semini eius. ℣. Hostias ꝛ preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

HOstias, quęsumus dñe, quas tibi pro animabus famulorũ famularumq́ tuarum offerimus, propitiatus intẽde: vt quib⁹ fidei Christianę meritum contulisti, dones ꝛ pręmium. Per dominum nostrum.

Communio. Lux ęterna luceat eis domine, cum sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Cũ sanctis.

Postcommunio.

ANimabus, quęsumus Domine, famulorum famularumq́ tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas ꝛ a peccatis omnibus exuas, ꝛ tuę redẽptionis facias esse participes. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo. Dicto Dominus vobiscum, dicitur. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Et non datur benedictio. Sed dicto secret. Placeat tibi ꝛc.

dicitur euang. secundum Joannem In principio erat verbum. ꝛc.

¶ In die obitus, seu depositionis defuncti. Introitus.



ps. 64. Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Psalmus.

ibidez. Te decet hymn⁹ Deus in Sion, ꝛ tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meã, ad te omnis caro veniet. Requiem ęternã.

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper ꝛ parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quaz de hoc seculo hodie migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici, neq̃ obliuiscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi, ꝛ ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit ꝛ credidit, non penas ęternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non cõtristemini, sicut ꝛ cęteri, qui spem non habẽt. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, ꝛ resurrexit: ita ꝛ De⁹ eos qui dormierũt, per Jesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos, qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non pręueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu, ꝛ in voce archangeli, ꝛ in tuba Dei descẽdet de cęlo: ꝛ mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cuz illis in nubibus obuiã Christo in aera: ꝛ sic semper cum dño erimus: itaque consolamini inuicem in verbis istis. 1. ca. 4.

Graduale Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum.

℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis.

℟ Et lucis ęternę beatitudine perfrui.
Sequentia. Dies irę. &c. vt supra.
Sequentia sancti euangelij secundũ Joannem.

ca. 11. IN illo tpe: Dixit Martha ad Jesum. Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio, quia, quęcunqz poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego suz resurrectio & vita. Qui credit in me, etiaz si mortuus fuerit, viuet. Et oĩs qui viuit, & credit in me: non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine, ego credidi, q̃ tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mũdum venisti. Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorię, libera animas omnium fidelium Defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucez sanctam, Quam olim Abrahę promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

PRopitiare, q̃s Dñe, animę famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatem tuã suppliciter deprecantes: vt per hęc pię placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dominum nostrum.

Communio. Lux ęterna luceat eis domine, cum sanctis tuis in ęternũ: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tuis. Postcommunio.

PResta, q̃s, oĩps Deus: vt anima famuli tui N. que hodię de hoc sęculo migrauit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita, indulgentiam pariter & vitam capiat sempiternam. Per dominum nost.

¶ In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis Defuncti, dicitur missa vt supra, exceptis orationibus, quę dicuntur vt infra: Oratio.



QUęsumus dñe, vt animę famuli tui, cui⁹ depositionis diem tertiũ, vel septimum, vel trigesimum cõmemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium: & rorem misericordie tuę perennem infundas. Per dñm. Sec.

MUnera, q̃s domine, quę tibi p̃ anima famuli tui offerim⁹, placatus intende: vt remedijs purgata cęlestibus, in tua pietate requiescat. Per dominum nostruz. Postcom.

SUscipe domine preces nostras pro anima famuli tui: vt si quę ei maculę de terrenis cõtagijs adhęserunt, remissionis tuę misericordia deleantur. Per dominum nostrum.

In anniuersario defunctoꝝ. Intro.



REquiem ęternam dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalẽ: exaudi orationẽ meaz, ad te omnis caro veniet. ps. 64.
Requiem ęternam. Oratio.

DEus indulgentiarum domine, da animabus famuloꝝ famularumqꝫ tuaꝝ, quoꝝ anniuersariũ depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per do.

Si pro vno fiat anniuersarium, dicātur orationes in singulari.

ca. 12. Lectio libri Machabeorum.

In diebus illis. Vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iuste & religiose de resurrectione cogitās. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret: superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis.) Et quia considerabat, quod hi, qui cū pietate dormitionem acceperant, optimā haberent repositā gratiā. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur.

Graduale. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine pfrui.

Sequē. Dies irę. Ad libituz Sacer.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

cap. 6 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis & turbis Judęoruz. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, nō eijciam foras. Quia descendi de cęlo, nō vt faciā voluntatē meā: sed voluntatē eius, qui misit me. Hęc est aūt voluntas eius, qui misit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hęc est autem voluntas patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum: habeat vitam ęternam. Et ego resuscitabo euz in nouissimo die. Offerto.

Domine Jesu Christe rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctaz, Quā olim Abrahę promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

Propitiare dn̄e supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumq; tuarū, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificiuz laudis: vt eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

Communio. Lux perpetua luceat eis domine, cum sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcommunio.

Pręsta, quęsumus domine: vt animę famulorum famularūq; tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, his purgatę sacrificijs, indulgentiam pariter & requiez capiant sempiternam. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c.

¶ In missis quotidianis defunctorum. Introitus.



Equiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Psalmus. Te decet hymnus Deus in Siō, & tibi reddetur votum in ps. 64.

Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Requiem eternam dona eis domine.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.



Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pōtificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: p̄sta q̄sumus: vt eorum quoqz perpetuo aggregentur consortio. Per do.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus, venie largitor, & humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo transierūt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire concedas.

Pro fidelib⁹ defunctis gn̄alis. Orō.

Fidelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famulorumq; tuarū remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

ca. 24. In diebus illis: Audiui vocem de celo, dicentez mihi. Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescāt a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

ps. 11. Graduale. Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine pfrui.

Sequentia sancti Euangelij secundū Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, & turbis Judeorum. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judei ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suaz dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. cap. 6.

Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Abrahe.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Secreta.

Suscipe domine, quesumus, pro animabus famulorum tuorum pontificum, seu sacerdotuz, quas offerimus hostias: vt, quibus in hoc

seculo

sęculo põtificale, seu sacerdotale donasti meritum: in cęlesti regno sctõꝝ tuoꝝ iubeas ꝯiungi ꝯsortio. Per do.

Pro defunctis fratrib⁹ propinquis ꝛ benefactoribus. Secreta.

DEus, cuius misericordię non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrę: ꝛ animabus fratrum, propinquorum, ꝛ benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hęc sacraméta salutis nostrę, cunctorũ remissionem tribue peccatorum.

Pro fidelibus defunctis. Secreta.

HOstias, quesumus dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intéde: vt, quibus fidei christianę meritum contulisti, dones ꝛ premium. Per dominũ. Cõmunio.

Lux ęterna luceat eis domine, cum sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

PRosit, quęsumus domine, animabus famulorum tuorum pótificum, seu sacerdotum misericordię tuę implorata clementia: vt eius, in quo sperauerũt ꝛ crediderunt, ęternum capiant te miserante consortiũ. Per dominum nostrum Jesum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ꝛ benefactoribus. Postcõm.

PRęsta, quęsumus omnipotens ꝛ misericos Deus: vt animę fratrum, propinquoꝝ, ꝛ benefactoꝝ nostroꝝ, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis ꝑpetuę, te miserante, recipiant beatitudinem.

Pro fidelibus defunctis. Postcõm.

ANimabus, quęsumus Domine, famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas ꝛ a peccatis omnibus exuas, ꝛ tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis ꝛ regnas.

¶ Epistolę, ꝛ Euãgelia superius posita i vna missa ꝓ defunctis, dici possunt etiam in alia missa pro defunctis.

ORATIONES

Diuersę pro Defunctis.

In die depositionis, ꝛ anniuersario summi Pontificis, dicit prima missa, vt supra. f. 226. pręter orationes quę dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, q̃ inter summos sacerdotes, famulũ tuum N. ineffabili tua dispositione cõnumerari voluisti: ꝑsta, q̃s: vt q̃ vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctoꝝ tuoꝝ põtificũ ꝯsortio perpetuo aggreget. Per eundem. Secre.

SUscipe, q̃s Dñe, pro anima famuli tui N. summi pontificis quas offerim⁹ hostias: vt cui in hoc sęculo pontificale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi cõsortio. Per. Postc.

PRosit, q̃s dñe, animę famuli tui N. summi pontificis misericordię tuę implorata clemẽtia: vt eius, in quo sperauit ꝛ credidit, ęternum capiat te miserante consortium. Per.

¶ Pro defuncto Epo dicitur prima missa, vt sup. 226. Oĩo vt infra. Oĩo.

DEus, q̃ inter apostolicos sacerdotes, famulum tuuz pontificali fecisti dignitate vigere: pręsta quęsumus: vt eoruz quoq; perpetuo aggregetur

tur cósortio. Per dominum. Secre.

SUscipe dñe, q̃s, pro anima famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt, cui in hoc sęculo pótificale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi có sortio. Per. Postcómunio.

PRosit, q̃s dñe, animę famuli tui pontificis misericordię tuę implorata clemétia: vt eius in quo sperauit ⁊ credidit, ęternũ capiat te miserante consortium. Per dominum.

Pro defuncto sacerdote dr̃ eadem oratio, sed vbi dr̃ pontificali, dicatur sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa. fol. 228.

¶ Pro Defuncto Epõ alia Oratio.

DA nobis dñe, vt aiaʒ famuli tui epi, quá de hui⁹ scl'i eduxisti laborioso certamine, sctóꝝ tuoꝝ cętui tribuas esse ꝯsortem. Per d. Secreta.

ANnue nobis domine, vt animę famuli tui episcopi hęc prosit oblatio: quá immolãdo, totius mũdi tribuisti relaxari d̃licta. Per. Postc.

HIs sacrificijs, q̃s oṕs Deus: vt purgata anima ⁊ spiritus famuli tui episcopi, ad indulgentiam, ⁊ refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per dominum nostrum.

¶ Pro Defunctis Sacerdotibus. Alia Oratio.

PRęsta, q̃s Dñe, vt animę famulorũ tuoruʒ sacerdotũ, quos in hoc sęculo cómorantes sacris muneribus decorasti: in cęlesti sede gloriosa semper exultent. Per dñm. Secre.

SUscipe, q̃s dñe, pro animabus famulorum tuoruʒ sacerdotuʒ, quas offerimus hostias: vt quibus sacerdotale donasti meritum, dones ⁊ pręmium. Per do. Postcomun.

PRęsta, q̃s oṕs De⁹: vt aïas famulorum tuorũ sacerdotum in congregatione iustorũ, ęternę beatitudinis iubeas esse consortes. Per.

¶ Pro vno Defuncto. Oratio.

INclina dñe aurem tuá ad preces nostras, quib⁹ misericordiam tuam supplices deprecamur: vt aïam famuli tui, quam de hoc sęculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione ꝯstituas: ⁊ sanctorũ tuorũ iubeas esse consortem. Per dñm. Secreta.

ANnue nobis, q̃s dñe: vt aię famuli tui hęc ꝓsit oblatio: quaʒ immolando totius mũdi tribuisti relaxari delicta. Per Postcommu.

ABsolue, q̃s dñe, animaʒ famuli tui ab omni vinculo delictoruʒ: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitatus respiret. Per dominum nostrum.

¶ Pro vna defuncta. Oratio.

QUęsum⁹ domine, pro tua pietate miserere animę famulę tuę: ⁊ a ꝯtagijs mortalitatis exutaʒ, in ęternę saluationis parté restitue. Per. Sec.

HIs sacrificijs, quęsumus domine, anima famulę tuę a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hęc pię placationis officia, ꝑpetuá misericordiá consequatur. Per. Postc.

INueniat, quęsumus Domine, anima famulę tuę lucis ęternę consortium: cuius perpetuę misericordię cósecuta est sacramétũ. Per.

Pro patre ⁊ matre. Oĩo.

DEus, qui nos patré ⁊ matrem honorare pręcepisti: miserere cleméter animabus

bus

bus patris & matris meę, eorumq́ peccata dimitte: meq́ eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrum Jesum. Secreta.

SUscipe sacrificium, Domine, quod tibi pro animabus patris & matris meę offero: eisq́ gaudium sempiternum in regione viuorũ concede: meq́ cum illis felicitati sanctorum coniunge. Per. Postcommu.

COElestis participatio domine sacramenti, animabus patris & matris meę requiem, & lucem obtineat perpetuam: meq́ cum illis gratia tua coronet ęterna. Per dominũ.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.



Eus venię largitor, & humanę salutis amator: q̃s clemẽtiã tuã: vt nostrę cõgregationis fratres, ꝓpinquos, & benefactores, q̃ ex hoc sęculo trãsierunt: btã Maria semper virgine intercedẽte cũ omnibus sanctis tuis: ad ꝑpetuę beatitudinis cõsortiũ peruenire cõcedas. Per dñm. Sec.

DEus, cuius misericordię non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrę: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti ꝯfessionẽ, per hęc sacramenta salutis nrę, cunctoꝝ remissionẽ tribue peccatoꝝ. Per. Postc.

PRęsta, quęsumus omnipotens & misericors Deus: vt animę fratrum, propinquorũ, & benefactorum nostrorũ, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuę obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnib⁹ expiatę, lucis perpetuę te miserante recipiant beatitudinem. Per dominum nostrum.

¶ Pro his, qui in cęmeterio requiescunt. Oratio.



Eus, cui⁹ miseratione animę fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbique in Christo quiescẽtibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lętentur. Per eundem. Secreta.

PRo animabus famulorum famularumq́ tuarum, & omnium catholicorum, hic & vbiq; in Christo dormientium, hostiam, Domine, suscipe benignus oblataꝫ: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendę mortis exutę, vitam mereantur ęternam. Per eundem do. Postcom.

DEus, fidelium lumẽ animaruꝫ, adesto supplicationib⁹ nostris: & da famulis & famulab⁹ tuis, quorũ corpora hic & vbiq́ in Chr̃o requiescunt, refrigerij sedẽ, quietis beatitudinẽ, & luminis claritatẽ. Per eũdẽ.

Pro fidelib⁹ defunctis gñalis. Oõ.



Jdeliũ, Deus, omniũ cõditor & redẽptor, aïab⁹ famuloꝝ famularũq; tuarũ remissionem cunctoꝝ tribue pctõꝝ: vt indulgentiã, quã semper optauerunt, pijs supplicationibus cõsequantur. Qui viuis. Secre.

HOstias, q̃s dñe, quas tibi ꝓ aïabus famuloꝝ famularũq; tuarũ offerimus, propitiatus intẽde: vt, quibus fidei Christianę meritũ contulisti, dones & p̃miũ. Per. Postc.

ANimabus, quęsumus Domine, famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redẽptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas.

Pro

Pro pluribus defunctis. Oratio.



Eus, cui proprium est misereri semper & parcere, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutę, trãsire mereant ad vitam. Per. Sec.

Annue nobis domine: vt animabus famulorum famularumque tuarum, hęc prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per. Postcommu.

Deus, cui soli cõpetit medicinã pręstare post mortem: presta quęsumus: vt animę famulorum famularumque tuarum terrenis exutę contagijs, in tuę redemptionis parte numerentur. Qui viuis & regnas.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

Animabus, quęsumus dñe, famulorum famularumque tuarum misericordiam cõcede perpetuam: vt eis proficiat in ęternum, quod in te sperauerunt & crediderunt. Per. Secreta.

His dñe, quęsumus, placatus intende muneribus: & quod ad laudẽ tui nominis supplicãtes offerim⁹, ad indulgẽtiã proficiat defunctorum. Per dominum. Postcommunio.

Supplices, dñe, pro animabus famulorũ famularumque tuarũ pces effundim⁹ obsecrãtes: vt quicquid cõuersatione ɔtraxerũt humana, & clemẽter indulgeas, & in tuorum sede lętãtiũ ɔstituas redẽptor. Per.

ORDO AD FACIENDAM Aquam benedictam.

Die Dominica, in sacristia pręparato sale & aqua, sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus alba vel superpelliceo indutus cum stola circa collum, primo dicit.

℣. Adiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram. Deinde absolute incipit exorcismum salis.



Exorcizo te, creatura salis, per Deũ ✠ viuum: per Deũ ✠ verũ: p Deũ ✠ sanctũ: p Deum, q te p Eliseũ pphetam in aquam mitti iussit, vt sanaret sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatum in salutẽ credẽtiũ, & sis oĩbus sumẽtib⁹ sanitas aię & corporis: & effugiat atque discedat a loco, in quo aspsum fueris, oĩs phãtasia, & nequitia, vel versutia diabolicę fraudis, omnisque spũs immũdus adiurat⁹, p eũ, q vẽturus est iudicare viuos & mortuos, & sęculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Immensam clementiam tuam, omnipotens ęterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitię. Per dominũ.

Exorcismus aquę & dicat absolute.

Exorcizo te, creatura aquę, in nomine Dei ✠ patris oĩpotẽtis, & in noĩe ✠ Jesu Christi filij ei⁹ dñi nři, & in virtute sancti ✠ spũs: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnẽ potestatẽ inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cũ angelis suis apostaticis: p virtutem eiusdẽ dñi nři Jesu Chři: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sęculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Deus

Deus, qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: et elemento huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosque pellendos, diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: et siquid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nost.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.

Commistio salis et aque pariter fiat: in nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus inuicte virtutis auctor, et insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te, domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis et aque dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tue rore sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus, abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominum, in vnitate eiusdem spiritus.

¶ Finita benedictione, sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conuenientis, ascendit ad altare, et ibi ad gradus cum ministris genuflexus, accipit a diacono aspersorium, et primo ter aspergit altare: deinde se et ministros incipiens antiphonam. Asperges me. et Chorus prosequitur. Domine hyssopo. etc. vt infra. Interim celebrans aspergit clerum, deinde populum dicens ps. Miserere cum. Gloria patri. Antiphona. Asperges me domine hyssopo, et mundabor: lauabis me, et super niuem dealbabor. ps. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula seculorum. Amen. Et repetitur Antiphona. Asperges me domine. Supradicta Antiphona, predicto modo dicatur in aspersione aque benedicte in dominicis per totum annum: excepto quod in dominicis de Passione, et in dominica Palmarum, non dicitur Gloria patri. Sed post psalmus, Miserere. repetitur immediate antiphona. Asperges me. Excepto etiam tempore paschali scilicet a dominica Pasc. vsque ad Pentec. quo tempore cantatur communiter antiphona.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia: et omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia. Psalmus. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. ℣. Gloria patri, etc. Repetitur antiphona. Vidi aquam. In octaua vero Pent. resumitur. Asperges me domine. Finitis antiphonis supradicto modo: sacerdos qui aspersit aquam reuer-

sus ad altare, ante gradus altaris stans dicat. ℣. Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuam. Tpe paschali addit Alla. ℟. Et salutare tuū da nobis. ℣. Dn̄e exaudi oratione meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos, domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus: et mittere digneris sanctum angeluz tuum de celis, qui custodiat, foueat, ptegat, visitet, atq₃ defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dn̄m nostrum. ℟. Amen.

Benedictio agni paschalis.

℣. Adiutorium nostrū in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celum et terraz. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. et sic dicat ante oēs bn̄ones. Oratio.

Deus, qui p famulū tuum Moysen, in liberatione pplī tui de Ægypto agnū occidi iussisti in similitudinē dn̄i nr̄i Jesu Chr̄i, et vtrosq₃ postes domorum de sanguine huius agni perūgi pcepisti: ita bn̄ ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris hāc creaturam carnis, quā nos famuli tui ad laudez tuā sumere desideram⁹ per resurrectionē dn̄i nr̄i Jesu Chr̄i. Qui tecuz viuit et regnat in scl̄a scl̄orū. ℟. Am̄.

Et mox aspergit aqua benedicta.

Benedictio Panis.

℣. Adiutorium. &c. vt supra. Oratio.

Domine Jesu Christe, panis angelorū, panis viuus et eterne vite, bene ✠ dicere dignare panē istū, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo digne gustantes, inde corporis et anime desiderabilem percipiant sanitatem. Per Chr̄m dn̄m nostrū. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio nouorū fructuum.

℣. Adiutorium nost. vt supra. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e hūc nouum fructum N. et presta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis et anime salute potiatur. Per.

Et aspergatur aqua benedicta.

Bn̄o ad quodcunq₃ comestibile.

℣. Adiutorium nost. vt supra. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e creaturaz istam N. vt sit remediū salutare generi humano: et presta per inuocationē sancti nominis tui: vt quicunq₃ ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et anime tutelam accipiant. Per dn̄m.

Aspergat id cum aqua benedicta.

Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium nost. vt supra Oratio.

Domine Jesu Christe fili Dei viui, bene ✠ dic candelas istas supplicationib⁹ nostris: infunde eis domine per virtutem sancte cru ✠ cis benedictionē celestez, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemq₃ benedictionem signaculo sancte cru ✠ cis accipiant: vt quibuscūque locis accēse siue posite fuerint, discedant principes tenebrarū, et contremiscant, et fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec presumant ampli⁹ inquietare, aut molestare seruientes tibi omnipotēti Deo. Qui viuis et regnas in vnitate spiritus.

Postmodū aspgant aqua bn̄dicta.

Benedictio loci.

℣. Adiutorium nost. vt supra. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e Deus omnipotens locum istuz: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiaruz actio, Deo patri et filio et spiritui sācto: et hec benedictio

nedictio maneat super hunc locum, ꝛ super habitantes in eo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus noue.

℣. Adiutorium nost. vt supra. Oratio.

TE Deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, ꝛ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene ✠ dicere, ꝛ sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis dñe de rore celi abundantiam, ꝛ de pinguedine terre vite substantiam, ꝛ desideria voti eorum ad effectum tue miserationis perducas: Ad introituz ergo nostrum benedi ✠ cere, ꝛ sanctificare digneris hãc domũ, sicut benedicere dignatus es domum Abrahaz, Jsaac, ꝛ Jacob: ꝛ intra parietes domus isti⁹ angeli tue lucis inhabitẽt, eamq̃z, ꝛ eius habitatores custodiãt. Per Chꝛm dñm nostrũ. ℟. Amẽ.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio thalami.

℣. Adiutorium. vt supra. Oratio.

BEne ✠ dic domine thalamum hunc: ꝛ omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, ꝛ in tua voluntate permaneant, ꝛ senescant, ꝛ multiplicentur in lõgitudine dieruz. Per Christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

¶ Benedictio noue nauis.

℣. Adiutoriuz. vt supra. Oratio.

PRopitiare, Domine, supplicationibus nostris: ꝛ bene ✠ dic nauim istã dextera tua sancta, ꝛ omnes, qui in ea vehuntur, sicut dignatus es benedicere arcaz Noe ambulantis in diluuio. Porrige eis domine dexteraz tuã, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: ꝛ mitte sanctum angelum tuum de celis, qui liberet ꝛ custodiat eã semper a periculis vniuersis, cuz oĩbus que in ea erunt: ꝛ famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq̃z tranquillo tuearis: transactisq̃z, ac rite pfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cuz omni gaudio reuocare digneris. Per dñm nostrum. ℟. Amen.

Aspergat nauim aqua benedicta.

¶ Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nost. vt sup. Oratio.

OMnipotens sempiterne De⁹, qui per Moysen famuluz tuuz pontificalia, ꝛ sacerdotalia, atq̃z leuitica vestimenta ad explendum ministerium eorum in conspectu tuo ad honorem ꝛ decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto ppitius inuocationibus nostris: ꝛ hec indumẽta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostre humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, ꝛ conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus, ꝛ sacris mysterijs apta, ꝛ benedicta existant: hisq̃z sacris vestibus põtifices, sacerdotes, seu leuite tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tentationib⁹ malignorum spirituum muniti ꝛ defensi esse mereantur: tuisq̃z mysterijs apte ꝛ cõdigne seruire, ꝛ inherere, atque in his tibi placide, ꝛ deuote perseuerare tribue. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Alia Oratio.

DEus, inuicte virtutis auctor, ꝛ omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: ꝛ hec indumenta leuitice, ꝛ sacer-

sacerdotalis glorię, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, cōse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris: oēsq; eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eius deuote & amabiliter seruientes, gratos effici cōcedas. Per dñm nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecũ viu. Orem⁹.

Domine Deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fęderis necessaria, Moysem famulum tuum agere iussisti, eumq; spiritu sapientię ad id peragendum repleuisti: hęc vestimenta in vsum & cultum mysterij tui san ✠ ctificare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum mysterij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum dominum nostrum. ℟ Amen.

Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedita.

F I N I S.

REGISTRVM.

✠, ✠✠, ✠✠✠, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt Quaterniones, pręter ✠✠✠ Ternionem.



VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D L X X X I X.



